104-4
8

Theological Seminary.
PRINCETON, N. J.
Part of the
ADDISON ALEXANDER LIBRARY,
which was presented by
MESSRS. R. L. AND A. STUART.

Case, Division PJ4831
Shelf, Section B99
Book, No. 1824

Johann Buxtorf

Lexicon hebraicum et chaldaicum.

LECTORI

S.

TYPOGRAPHI.

Buxtorfii Lexicon, nunc primum e prelo Britannico labans, in manus tibi, lector amice, tradimus; viri quidem de omnibus, literis sacrosanctis indagantibus, optime merentis. Quid in evulgando efficere conati sumus, paucis dicere oportet.

Menda typographica haud pauca, tum in verbis et punctis Hebraicis, tum in Scripturarum citationibus Sacrarum, furtim et gradatim in editines priores serpsisse invenimus. Editiones, Basileæ anno 1621, et Amstelodami 1654, impressas, inter sese, et operi adaucto Jos. Montaldi, 4 tom. Romæ 1789, gnaviter contulimus; Taylori Concordantias, Libros denique Divinos, in dies agitavimus; et, quatenus oculi multis recensionibus valuerunt, maculas omnes extrudere valde elaboravimus. Indicum singulorum laudationes, foliorum seriei nostrorum, per totum ordinavimus.

Omnia feliciter peracta fuisse, proculdubio, nos jactare haud decet; sed si, in rebus tam periculosis, hic illic lapsi simus, indulgentiam, lector benigne, non denegabis.

Formâ et nitore typographico, æque ac in usu, mutuo adaptati sunt liber hicce et Bythneri Lyra Prophetica, quæ e prelo nostro anno superiore exivit. Laboribus illis et cæteris, literis orientalibus et humanioribus, doctorum gratiâ, ut adhuc gavisi sumus, gaudeamus!

Ex Æd. Typog. Acad. Glasg.
Ipsis Kalendis Januarii, 1824.

דִּבְרֵי הַסֵּפֶר אֶל־עֵין הַקּוֹרֵא

אֵלַי סוּרוּ   הַבָּחוּרִים   קִרְבוּ כָל הַנְּ־   עָרִים עָרִים
נוֹפֶת תִּטּוֹפְ־   נָה שִׂפְתוֹתַי   עִם אֵלֶּה הַדְּ־   בָרִים בָּרִים
בִּי הוּסָדוּ   כָּל־הַמִּלִּין   שֶׁבֵּין כ״ד הַסְּ־   פָרִים פָּרִים
בָּאתִי מוּגֶּה   שִׁבְעָתַיִם   סָר יֵינִי מִשְּׁ־   מָרִים מָרִים
נִסְמַן עָלַי   מַרְאֶה מָקוֹם   מִמִּלִּין בִּסְ־   דָרִים דָּרִים
הַדְּפוּס יָפֶה   מִכְלוֹל יוֹפִי   לֹא סָר בֵּין הַגְּ־   זָרִים זָרִים
דַּרְכִּי יָשָׁר   מִכְשׁוֹל הוּסַר   תֶּחֱזוּ בוֹ מֵי־   שָׁרִים שָׁרִים
פִּי הָאִלֵּם   אֶפְתַּח אֶפְקַח   עֵינֵי כָּל הָ־   עִבְרִים עִוְרִים
רַבִּים אַחְכִּים   אִם יִשְׁמָעוּ   אִם אַחַר נִמְ־   סָרִים סָרִים
אֶתֵּן לֶקַח   בִּמְעַט מֶקַח   אֶל־מִשְׁמַעְתִּי   שָׂרִים שָׂרִים

GENEROSISSIMIS

ET

ILLUSTRIBUS DOMINIS,

D. ADOLPHO, D. ARNOLDO JUSTO,

D. GUILHELMO HENRICO,

FRATRIBUS GERMANIS,

COMITIBUS IN BENTHEIM, TECKLEBURG, STEINFURT ET LIMPURG

DOMINIS IN RHEDA, WEFELINGHOFEN, ALPEN ET HELFFENSTEIN:

LIB. BARONIBUS IN LENNEP:

PRÆFECTIS HÆREDITARIIS COLONIENSIUM, ETC.

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS GRATIAM ET PACEM A DEO PRECATUR

JOHAN. BUXTORFIUS.

Inter infinita Dei clementissimi in ecclesiam, cujus et vos illustres et generosissimi D. D. comites, tutores estis, collata dona, linguarum donum tantum est, ut eo, tanquam medio accommodatissimo, Dei vivi et veri, cœli terræque creatoris, ipsiusque sanctissimi verbi cognitio inter gentes infideles, ab ecclesia et republica Israëlis remotas, eruperit, propagata et conservata sit. Primitus enim Dei cognitio purior et perfectior vigebat tantùm in populo uno, circumscripta linguâ unâ, nempe Hebræâ in populo Hebræo, quem solùm Deus pro suo beneplacito, ex omnibus aliis mundi populis, in peculium sibi elegerat, et fœdus gratiæ, verbo scripto comprehensum, cum ipso inierat. Cùm verò populus iste progressu temporis, majori ex parte perfidus et refractarius fieret, statuit Deus pertinacissimâ populi malitiâ et ingratitudine offensus, fœdus suum tantùm in reliquis fidelibus conservare, et in refractariorum locum exteras gentes assumere, easque ad sui agnitionem vocare. Hoc mediatè factum, et equidem consilio Dei suspiciendo ac

providentia admirabili. Subtraxit Judæis immorigeris animarum pastores prophetas, sustulit reges tutores corporum, et conservatores tranquillitatis publicæ. Inde res ipsorum cœperunt magis magisque pessum ire, religio concidere, sectæ irrumpere, cultus verus Dei labascere et in fictitium converti. Tunc nulla pax domi, horribilis exagitatio foris: rapiebantur, distrahebantur inter vicinas gentes, ac inter eas Ægyptiis et Græcis adeo familiares facti sunt, ut et linguam Græcam singulari Dei consilio addidicerint. Interea suscitat Deus animum Ptolomæi, Ægyptiorum regis, quem Philadelphum cognominarunt, ut cùm esset omnium scientiarum et sapientium virorum amantissimus et cupidissimus, ac aliquot centena millia librorum ex toto orbe collegisset; res quoque Hebræorum sibi describi, ac maximè legem ipsorum pernoscere cuperet. Quid fit? impetrat ab Eleazare summo Judæorum pontifice septuaginta duos selectissimos viros, qui Sacram Scripturam ex Hebræa in Græcam linguam ipsi transtulerunt, idque circa annum CCLXXX ante natum Christum. Rex ingenti gaudio affectus, eos re benè gestâ, cum muneribus amplissimis Hierosolymam remittit. Hîc demum prima fundamenta conversionis gentium infidelium ad Deum jaciuntur; hîc cognitionis Dei inter gentes sparguntur semina, quæ paulatim in culmum assurgere, et postmodum irrigante Christo et apostolis, in segetem uberrimam excrescere debebant: hîc quæ ter mille et aliquot centenos annos a condito mundo gentes latuerant, communi et longè lateque tum patente linguâ innotescunt: hîc thesaurum salutis gentes accipiunt ab iis, qui eas abominabiles, et ne terrâ quidam dignas antea judicaverant. Singulare scilicet hoc fuit Dei consilium, ut illi ipsi, qui Messiam, Christum Dominum, spreturi et rejecturi erant, Christum gentibus amplectendum manifestarent: ut verbum, quod sibi solis a Deo concreditum semper gloriati erant, nunc ultrò et fideliter cum gentibus communicarent. Scilicet, ut Eusebius scribit, ne si post Christi adventum id faciendum fuisset, vel ex invidia, quâ erga Christum et Christo fidentes laborarunt, Sacram Scripturam occultassent, vel corruptam dedissent, vel illorum, qui versuri eam fuissent, fides dubia apud posteros semper mansisset. Quàm avidè autem ea acceptata, et latè divulgata fuerit, docent Christi tempora, quibus adeò in ecclesiis pervulgata erat, ut jam verbum Dei planè ab Hebræis ad Græcos transiisse visum fuerit. Hæc itaque verbi divini inter gentiles, per translationem ex lingua Hebræa in linguam Græcam propagati, exoptata et salutaria fuêre initia.

Christo in plenitudine temporis mundo exhibito, ut Dei nomen celebre ab oriente in occidentem usque redderetur. rursus beneficio linguarum opus fuit, ut Christus cuique genti et nationi secundùm suam linguam

prædicaretur et innotesceret. Quocirca anno Christi xxxiv in festo Pentecostes Judæis ex omnibus nationibus Hierosolymis congregatis, ac diversis linguis utentibus, Spiritus Sanctus in apostolos cælitùs mittitur, "et cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eis effari," ut est Actor. II. 4. ita ut singulæ nationes eos suâ linguâ loquentes, maximo cum stupore audirent et intelligerent. Locuti etiam sunt postea omnium istarum gentium linguis, ad quas egressi sunt, ut Christum prædicarent.

Post apostolos verbum Dei scriptum, Veteris quidem Testamenti, Septuaginta interpretum versione Græcâ, Novi autem ab evangelistis et apostolis itidem Græcâ linguâ comprehensum, in ecclesiis populi Dei permanet, cujus puritas beneficio linguæ Hebraicæ conservata fuit.

Circa annum Christi cxxix, sub Imperatore Ælio Hadriano, Aquila Ponticus ex gentili Christianus, ex Christiano Judæus factus, Judæorum linguam, id est, Hebraicam discit, ac de novo Vetus Testamentum ex Hebræo in linguam Græcam transfert. De hoc Hieron. in Epist. ad Pammachium: "Aquila proselytus et contentiosus interpres, non solum verba, sed etymologias verborum transferre conatus est," etc. et Com. in Iesaiam cap. IV. "De Aquila autem non miror, quòd homo eruditissimus linguæ Hebraicæ, et verbum è verbo exprimens," etc.

Anno Christi clxxx, sub Imp. Commodo innotuit Theodotionis Pontici interpretatio Græca, de qua Epiphanius lib. de Mensuris: "Post hunc circa secundi Commodi regnum, Theodotion quidam Ponticus, ex sectatoribus Marcionis hæresiarchæ Sinopitæ, infensus et ipse illius hæresi, et ad Judaismum declinans, et circumcisus, et Hebræorum linguam ipsorumque elementa edoctus, privatim etiam ipse interpretationem et pleraque consonanter cum Septuaginta duobus, edidit."

Anno Christi cc, sub Imperatore Severo, Symmachus à Samaritanis ad Judæos in Christum credentes (appellantur Judæi, quòd circumcisionem retinerent) deficiens, novam Sacræ Scripturæ interpretationem Græcam edidit. De hoc Hieron. in cap. XXXII. Jer. scribit, quòd "non verbum ex verbo, ut ante ipsum Aquila, sed sententias sententiis juxta intelligentiæ ordinem expresserit."

Anno Christi ccxix, Imper. Anton. Caracalla, scribit Epiphanius, inventam esse in urbe Jericho aliam Sacræ Scripturæ ex Hebræo in Græcum interpretationem, quæ quinta editio appellata fuit.

Anno Christi ccxxx, denuo nova reperta est interpretatio, quæ sexta editio dicta. De hac Epiphanius citato libro: "post hunc regnavit Alexander filius Mamææ annos tredecim: in medio horum temporum inventa est sexta editio in Nicopoli ad orientem sita."

Origenes circa hæc tempora, studio conservandæ Sacræ Scripturæ in ecclesia adductus, conjunxit primùm quatuor priores Græcas, LXX, Aquilæ, Theodotionis et Symmachi, ita ut columnis oppositis sibi responderent, eaque appellata fuêre Biblia Tetrapla. Postmodùm præmittens illis textum Hebraicum Hebraicis characteribus scriptum, et eundem Græcis literis exaratum, appellavit ea Hexapla. Denique cùm in ventæ essent quinta et sexta editiones, eas quoque prioribus, distinctis columnis, addidit, unde emanarunt Octopla, ut Epiphanius dicto loco prolixè explicat.

Circa annum Christi ccc et paulò ulteriùs, LXX interpretum translatio emendata fuit per Lucianum martyrem et Hesychium. De his Hieronymus in præfat. lib. Paral. sic scribit: "Alexandria et Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem: Constantinopolis usque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat: mediæ inter has provinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab Origine elaboratos Eusebius et Pamphilus evulgaverunt, totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat." De Luciano martyre scribit Eusebius; "Ipse omnes libros sacros rursus sumpsit, et ex lingua renovavit Hebraica, quam ipsam sciebat quoque accuratissimè, in eis corrigendis plurimùm laboris conferens."

Circa annum Christi cccc Hieronymus Stridonensis, omnium Christianorum primus, cùm ante viginti annos Hierosolymis à Judæis linguam Hebræam discere cœpisset, Biblia Hebræa in linguam Latinam transtulit, et in occidentales Ecclesias verbum Dei propagavit. Translatio ipsius longè lateque ab ecclesiis acceptata fuit. Post Hieronymi tempora studium linguarum sacrarum diu cessasse videtur: unde non tantùm translatio ip sius graviores depravationes passa est, quàm nunquam antea Biblia Græca, (quæ subinde suos cultores et restauratores habuêre) sed et in universa doctrina ecclesiæ, horrendæ tenebræ obortæ sunt, quæ ad mille ferè annos durarunt.

Anno Christi mccc Nicolaus Lyranus Hebraicè peritissimus, Biblia Latina commentariis quidem illustravit, at de textu Latino cum fonte Hebræo conferendo, parum aut nihil ab eo tentatum est.

Tandem Deus clementer ecclesiæ suæ misertus, excitavit circa annum md linguarum studiosissimos et peritissimos viros, qui turbatorum lacuum pertæsi, Scripturam Sacram ex fontibus Hebræis abluerunt, eamque vero suo nitori restituere, agminatim conati sunt.

Anno Christi mdxv in Hispania prodiit insigne opus Biblicum Complutense, studio Francisci Simenii, Archiepiscopi Toletani.

Sequenti anno, editum est in Italia Psalterium Octoplum, Hebraicè, Græcè, Arabicè, Chaldaicè, cum tribus versionibus Latinis, et commentario

ex Hebræis potissimùm scriptoribus elaborato, per Aug. Justinianum Genuensem, episcopum Nebiensem.

Anno Christi MDXXVIII in Gallia Santes Pagninus Lucensis post Hieronymum primus, Biblia Hebræa integra in Latinum fidelissimè convertit.

Anno MDXXXIV in Germania Sebastianus Munsterus, et paulò post, Sebastianus Castalio, similiter magna fide et diligentia Biblia Hebræa Latinè interpretati sunt.

Anno MDXLIII prodiit versio Latina Leonis Judæ, Theologi Tigurini, religione et fide summâ elaborata.

Anno MDLXVIII insecuta sunt Biblia regia Hispanica, Hebraica, Chaldaica, et Græca, cum totidem Latinis versionibus, studio incredibili, labore et diligentiâ admirabili, ac laude Regis sempiternâ, per Ariam Montanum adornata.

Postremò, viri incomparabiles Immanuel Tremellius et Franciscus Junius, suam quoque versionem, perpetuis textûs notis diligentissimè illustratam, ecclesiæ exhibuerunt. Præter hosce publicos in universam ecclesiam redundantes labores, privatim etiam singulæ penè nationes in sua lingua vernacula, versiones biblicas hoc seculo consecutæ sunt.

Vidimus verbum Dei per beneficium cognitionis linguæ Hebraicæ inde à tempore LXX interpretum, à trib. sc. fermè seculis ante natum Christum, in sua puritate conservatum, aut cum longinquitate temporis et librariorum incuriâ depravatum esset, ad suam puritatem, quantum quidem divina gratia humanæ concessit industriæ, ad hæc usque tempora reductum esse. Quantâ itaque laude digni sunt etiam illi, qui studium Hebraicum inter Christianos illustrarunt et propagarunt? Inter hos post Hieronymi tempora, Christianorum primus fuit Johannes Capnion Phortzensis vulgò Reuchlin dictus, U. J. D. et Maxim. Imperatoris ac Eberhardi primi Wirtebergens. Ducis consiliarius, et totius Sueviæ triumvir. Hic anno Christi 1494 edidit librum de verbo mirifico, arcanâ Hebræorum sapientiâ refertum: anno 1506 grammaticam et lexicon Hebraicum, et decennio pòst, libros tres de arte Cabalistica. Hunc attigerunt in Hispania Petrus Galatinus: in Italia Felix Pratensis, Daniel Bombergus, Elias Levita Judæus Germanus Romæ tunc degens: in Gallia Santes Pagninus, Guilhelmus Postellus, Franciscus Vatablus: subsecuti sunt Johannes Mercerus, Cornelius Bertramus, Ant. Rodolphus Cephalerius: in Germania Sebastianus Munsterus, Johannes Forsterus, Paulus Fagius, Johannes Avenarius et plurimi alii, qui vel præceptis vel lexicis, ve utroque Hebraicum studium mirum in modum propagarunt. Adeò potens isto seculo fuit Dei erga ec-

clesiam suam gratia, ad tam densas mille annorum tenebras discutiendas et profligandas.

Jam verò, ut ad vos illustres et generosissimos DD. Comites, propiùs sermonem dirigam, cùm divinæ providentiæ placuerit, me ex omnibus minimum, ad docendam linguam Hebræam in celeberrima Basileensi Academia vocare, studui pro viribus. Spartam nactam exornare, et assiduitate augere. Etsi autem meæ mihi tenuitatis in hisce studiis probè conscius sim, tamen monente apostolo, "ut quisque accepit donum, ita alius in alium illud subministrantes, boni estote dispensatores variæ Dei gratiæ," 1 Pet. IV. 10. volui quoque qualiacunque dona mihi ex gratia concessa, ad publicam utilitatem conferre. Adornavi nunc breve hoc Lexicon Hebraicum et Chaldaicum ad usum studiosorum theologiæ, qui magnæ molis libros circumferre nequeunt. In ea voces omnes Veteris Testamenti, quatenus illud Hebraicè et ex parte Chaldaicè conscriptum fidâ curâ explicantur. Non pauca etiam loca obscura et difficilia illustrantur. In subsidium adhibui Chaldæos et Hebræos interpretes, priscos et recentiores, quotquot mihi illorum copia esse potuit. Ex illorum auctoritate quàm sæpissimè lux infertur locis ab interpretibus nostris diversimodè redditis. Huncce meum laborem qualemcunque vobis, generosissimi DD. Comites, inscribere et dedicare volui, tum, ut esset testimonium publicum memoris et grati mei animi, pro favore summo ac singulari multiplicique benevolentia et clementia erga me vestra, quam ante viginti annos primùm in illustri schola Nassovia, deinde hîc Basileæ, postremò etiam Argentinæ, magno meo cum gaudio expertus sum. Quæ benevolentia vestra, ut perpetuam apud me memoriam pro merita est, ita eandem quoque in posterum erga me constantem futuram, haud dubius spero. Altera causa, quoniam divina clementia vobis dedit, ut sitis in eorum numero, qui ecclesiæ et scholarum, fidi et liberales dicuntur et sunt nutritii: quâ virtute quæ major in principe et in eminentia constituto dominatore esse potest? Præclarum profecto κατόρθωμα per inclytum parentem vestrum D. Arnoldum benedictæ memoriæ. Filius Dei præstitit, quòd sublato in sublime Veritatis Vexillo ecclesiam inter tot turbas et immania rerum discrimina reformarit, et illustrem Scholam Steinfurtanam, inter tot hostiles incursiones, direptiones, depopulationes prudenter fundarit, liberaliter ornarit, feliciterque erexerit. Eò non tantùm pietatis in Deum, et fidei in patriam fidosque ac charos patriæ accolas, sed et benevolentiæ erga exteros remotiores, testimonium editum est luculentissimum. Vigent enim illic nunc variæ doctrinæ erudita studia, aluntur in præcipuis scientiis viri clarissi-

mi et doctissimi, fluunt undique juvenes et studiosi literarum flagrantissimi. Audivi, vidi, novi, qui non tantùm ex hisce Helvetiæ partibus sed et ex aliis nationibus inde redeuntes, liberales studiorum fructus illic acquisitos prædicarent. Hanc laudem pietate fundatam, in longinquum profitebitur subsecutura posteritas. Quare cùm vos ipsi, generosissimi Comites, variarum linguarum et rerum cognitione optimè imbuti, ad pietatis et doctrinarum præclara studia conservanda, cùm paterna institutione, tum proprio pietatis zelo, summè propensi sitis, optimam spem concipio, fore ut et hosce meos conatus ad studium theologiæ, quod in vera intelligentia verbi divini lingua Hebræa et Græca conscripti, fundamentum habet, promovendum, benignè et clementer approbaturi sitis. Quod cum de vobis intellexero, abundè magnum horum studiorum fructum consecutus videbor. Oro autem Filium Dei, Jesum Christum, ut det vobis diu videre terram vestram pace, concordiâ, religione, disciplinâ florentem, ad Dei gloriam et ecclesiæ bonum. Scripsi Basileæ, 17 Aug. anno Domini MDCVII.

JOHANNIS BUXTORFII

EPITOME

RADICUM

HEBRAICARUM ET CHALDAICARUM.

אבב אָבִיב, nomen masc. *culmus, spica mutica*, Ex. IX. 31. *arista virens*, Lev. II. 14. Inde mensis אָבִיב, Ex. XIII. 4. id est, *Martius*, quasi mensis spicarum, quia hordeum legitur tunc fuisse spicatum, Exod. IX. 31.

אֵב, m. *viror, virens, fructus recens*, formæ קֵן cum affixo, בְּאִבּוֹ, *in virore suo*, Job. VIII. 12. plurale constructum, בְּאִבֵּי הַנָּחַל, *in virentia vallis*, Cant. VI. 11.

אֵנְבָּא ,אִבָּא, m. Chal. idem: aff. אִנְבֵּיהּ, *fructum ejus*, Dan. IV. 11. וְאִנְבֵּהּ, *et recens fructus ejus*, Dan. IV. 9, 11. ubi נ est loco Dagesch. Radix אַבֵּב, *primum vel præcocem fructum producere*, legitur in Targum, Hos. IX. 10.

אָבַד *periit, interiit:* partic. Benoni אֹבֵד, *periens*, vel *perdita*, Deut. XXXII. 28. in Pathach, propter constructionem, ut Aben Esra recenset. Fut. יֹאבֵד, *peribit*, Prov. XIX. 9. in Tzere propter pausam. Chald. futur. יֵאבַדוּ, *peribunt*, Jer. X. 11. Pih. אִבֵּד, *perire fecit, perdidit:* futurum וָאַבֶּדְךָ, *et perdidi te*, Ezech. XXVIII. 16. pro וָאַאַבֶּדְךָ euphoniæ causa. Hiph. præter. וְהֶאֱבִיד, *et perdet*, Num. XXIV. 19. Futur. אֹבִידָה, *perdam*, Jer. XLVI. 8. א radicali abjecto, et Cholem ex forma Kal, vel certè Chaldaica, assumpto. Chald. infinit. לְהוֹבָדָה, *ad perdendum*, Dan. II. 12. et in Aleph לְהוֹבָדָא, ver. 24. Futurum, תְּהוֹבֵד, *perdes*, ver. 24. יְהוֹבְדוּן, *perderent*, ver. 18. in quibus א radicale mutatum in ו, et ה characteristicum ex Hebraismo servatum, loco א. Hophal, præter. הוּבַד, *perditum fuit*, Dan. VII. 11.

אֹבֵד, m. *perditio*, Num. XXIV. 20. quibusdam tamen manet participium Kal. Est forma שֹׁרֵק.

אֲבֵדָה, f. *res perdita, sive amissa*, Levit. V. 22. constr. לְכָל־אֲבֵדַת אָחִיךָ, *omni rei amissæ fratris tui*, Deut. XXII. 3.

אֲבַדּוֹן, m. *perditio, perditionis locus, interitus*, Job. XXVIII. 22. Prov. XV. 11.

אֲבַדֹּה, f. idem, Prov. XXVII. 20. quod legitur אֲבַדּוֹ.

אָבְדָן, m. idem: constructum,

בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי, *in perditionem cognationis meæ,* Esth. VIII. 6. juxta Aben Ezram.

אָבְדָן, m. *perditio, perditionis, locus, interitus,* Esth. IX. 5. quod juxta R. D. Kimchi possit esse infinitum Pihel, cum ן paragogico et Dagesch ejecto.

אָבָה *voluit, acquievit:* construitur sæpè cum dat. et ferè addita negatione: præt. לֹא אָבָה לִי, *non acquievit mihi,* Ps. LXXXI. 12. וְלֹא אָבוּא, *et non voluerunt,* Ies. XXVIII. 12. cum א paragog. fut. אַל תֹּבֵא, *ne acquiescito,* Prov. I. 10. ubi prima radicalis abjecta, et tertia in א mutata est.

אָב, m. *pater,* a propensa voluntate erga liberos, quasi benevolus dictus: item *auctor, inventor primus,* Gen. IV. 20. *doctor,* 2 Reg. II. 12. id est, רַבִּי juxta paraphrasten Chaldæum: *socer,* affinitate pater, 1 Sam. XXIV. 12. Tribuitur et regibus, principibus, heris, dominis, qui officio suis ministris, subditis aut domesticis, patrum loco sunt, ut 2 Reg. V. 13. Denique includit et avum et proavum, et pluraliter, quoslibet majores: constr. אֲבִי et bis אַב, Gen. XVII. 5. aff. אֶת־אָבִי, *cum patre meo,* Gen. XIX. 34. cum Kametz ad differentiam formæ constructæ: plurale אָבוֹת, *patres, majores;* constr. אֲבוֹת: aff. אֲבוֹתַי, *patres,* vel *majores mei,* Ps. XXXIX. 13. Chald. אַב: aff. אֲבוּךְ, *pater tuus,* Dan. V. 11. אֲבוּהִי, *pater ejus,* Dan. V. 2. אֲבִי, *pater meus,* ver. 13. plurale אֲבָהָתִי, *patrum meorum,* Dan. II. 23. cum Chirek loco Pathach: אֲבָהָתָךְ, *patrum tuorum,* Esr. IV. 15. אֲבָהָתַנָא, *patres nostri,* Esr. V. 12.

אֵבֶה, m. *voluntas, desiderium:* עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה, *cum navibus desiderii,* Job. IX. 26. id est, velocibus, in quibus homines citò compotes fiunt desiderii sui, perveniendo, quò volunt, et desiderant, ut explicat R. Levi Gerson, et R. David.

אֶבְיוֹן, m. *egenus,* quasi desiderans dictus: cùm enim sit attenuatus et bonis destitutus, semper habere desiderat, scribit R. Sal. Ex. XXIII. 6. et Deuter. XV. 4. aff. אֶבְיֹנְךָ, *egeni tui,* Exod. XXIII. 6. plurale אֶבְיוֹנִים et const. וְאֶבְיֹנֵי, *egeni,* Ex. XXIII. 11. aff. אֶבְיוֹנֶיהָ, *egenos suos,* Ps. CXXXII. 15.

אֲבִיּוֹנָה, f. *appetitus, concupiscentia,* Eccles. XII. 5.

אֲבוֹי, *heu, eheu,* Prov. XXIII. 29.

אָבִי, *ah, O,* optandi et desiderandi affectum significans, Job. XXXIV. 36. Quibusdam, voluntas mea: pater mi.

אבח אִבְחָה, f. *cuspis, mucro:* const. אִבְחַת חָרֶב, *mucronem gladii,* Ez. XXI. 20. interpretes Hebræi variant: alius *terrorem,* alius *mactationem,* alius *clamorem* exponit, respiciendo ad radices טבח, נבח, בעת, per literarum commutationem.

* **אבט** אֲבַטִּחִים vide in בָּטַח.

אבך Hithpah. הִתְאַבֵּךְ, *elevari, elevare se:* futur. וַיִּתְאַבְּכוּ, *elevabunt se,* juxta Aben Esram, Ies. IX. 17. Quidam, *in minutissimum pulverem abibunt,* quasi ab אָבָק Caph et Koph permutatis.

אָבַל *luxit, in luctu fuit:* tribuitur etiam metaphoricè inanimatis. Præter. אָבַל תִּירוֹשׁ, *luget mustum,* Ies. XXIV. 7. Hiph. הֶאֱבִיל, *lugere fecit, luctum attulit.* Præt. הֶאֱבַלְתִּי, *luctum attuli,* Ez. XXXI. 15. fut. וַיַּאֲבֶל־חֵיל, *et luctum attulit*

munitioni, Thren. II. 8. Hithp. præt. הִתְאַבֵּל, *luxit,* 1 Sam. XV. 35.

אָבֵל, m. *lugens; at* 1 Sam. VI. 18. juxta paraphrasten Chald. et R. Salomonem, ponitur pro אֶבֶן, *lapis,* ut ex ver. 15. liquet: est et proprium nomen loci à luctu sic dicti, Gen. L. 11. const. כַּאֲבֶל־אֵם, *sicut lugens matris,* Ps. XXXV. 14. plural. אֲבֵלִים, *lugentes:* const. לַאֲבֵלֵי צִיּוֹן, *lugentibus Tzionis,* Ies. LXI. 3. Fœminin. plural. אֲבֵלוֹת, Thren. I. 4.

אֵבֶל, *luctus,* Gen. XXVII. 41.

אֲבָל, *at, ast, sed, verùm, verumtamen, immò.*

אוּבָל, vide in יָבַל.

אבן אֶבֶן, f. *lapis;* metonymice, *pondus,* Deut. XXV. 13. *perpendiculum: massa,* ut *lapis plumbi,* Zach. V. 8. *Lapis stanni,* Zach. IV. 10. aff. אַבְנוֹ, *lapidem suum,* 2 Reg. III. 25. Chald. אֶבֶן, *lapis,* Esr. V. 8. et forma emphatica אַבְנָא, Dan. II. 35. plur. אֲבָנִים, f. *lapides, pondera, perpendicula:* const. אַבְנֵי שֹׁהַם, *lapides onychis,* Ex. XXVIII. 9. aff. אַבְנֵיהֶם, *lapidum eorum,* Neh. III. 35. אֲבָנֶיהָ, *lapides ejus,* Deut. VIII. 9.

אָבְנַיִם, m. d. *sellæ parturientium,* Exod. I. 16. *sellæ, tabulæ figulorum,* Jer. XVIII. 3.

אַבְנֵט, m. *balteus,* Levit. VIII. 13. aff. וְאַבְנֵטְךָ, *et balteo tuo,* Ies. XXII. 21. plur. אַבְנֵטִים, Exod. XXVIII. 40.

אבס *saginare:* particip. Pahul אָבוּס, *saginatus,* Prov. XV. 17. plur. אֲבוּסִים, 1 Reg. V. 3.

אֵבוּס, m. *præsepe,* quasi saginatorium: בְּאֵין אֲלָפִים אֵבוּס בָּר: *cùm non fuerint boves, præsepe mundum est,* Prov. XIV. 4. plur. cum aff. אֲבוּסֶיךָ, *præsepia tua,* Job. XXXIX. 9. quasi ab אָבוּס.

מַאֲבוּסִים, m. p. *granaria:* aff. מַאֲבֻסֶיהָ, *granaria, horrea ejus,* Jer. L. 26.

אבק אָבָק, m. *pulvis, pulvisculus:* const. אֲבַק רַגְלָיו, *pulvis pedum ejus,* Nah. I. 3. aff. אֲבָקָם, *pulvis eorum,* Ezech. XXVI. 10.

אֲבָקָה, f. idem: unde const. מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל, *præ omni pulvere aromatarii,* Cant. III. 6.

נֶאֱבַק, niph. *luctari,* quòd hoc in pulvere fieret, unde, *fulvâ luctantur arenâ,* apud Virgil. Et, *in arenam descendere.* Futurum וַיֵּאָבֵק, *et luctatus est,* Genes. XXXII. 25. infin. cum aff. בְּהֵאָבְקוֹ, *in luctando ipsum,* Gen. XXXII. 26.

אבר אָבִיר, m. *robustus, fortis, potens, validus:* const. אֲבִיר יַעֲקֹב, *robustus Jacobi,* Gen. XLIX. 24. אֲבִיר יִשְׂרָאֵל, *fons Israëlis,* Ies. I. 24.

אַבִּיר, m. idem: כְּאַבִּיר, *ut potentissimus,* Ies. X. 13. pro כְּאַבִּיר, et juxta Masorethas legendum כַּבִּיר Plur. אַבִּירִים, *robusti:* synecdochice *tauri, juvenci, equi,* quòd his robur competat, unde, *fortes invertant tauri* apud Virgil. Et, *non fortitudine equi delectatur,* Ps. CXLVII. 10. const. אַבִּירֵי בָשָׁן, *robusti juvenci Baschanis,* Psal. XXII. 13. aff. אַבִּירַי, *fortes meos,* Thren. I. 15.

אֵבֶר, m. *penna, ala,* quòd in iis robur avium sit, אֵבֶר כַּיּוֹנָה, *alas quasi columbæ,* Psal. LV. 7.

אֶבְרָה, f. *penna, ala,* Job. XXXIX. 13. aff. אֶבְרָתוֹ, *alas suas,* Deut. XXXII. 11. plur. cum aff. אֶבְרוֹתֶיהָ, *pennæ ejus,* Psalm. LXVIII. 14.

הֶאֱבִיר, Hiph. *volare:* futurum יַאֲבֶר־נֵץ, *volabit accipiter,* Job. XXXIX. 26.

אגד אֲגֻדָּה, f. *fasciculus,* metaphoricè; *cuneus, agmen militum:* constr. אֲגֻדַּת אֵזוֹב, *fasciculus hyssopi,* Exod. XII. 22. aff. וַאֲגֻדָּתוֹ, *et cuneum suum,* id est, hominum et animalium turmas, Amos IX. 6. plur. אֲגֻדּוֹת, *fasces, sarcinæ,* Ies. LVIII. 6.

אגז אֱגוֹז, m. *nux,* juxta Hebræos interpretes communiter, Cant. VI. 11. quidam, *tonsio, putatio, collucatio,* quasi à גָּזַז.

אגל אֶגֶל, m. *gutta:* plural. constr. אֶגְלֵי טָל, *guttas roris,* Job. XXXVIII. 28.

אגם אֲגַם, m. *stagnum,* Ies. XXXV. 7. plur. אֲגַמִּים, *stagna,* Ies. XLII. 15. constr. וְאַגְמֵי־מַיִם, *et stagna aquarum,* Ies. XIV. 23. aff. אַגְמֵיהֶם, *stagna eorum,* Exod. VII. 19. ex quibus Dagesch euphoniæ causâ ejectum est, aut sunt à forma אֲגָמִים inquit Kimchi.

אַגְמוֹן, m. *juncus,* à stagnis, in quibus crescit, Ies. LVIII. 5. *cortina, ahenum majus,* Job. XLI. 12. quomodo et יָם, *mare,* ad vas amplum refertur ut est suo loco.

אגן אַגָּן, f. *crater,* Cant. VII. 3. pl. בָּאַגָּנוֹת, *in crateribus,* Exod. XXIV. 6.

אגף אֲגַפִּים, masc. p. *alæ;* metaphoricè, *agmina,* quomodo Latinis *alæ equitum, alæ legionum* dicuntur. aff. אֲגַפָּיו, *agmina ejus,* Ezech. XII. 14.

אגר *collegit, congessit, comportavit:* præter. אָגְרָה בַקָּצִיר, *comportat in messe,* Prov. VI. 8. partic. אֹגֵר בַּקַּיִץ, *congregans in æstate,* Prov. X. 5.

אֲגוֹרָה, vide in גרר.

אִגֶּרֶת, fœm. *epistola, literæ,* sic dictæ quòd in ea variæ res comportentur, Neh. VI. 5. Chald. אִגְּרָא, f. *epistola,* Esr. IV. 8. emph. אִגַּרְתָּא, ver. 11. plur. אִגְּרוֹת, *epistolæ,* Neh. II. 7. aff. אִגְּרוֹתֵיהֶם, *literas suas,* Neh. VI. 17.

אֲגַרְטָל, m. *pelvis, pollubrum:* plur. const. אֲגַרְטְלֵי זָהָב, *pelves aureæ,* Esræ I. 9.

אדב Hiph. הֶאֱדִיב, *cruciavit.* infin. וְלַאֲדִיב, *et ad cruciandum,* 1 Sam. II. 33. vide דָּאַב.

אָדַם *rubere, rubrum, rufum esse:* præt. אָדְמוּ, *rubebant,* Thren. IV. 7. Pyh. part. מְאָדָּם, *rubricatus,* Nahum II. 4. plur. מְאָדָּמִים, *rubricatæ, rubefactæ,* Ex. XXV. 5. Hiph. futurum אִם יַאְדִּימוּ, *si rubra fuerint,* Ies. I. 18. Hithp. futurum כִּי יִתְאַדָּם, *cùm rubescit,* Prov. XXIII. 31.

אָדֹם, m. *ruber, rufus, rubicundus:* plur. אֲדֻמִּים, *rubentes,* 2 Reg. III. 22. fœmin. אֲדֻמָּה, *rufa,* Num. XIX. 2.

אֹדֶם, m. *pyropus, rubinus,* lapis pretiosus, Exod. XXVIII. 17. et XXXIX. 10. Ezech. XXVIII. 13.

אָדָם, m. *homo,* quia fuit creatus עָפָר מִן הָאֲדָמָה, *pulvis ex terra,*

Gen. II. 7. Interdum generalitatem utriusque sexus significat, interdum distributivè, *quisque*, ut Levit. I. 2.

אֲדָמָה, c. *terra*, culta propriè, rubri sive argillacei coloris: const. אַדְמַת קֹדֶשׁ, *terra sanctitatis*, Ex. III. 5. aff. עֹבֵד אַדְמָתוֹ יִשְׂבַּע לָחֶם, *colens terram suam saturabitur pane*, Prov. XII. 11. plur. אֲדָמוֹת, *terræ*, Psalm. XLIX. 12.

אֲדַמְדָּם, *subrubidus*, Lev. XIII. 42. fœm. אֲדַמְדֶּמֶת, *subrubida*, ver. 43. plur. אֲדַמְדַּמּוֹת, Lev. XIV. 37.

אדן אֶדֶן, m. *stylobates, basis*, Exod. XXXVIII. 27. plur. אֲדָנִים et const. אַדְנֵי, Exod. XXVI. 37. aff. וְאַדְנֵיהֶם, *et stylobatas earum*, Exod. XXXVIII. 10. אֲדָנֶיהָ, *bases ejus*, Job. XXXVIII. 6.

אָדוֹן, m. *dominus, de deo et hominibus*, Jos. III. 11. Mich. IV. 11. aff. אֲדֹנִי, *dominus meus*, Gen. XXIII. 15. *de Abrahamo*: plur. אֲדוֹנִים, *domini*, dicitur de uno et pluribus. *De uno Abrahamo*, Gen. XXIV. 9. *Potiphare*, Gen. XXXIX. 2. *Pharaone*, Gen. XL. 1. *Josepho*, Gen. XLII. 30. vide Jud. III. 25. 2 Sam. XX. 6. *de uno deo*, Ps. CXXXVI. 3. Mal. I. 6. const. אֲדוֹנֵי. aff. אֲדֹנָיו, *domini ejus*, pro *dominus ejus*, passim. Sic אֲדֹנֶיךָ, *domini tui*, singulariter, Gen. XXIV. 51. אֲדוֹנַי, *domini mei*, cum Patach *de hominibus*; אֲדוֹנָי cum Kametz, *de deo et angelis divinis*, et habet sensum singularem.

אֱדַיִן, Chal. *tunc*: בֵּאדַיִן, *in tunc*, per pleonasmum, Dan. II. oritur ex Hebræo אָז vel אֱזַי commutato ז in ד.

אדר Niph. part. נֶאְדָּר, *magnificus*, Exod. XV. 11. cum י paragogico, נֶאְדָּרִי, *magnificum exhibes te*, Ex. XV. 6. Hiph. הֶאְדִּיר, *magnificavit, magnificum reddidit*: futur. וְיַאְדִּיר, *et magnificum reddidit*, Ies. XLII. 21.

אַדִּיר, m. *magnificus: validus*. aff. אַדִּירוֹ, *magnificus ejus*, Jerem. XXX. 21. plur. אַדִּירִים, constr. אַדִּירֵי הַצֹּאן, *magnifici pecoris*, Jer. XXV. 34. aff. אַדִּירֶיךָ, *magnifici tui*, Nahum. III. 18.

אֶדֶר, m. *magnificentia*, Zach. II. 13. item, *toga, pallium magnificum*, Mich. II. 8.

אֲדָר, m. *Adar*, mensis Februario nostro respondens, Esth. III. 7. Chald. לְיַרַח אֲדָר, *mensis Adar*, Esræ VI. 15. vide 2 Machab. XV. 37.

אַדֶּרֶת, f. *magnificentia: toga*, Jos. VII. 21. aff. אַדַּרְתּוֹ, *togam magnificam suam, paludamentum suum*, Jon. III. 6. אַדַּרְתָּם, *magnificentia eorum*, Zach. II. 3.

אדר אִדְּרָא, Chald. *area*, in Targum sæpe: plur. constr. מִן אִדְּרֵי קַיִט, *ex areis æstatis*, Dan. II. 35.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא, Chald. m. p. *senatores, judices*, Dan. III. 2. Sunt qui ex אַדִּיר, *magnificus* et גְּזַר, *decrevit*, compositum existimant, quasi *judices magnificos* dicas.

אַדְרַזְדָּא, Chald. *sedulò, diligenter*, Esth. VII. 23.

אֲדַרְכֹּן, m. *drachma*: plural. אֲדַרְכֹּנִים, *drachmæ*, 1 Par. XXIX. 7. et Esræ VIII. 27.

אהב אָהֵב, *amavit, dilexit*: partic. fœm. cum י paragogico, אֹהַבְתִּי, *amans*, Hos. X. 11. pro

אֹהֲבַת. futur. אֶֽאֱהַב, *diligam*, Prov. VIII. 17. ex forma Chaldaica: תֶּאֱהֲבוּ, *amabitis*, Prov. I. 22. pro תֶּאֱהֲבוּ ut Aleph audiatur: quidam tamen ex Pihel esse volunt. Niph. partic. plur. הַנֶּאֱהָבִים, *amantes se, dilectissimi inter se*, 2 Sam. I. 23. Pihel: partic. מְאַהֲבִים, *amantes, amatores:* מְאַהֲבָי, *amantium me*, Zach. XIII. 6.

אֲהָבִים, m. p. *amores*, Prov. V. 19. et אֳהָבִים, Prov. VII. 18.

אַהֲבָה, f. *amor, dilectio:* constr. אַהֲבַת נַפְשׁוֹ, *amore animæ suæ*, 1 Sam. XX. 17. aff. אַהֲבָתִי, *amor meus*, Psalm. CIX. 4.

אֲהָהּ *ahah, ah*, Jud. VI. 22. Interjectio dolentis. Aliâs הָהּ, Ezech. XXX. 2.

אֱהִי *ubi?* Hos. XIII. 10, 14. quasi pro אַיֵּה positum. Aliis est futurum, *ero*, per apocopam pro אֶהְיֶה *ab* הָיָה.

אהל אֹהֶל, m. *tentorium*, Gen. IV. 20. aff. אָהֳלֹה, *tentorium ejus*, Gen. XIII. 3. cum ה in fine loco Vau: הָאָהֳלִי, *tentorii mei*, Jos. VII. 21. cum articulo הָ et affixo; vide Thesaurum Buxtorfii Grammaticum, Lib. II. cap. 5. in fine: plural. אֹהָלִים et אֳהָלִים, const. אָהֳלֵי, aff. לְאֹהָלָיו, *in tentoria sua*, Jud. VII. 8. מֵאֹהָלֶיךָ, *a tentoriis tuis*, Job. XXII. 23. Cholem manente vel mutato.

אָהַל, *tentorium figere, tendere*, vel *movere*. futurum וַיֶּאֱהַל, *et tentoria movit*, Gen. XIII. 12. Hiph. futur. יַהֵל, *tentorium figet*, Ies. XIII. 20. pro יַאֲהֵל abjectâ primâ radicali: יַאֲהִיל. Vide in הלל.

אֲהָלִים, m. p. *santali*, arbores præstantissimæ, Num. XXIV. 6. cujus ligna siccata, aut fructus, odoris grati sunt, ut liquet ex Prov. VII. 17. et fœm. וַאֲהָלוֹת, *et santali*, Cant. IV. 14. et sic Ps. XLV. 9. vulgò *aloën* reddunt.

אוֹ *aut, vel, sive:* volunt quidam pro *et, si*, quandoque sumi, sed non necesse est.

אוֹב m. *pytho*, qui responsa dando diabolicis artibus homines à deo avocat, Levit. XX. 27. plur. אֹבוֹת, *pythones*, Levit. XIX. 31. Item, *utres*, unde כָּאֹבוֹת, *sicut utres*, Job. XXXII. 19. Hinc pythonis significatio juxta Aben Esram, quòd ex tumido ventre, quasi utre oracula depromeret.

אוד אֹדוֹת, אוֹדֹת, עַל, *propter, causâ, de*, semper præcedente particula עַל pro qua semel legitur אֶל, 2 Sam. XIII. 16. aff. עַל־אֹדוֹתַי וְעַל־אוֹדוֹתֶיךָ, *mei causâ, et tui causâ*, Jos. XIV. 6.

אוּד m. *titio, torris*, Amos IV. 11. אוּדִים הָעֲשֵׁנִים, *titiones fumigantes*, Ies. VII. 4.

אָוָה Pih. *expetivit, concupivit, desideravit:* præt. אִוִּיתִיךָ, *desidero te*, Ies. XXVI. 9. futur. תְּאַוֶּה, *desiderabit*, Deut. XII. 20. נָאוָה נָאוָה, vide in נאה. Hith. הִתְאַוָּה, *desiderat*, Prov. XXI. 26. וְהִתְאַוִּיתֶם vide in תָּוָה.

אַו, m. *desiderium* juxta quosdam, Prov. XXXI. 4. vide et in אַיִן.

אַוָּה, *desiderium:* constr. אַוַּת נַפְשְׁךָ, *desiderium animæ tuæ*, Deut.

XII. 15. aff. בְּאַוָּתִי, *in desiderio meo*, Hos. X. 10.

תַּאֲוָה, f. idem: constr. תַּאֲוַת לִבּוֹ, *desiderium cordis ejus*, Psalm. XXI. 3. aff. תַּאֲוָתִי, *desiderium meum*, Psalm. XXXVIII. 10. vide aliam ejus significationem in תָּאַה.

מַאֲוַיִּים, m. p. idem: constr. מַאֲוַיֵּי רָשָׁע, *desideria improbi*, Ps. CXL. 8.

אוח אֹחִים, m. p. *aves ferales, animalia terribilia*, Ies. XIII. 21. Variant interpretes.

אוי *eheu, væ*, Ezech. XVII. 23. et cum ה paragogico אוֹיָה, *hei, heu*, Ps. CXX. 5.

אול אֻלַי אוּלַי, *fortassis, fortasse, forsitan.* Est bene sperantis potiùs, quàm dubitantis. Inde R. Salomo Gen. L. 15. vult etiam operantis esse, idem quod לוּ, *utinam.* Potest etiam ad אלה referri.

אוּלָם, *profectò, certè, veruntamen*, Gen. XXVIII. 19. confirmandi particula quasi ab אַיִל. vide et infrà in אלם.

אֱוִיל, *stultus*, Proverb. XII. 15. אֱוִלִי, idem, Zach. XI. 15. plural. אֱוִלִים, *stulti*, Prov. I. 7.

אִוֶּלֶת, *stultitia, res stulta*, Prov. XIX. 3. aff. אִוַּלְתִּי, *stultitia mea*, Ps. XXXVIII. 6.

און אָוֶן, m. *iniquitas, vanitas, molestia, idolum, a vanitate vel molestia*, Ies. LXVI. 3. 1 Sam. XV. 23. aff. אוֹנֵךְ, *vanitatis, iniquitatis tuæ*, Jer. IV. 14. אוֹנָם, *iniquitatem ipsorum*, Psalm. XCIV. 23. Aliter mox.

אוֹן, m. *robur, potentia, vires, substantia, opes*, quomodo cum הוֹן convenit, ut D. Kimchi scribit, Hos. XII. 8. Sic autem dicuntur opes, quòd vel robore, vel iniquitate aut molestiâ et labore parentur, aut quod homines robur suum in iis ponant. aff. אוֹנוֹ, *substantiam suam*, Job. XX. 10. אוֹנוֹ, *roboris ejus*, Job. XVIII. 7. אוֹנִי, *potentiæ meæ*, Gen. XLIX. 3. plur. אוֹנִים, *vires*, Ies. XL. 26. Ps. LXXVIII. 51. Vide et אנן.

תְּאֻנִים, m. p. *molestiæ*, Ezech. XXIV. 12.

אוץ *ursit, arctavit, pressit, festinavit:* præt. אָץ, *festinabat*, Jos. X. 13. אַצְתִּי, *ursi*, Jer. XVII. 16. Hiph. futur. וַיָּאִיצוּ, *et urgebant*, Gen. XIX. 15. תָּאִיצוּ, *urgebitis*, Ies. XXII. 4.

אָץ, m. *præceps, festinus, arctus, angustus*, Jos. XVII. 15.

אור *lucidum esse, illuminari, lucere, illucere:* præt. הַבֹּקֶר אוֹר, *mane illuxerat*, Genes. XLIV. 3. Niph. נָאוֹר, *lucidum fieri, illustrari, illucere.* part. נָאוֹר, *illustris factus es*, Ps. LXXVI. 5. infin. לֵאוֹר, *ut illustretur*, Job. XXXIII. 39. futurum וַיֵּאוֹר, *et illuxit*, 2 Sam. II. 32. Hiph. הֵאִיר, *lucere fecit, lucidum reddidit, illustravit, illuminavit, incendit:* et intransitivè, *luxit, reluxit:* præter. וְהֵאִיר, *ut lux*, vel *lucidum sit*, aut *lucem præbeat*, Ex. XXV. 37.

אוֹר, m. *lux, lumen:* aff. אוֹרוֹ, *lucem suam*, Job. XXXVI. 30. plur. אוֹרִים, *lumina*, Ps. CXXXVI. 7. Quandoque *pluvia*, juxta Hebræos: ut, יָפִיץ עֲנַן אוֹרוֹ, *spargit nubes pluviam suam*, Job. XXXVII. 11. Sic Targum, מִטְרֵיהּ, *pluviam suam:* vide et XXXVI. 30.

אוֹרָא, f. *lux, lumen*, Esth. VIII. 15. plur. אוֹרֹת, *olera*, 2 Reg. IV. 39. Ies. XXVII. 19. sic dicta, quòd suo virore oculos illustrent, ut Talmudici scribunt in Ioma fol. 18.

אוּר, m. *ignis*, à lucendo: *focus*, Ies. L. 11. plur. בָּאֻרִים, *in ignibus*, Ies. XXIV. 15. וְאֶת־הָאוּרִים, *et Urim*, Exod. XXVIII. 30. affix. תֻּמֶּיךָ־וְאוּרֶיךָ, *Thummim tui, et Urim tui*, Deut. XXXIII. 8. quæ qualia fuerint, non scimus, scribit Aben Esra, Exod. XXVIII. 5. Apud Talmudicos legitur, אוּרִים dicuntur שמאירין את דבריהן quia illustrant, et explicant verba ipsorum: תוּמִּים autem שמתמימים את דבריהן, quia perficiunt verba ipsorum: Ioma VII. in fine. Vide Aben Esram dicto loco, et R. Salom. Exod. XXVIII. 30. et ibidem Targum Jonathanis.

אֻרוֹת אֲוֵרוֹת, vide in אָרָה.

מָאוֹר, m. *lumen, luminare:* const. לִמְאוֹר פָּנֶיךָ, *lumini vultus tui*, Ps. XC. 8. plural. const. מְאוֹרֵי אוֹר, *luminaria lucis*, Ezech. XXXII. 8. fœm. plur. מְאוֹרוֹת, Gen. I. 16.

מְאוּרָה, f. *caverna, specus:* const. עַל מְאוּרַת צִפְעוֹנִי, *super specum viperæ*, Ies. XI. 8.

אות c. *signum*, tam nudum, quàm prodigiosum. Gen. IV. 15. plur. הָאֹתוֹת, *signis*, Exod. IV. 9. לְאֹתֹת, *in signa*, Gen. I. 14. aff. אֹתֹתַי, *signa mea*, Num. XIV. 22. Chald. אָת: plur. אָתִין, *signa*, Dan. VI. 28. emph. אָתַיָּא, Dan. III. 32. aff. אָתוֹהִי, *signa ejus*, ver. 33.

אוֹתִיּוֹת, vide in אָתָה.

אָז *tunc:* אֱזַי, idem, Ps. CXXIV. 3. מִן אָז, *a tunc, ex tunc*, id est, *a quo tempore, ex quo*, Jer. XLIV. 18. מֵאָז, idem, Gen. XXXIX. 5. vel *a tunc* pro, *ab æterno, ante ullum tempus*, Ps. XCIII. 2. Prov. VIII. 22.

אזא אֲזָה, Chald. *accendi, succendi:* partic. Pehil אֵזֵה, *accensa*, Dan. III. 22. pro אֲזָה vel אֱזֵי. Infinit. לְמֵזֵא, *ad accendendum*, ver. 19. aff. לְמֵזְיֵהּ, *ad accendendum eam*, ibid.

אזב אֵזוֹב, m. *hyssopus*, cujus in aspersionibus sacris erat usus, fasciculo ex eo facto, Ex. XII. 22.

אזד Chald. *abiit, exiit.* partic. fœm. אָזְדָא, *abiit*, Dan. II. 5, 8. Juxta R. Saadiam idem est quod אָזַל per commutationem ל et ד.

אזל *abiit, digressus est, profectus fuit.* Præter. אָזְלַת, *abiit, defecit*, Deut. XXXII. 36. simile vide in שׁוּב. futur. תֵּזְלִי, *digredieris*, Jerem. II. 36. quæ sunt ex forma Chald. Chald. præt. לְבַיְתֵהּ אֲזַל, *domum suam abiit*, Dan. II. 17. אֲזַלוּ, *profecti sunt*, Esr. IV. 23. אֲזַלְנָא, *profecti sumus*, Esr. V. 8. Imp. אֵזֶל, *abi*, ver. 15. cum Tzere loco Hateph Sægol. Pyh. partic. מְאוּזָּל, *abire factus, vagus*, Ezech. XXVII. 19.

אֶזֶל, m. *itio, abitio, iter*, 1 Sam. XX. 19.

אזן אֹזֶן, f. *auris:* aff. אָזְנוֹ, *auris ejus*, Ies. XXXIII. 15. Duale, אָזְנַיִם, *aures*, Ies. XLII. 20. const. אָזְנֵי, Ies. XXXII. 3. aff. אָזְנָיו, *aures ejus*, Ies. XI. 3. בְּאָזְנֵיכֶם, *in auribus vestris*, Deut. V. 1.

אִזֵּן, Pih. *attendit:* præt. וְאִזֵּן, *et attendit*, Eccles. XII. 9. Hiph.

הֶאֱזִין, *auribus percepit, aures præbuit, advertit:* partic. מֵזִין, Prov. XVII. 4. pro מַאֲזִין. Sic fut. אָזִין *aurem præbui*, Job. XXXII. 11. pro אַאֲזִין.

מֹאזְנַיִם, m. d. *lances, statera, trutina:* construct. מֹאזְנֵי מִרְמָה, *lances doli*, id est, *dolosæ*, Prov. XI. 1.

* אֲזִקִּים, vide in זָקַק.

אָזַר *cinxit, accinxit: accinctus fuit:* præter. אָזְרוּ, *accinguntur*, 1 Sam. II. 4. Niph. part. נֶאְזָר, *accinctus*, Psal. LXV. 6. Pih. אִזֵּר. futur. וַתְּזָרֵנִי, *et accinges me*, 2 Sam. XXII. 40. pro וַתְּאַזְּרֵנִי ut pro eo legitur Psalm. XVIII. 40. Hithp. præt. הִתְאַזָּר, *accingit se*, Psalm. XCIII. 1. imper. הִתְאַזְּרוּ, *accingimini*, Ies. VIII. 9.

אֵזוֹר, m. *cingulum, cinctura*, Ies. XI. 5.

אָח f. *focus:* וְאֶת הָאָח לְפָנָיו מְבֹעֶרֶת, *et focus coram ipso ardebat*, Jer. XXXVI. 22. item *ah, heu*, Ezech. VI. 11. et XXI. 15. dolentis et gementis, quasi ab אָנַח vel pro אָהּ gutturalibus ה et ח commutatis: vide et mox in אֶחָד, et in אחה.

הֶאָח, *euge*, Psal. XXXV. 21. vox gestientis et insultantis præ lætitia, unde Chaldæus plerumque eam vertit חֶדְוָא, *lætitia*, ut Ezech. XXXVI. 2. Job. XXXIX. 25.

אֹחִים, vide suprà in אוּחַ.

אֶחָד אַחַד, m. *unus, quidam, primus:* per apocopam אָח, *unum*, juxta R. David, Ezech. XVIII. 10. vel est *frater*, juxta Targum ab אָחָה ex forma Chaldaica. Per aphæresin, חַד, Ezech. XXXIII. 30. Chald. צְלֵם חַד, *imago una*, Dan. II. 31. fœm. בִּשְׁנַת חֲדָה, *in anno primo*, Esr. V. 13. כְּשָׁעָה חֲדָא, *quasi hora una*, Dan. IV. 16. כַּחֲדָה, *simul, una, pariter*, Dan. II. 35. plur. אֲחָדִים, *uni*, id est, *iidem*, Gen. XI. 1. *pauci*, Gen. XXVII. 44. et XXIX. 20. לַאֲחָדִים, *in una*, id est, *unita*, Ezech. XXXVII. 17. fœm. אַחַת et ad accentus pausantes אֶחָת, *una*, contractum ex masc. pro אַחֶדֶת, ut docet Aben Esra, Exod. XXVI. 8. Hinc verbum in Kal pro *unire, adunare se*, unde possit esse fut. תֵּחַד, quod vide in יָחַד. Hithp. הִתְאַחֲדִי, *uni te*, Ezech. XXI. 21.

אֲחִידָן, vide in חוּד.

אחה אָח, m. *frater; propinquus, agnatus, cognatus*, et qui eadem professione, gente, moribus vel amicitia frater est. Pro *agnato*, ut Lotho, Gen. XIV. 14. qui ver. 12. dicitur fuisse filius fratris Abrahami: pro *gentili*, Lev. XXV. 46. pro *quolibet proximo*, Lev. XIX. 17. et *fratre moribus*, Prov. XVIII. 19. const. אֲחִי: aff. אָחִי, *frater meus*, Gen. XX. 5. אָחִיו, *fratrem ejus*, Gen. IV. 2. et semel cum Pathach לְאָחִיו, *fratri suo*, Num. VI. 7. plur. אַחִים, *fratres*, Gen. XIII. 8. et sic Hos. XIII. 15. ubi tamen Aben Esra et R. Sal. *pratum, ulvam* vel *carectum* exponunt, pro אָחוּ, de quo mox. const. אֲחֵי, 2 Reg. X. 13. אֶחָיו, *fratres ejus*, Jer. XLIX. 10. לְאֶחָי, *fratribus meis*, Psalm. XXII. 23. אַחֶיךָ, *fratres tuos*, Genes. XLVIII. 22. אַחֵינוּ, *fratrum nos-*

trorum, Gen. XXXI. 32. Chald. אַחָיךְ, *fratribus tuis,* Esr. VII. 18.

אָחוֹת, fem. *soror,* Cant. VIII. 8. const. אֲחוֹת: aff. וַאֲחֹתִי, *et soror mea,* Job. XVII. 14. plur. אֲחָיוֹת et const. אַחְיוֹת, unde cum aff. אַחְיוֹתָיו, *sorores ejus,* Job. XLII. 11. et contractè וַאֲחוֹתַיִךְ, *et sorores tuæ,* Ezec. XVI. 55.

אַחֲוָה, *fraternitas,* Zach. II. 14.

אָחוּ, m. *ulva,* carectum, vel simpliciter, *gramen,* Job. VIII. 11. בָּאָחוּ, *in ulva,* vel, *in gramine,* Gen. XLI. 2.

אַחֲוָיָה, Chald. vide in חָוָה.

אחז אָחַז *cepit, prehendit, apprehendit, comprehendit, tenuit, possedit: hæsit, cohæsit,* ut 1 Reg. VI. 6. Ezech. XLI. 6. *hærere fecit, adjecit, adjunxit,* ut 1 Reg. VI. 10. Construitur cum accus. et sæpè cum בְּ. Niph. נֶאֱחַז, *captus, detentus fuit, possessor constitutus* vel *factus fuit.* Præter. וְנֹאחֲזוּ, *et possessores fient,* Num. XXXII. 30. cum א quiescente, ut in futuro Kal. part. נֶאֱחָז, *detentus,* Gen. XXII. 13. pl. שֶׁנֶּאֱחָזִים, *qui capiuntur,* Eccles. IX. 12. Pih. partic. מְאַחֵז, *continet,* Job. XXVI. 9. Hoph. partic. מָאֳחָזִים, *comprehensi, conjuncti,* 2 Par. IX. 18.

אֲחֻזָּה, *possessio:* constr. וַאֲחֻזַּת הָעִיר, *et possessionem urbis,* Ezech. XLV. 6. aff. וַאֲחֻזָּתְךָ, *et possessionem tuam,* Psal. II. 8.

אחל אַחֲלֵי, *utinam,* 2 Reg. V. 3. et in Pathach, אַחֲלַי, Psal. CXIX. 5. Sunt qui à חָלָה deducant, quod in Pihel præter alia etiam *precari* significat, quasi precantis et optantis vox sit.

אחם אַחְמְתָא, Chald. *arca, scrinium,* pro recondendis scriptis et actis regum et principium, ut A. Esra et R. Sal. Jarchi putant, Esræ VI. 2. Quidam nomen proprium urbis esse existimant. *Achmeta, Ecbatana* vulgò, sic dicta, quòd æstivam stationem reges illic haberent, ab Hebræo חָמַם. In Targum Esther reperi, אַחְמִיתִין דִנְחָשָׁא, *scrinia ærea,* Esth. I. 4. in Venetis.

אחר אַחֲרֵי, *post, postea, postquam:* וְאַחֲרֵי־כֵן, *et postea,* Genes. XV. 14. cum affixis, אַחֲרָיו, *post eum,* אַחֲרֶיךָ, *post te,* אַחֲרַי, *post me,* אַחֲרֵיכֶם, *post vos,* etc. Chald. אַחֲרֵי דְנָה, *post hæc, posthac,* Dan. II. 29. אַחֲרֵיהוֹן, *post eos,* Dan. VII. 24. אָחֳרֵין, *postremò, tandem,* Dan. IV. 5.

אַחֵר, m. *alius, alter,* quasi posterior: plural. אֲחֵרִים, *alii,* quod est quasi à singulari אָחֵר; et in Nun more Chaldaico, אֲחֵרִין, Job. XXXI. 10. fœminina אַחֶרֶת, *alia, altera,* Genes. XXVI. 21. plurale אֲחֵרוֹת, Genes. XXIX. 27. Chald. מַלְכוּ אָחֳרִי, *regnum aliud,* Dan. II. 39. in quibus apocopa literæ ת.

אָחוֹר, *retrò, retrorsum, posterum, posterius: occidens,* plaga mundi posterior, respectu orientis, quæ dicitur, קֶדֶם, *anterior pars:* בְּאָחוֹר, *in posteriore parte, ponè,* Prov. XXIX. 11. מֵאָחוֹר, *à posteriore parte, à tergo,* 2 Sam. X. 9. לְאָחוֹר, *retrorsum,* Ps. CXIV. 3. *in posterum,* Ies. XLII. 23. plur. constr. עַל אֲחֹרֵי, *versus posterioritates,* sive *posteriorem partem,* Ex. XXVI. 12. aff. אֲחֹרֵיהֶם *posteriora eorum,* Ezech. VIII. 16.

אַחֲרוֹן, mas. *posterior, posterius,*

posterum, postremum: plur. אַחֲרֹנִים, *posteriora,* Ies. VIII. 23. fœminina בָּאַחֲרוֹנָה, *in postremo,* i. e. *postea,* Deut. XIII. 10. לְאַחֲרֹנָה, *in posterum, postea,* Eccles. I. 11.

אֲחֹרַנִּית, *retrorsum,* Gen. IX. 23.

אָחֳרָן, m. Chald. *alius,* Dan. II. 11. et VII. 24.

אַחֲרִית, fœm. *posteritas, posterius, postremum, extremum, ultimum, finis, consequens,* et metonymicè *merces,* ut Proverb. XXIII. 18. Chaldæicè בְּאַחֲרִית יוֹמַיָּא, *in extremo dierum,* Dan. II. 28. aff. לְאַחֲרִיתֹךְ, *posteritati ejus,* Dan. XI. 4.

אָחַר, *moratus est, tardavit, distulit,* quasi dicas, *posterioravit:* fut. וָאֵחַר, *et moratus sum,* Gen. XXXII. 5. formæ Chald. cui simile in אָזַל. Pihel præt. אִחַר, *distulit,* Genes. XXXIV. 19. אֶחֱרוּ, *differunt,* Jud. V. 28. cum Sægol ab initio loco Tzere propter sequens Hatephsægol: Hiphil fut. וַיּוֹחֶר, *et sivit ut tardaret,* 2 Sam XX. 5. cum ו loco א ex Chald.

אחשׁ אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים, m. plur. *satrapæ,* Esth. IX. 3. construct. לַאֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי הַמֶּלֶךְ, *satrapis regis,* Esd. VIII. 36. Chald. אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא. *satrapæ,* Dan. III. 2.

אֲחַשְׁתְּרָנִים, m. p. *cursores regii,* Esth. VIII. 8. 10. juxta quosdam. R. Sol. Iarchi exponit *camelos velocissimos:* Aben Esra, *mulos,* quem plerique sequuntur.

אָטָד mas. *kynosbaton* (sentiscanis, rubus caninus) vel *rhamnus,* spina summè aculeata, Psal. LVIII. 10. אֶל־הָאָטָד, *ad rhamnum* vel *cynosbaton,* Jud. IX. 14.

אטט אַט, *sensim, leniter, lentè,* 1 Reg. XXI. 27. לְאַט־לִי, *leniter mihi,* 2 Sam. XVIII. 5. לְאָט, *sensim,* Ies. VIII. 6. aff. לְאִטִּי, *ad lentitudinem meam, lentè pro commoditate mea,* Gen. XXXIII. 14. usum habet nominis.

אִטִּים, m. p. *præstigiatores, divini,* Ies. XIX. 3.

אָטַם *clausit, occlusit, obthuravit:* partic. אֹטֵם, *occludens,* Ies. XXXIII. 15. part. præt. אֲטוּמִים, *clausæ,* id est, *angustæ,* quasi clausæ videantur, secundùm Chald. paraphrasten, vel *clausæ* sc. *vitro,* 1 Reg. VI. 4. et sic Ezech. XL. 16. Hiphil futur. יַאְטֵם, *obthurabit,* Psal. LVIII. 5.

אטן אֵטוּן, m. *funis, funiculus, filum:* metonymicè *linteum* ex filis contextum : אֵטוּן מִצְרָיִם, *fune Ægypti,* id est, *linteis Ægyptiacis,* quæ erant subtilissima, Prov. VII. 16. in Targum, אַטוּנֵיהוֹן, *funes eorum,* Hebraicè מֵיתְרֵיהֶם, Exod. XXXV. 18. בְּאַטוּנָא, *fune,* Heb. בַּחֶבֶל, Jos. II. 15.

אָטַר *clausit, occlusit:* futur. אַל תֶּאְטַר עָלַי, *ne occludat super me,* Psal. LXIX. 16.

אִטֵּר, masc. *præclusus:* אִטֵּר יַד יְמִינוֹ, *præclusus manu dexterâ suâ,* Jud. III. 15. id est, *impos manu dextera.* Fuit enim שְׂמָאלִיר, *scæva,* ut Kimchi scribit.

אִי m. *insula, regio, provincia,* Ies. XX. 6. pl. אִיִּים, Psal. LXXIX. 1. item *aves insulanæ, ululæ,* Ies. XIII. 22. הָאִיִּין, *insulæ,* Ezech. XXVI. 18. construct. אִיֵּי, Genes. X. 5. vide etiam אַיִן et אַיֵּה.

אָיַב *inimicatus est:* præterit. וְאָיַבְתִּי אֶת־אֹיְבֶיךָ, *et inimicabor inimicos tuos,* Exod. XXIII. 22.

אֹיֵב, m. *inimicus:* aff. אֹיְבוֹ, *inimicus ejus,* 1 Sam. XXIV. 20. אֹיִבְךָ, *inimici tui,* Exod. XXIII. 4. plural. אֹיְבִים, et const. אֹיְבֵי, *inimici:* aff. וְאֹיְבַי, *et inimicos meos,* Ps. XVIII. 41.

אֹיֶבֶת, f. *inimica:* aff. אֹיַבְתִּי, *inimica mea,* Mich. VII. 8.

אֵיבָה, f. *inimicitia,* Gen. III. 15. const. אֵיבַת עוֹלָם, *inimicitia perpetua,* Ezech. XXXV. 5.

אֵיד m. *vapor; interitus, calamitas, exitium,* quòd quæ evaporant, intereant et in nihilum quasi abeant. וְאֵיד, *et vapor,* Genes. II. 6. quod juxta Masoram legitur absque י. affix. וְאֵידְכֶם, *et calamitas vestra,* Prov. I. 27. אֵידָם, *calamitas ipsorum,* Ezech. XXXV. 5.

איה אַיָּה, f. *pica,* Lev. XI. 14. *cornix,* Job. XXVIII. 7.

אַיֵּה, *ubi?* affix. אַיֶּכָּה, *ubi tu,* scil. *es?* Genes. III. 9. אַיּוֹ, *ubi ille?* 2 Reg. XIX. 13. אַיָּם, *ubi sunt illi?* Ies. XIX. 12.

אֵי, *ubi?* Gen. IV. 9. אֵי־זֶה, *ubi ista,* scil. *sit,* 1 Sam. IX. 18. *quanam?* 1 Reg. XXII. 24. *ubinam, quænam,* Jerem. VI. 16. *qualenam, quodnam,* Eccles. II. 3. et absque Makkaph, אֵי זֶה, *quidnam,* Eccles. XI. 6. אֵי מִזֶּה תָבוֹא, *ubi ex quo venis?* 2 Sam. I. 3. hoc est, *undenam?* אֵי מִזֶּה אַתָּה, *undenam es?* ver. 13. Jungitur etiam cum פֹּה, vide illic.

אֵיךְ *quomodo?* Genes. XXXIX. 9. אֵיכָה, idem, Deuter. I. 12. *ubinam?* Cantic. I. 7. et cum Cholem, אֵיכֹה, *ubinam?* 2 Reg. VI. 13. quasi pro אֵיפֹה de quo in פֹּה. Et geminato Caph, אֵיכָכָה, *quomodo?* Esth. VIII. 6. duo sunt penacuta, אֵיכָכָה, Cant. V. 3.

אֹרַח, f. *iter, via, semita:* metaphoricè *consuetudo*, Gen. X. 11. aff. אָרְחִי, *iter meum*, Psal. CXXXIX. 3. plur. אֳרָחוֹת, *viæ*, Jud. V. 6. constr. אָרְחוֹת, Psalm. VIII. 9. אֹרְחוֹת, vide mox: affix. אֹרְחֹתָיו, *vias ejus*, Prov. XXII. 25. sic אָרְחוֹתֶיךָ, *semitæ tuæ*, etc. Chald. אֹרְחָתֵהּ, *viæ ejus*, Dan. IV. 34. וְכָל־אֹרְחָתָךְ, *et omnes viæ tuæ*, Dan. V. 23.

אֹרְחָה, f. *comitatus, turma, cohors commeantium:* constr. אֹרְחַת, Gen. XXXVII. 25. plur. אֹרְחוֹת, *cœtus commeantes*, Ies. XXI. 13.

אֲרֻחָה, f. *viaticum, cibarium itineris*, quasi itinerarium dicas, Jer. XL. 5. וַאֲרֻחָתוֹ אֲרֻחַת תָּמִיד, *cibarium ejus cibarium juge est*, Jer. LII. 34. ubi constructum et affixum est.

אָרַךְ *prolongari, produci, prorogari:* præter. אָרְכוּ לוֹ, *prorogati essent ei*, Gen. XXVI. 8. Ezech. XII. 22. futur. וַתֶּאֱרַכְנָה, *et prolongabantur*, Ezech. XXXI. 5. Hiphil, הֶאֱרִיךְ, *prolongavit, prorogavit, produxit, protraxit, distulit:* et intransitivè *prolongari*, ut Deut. V. 16.

אֹרֶךְ, m. *longitudo*, Gen. VI. 15. affix. אָרְכּוֹ, *longitudo ejus*, Exod. XXV. 10. Chald. אַרְכָּה, *prorogatio*, Dan. IV. 24. et VII. 12.

אָרֵךְ, m. idem, Jer. XV. 15. et adjectivè אֶרֶךְ אַפַּיִם, *longus irarum*, id est, *tardus ad iram, longanimis*, Exod. XXXIV. 6. אֶרֶךְ רוּחַ, *longus spiritu, longanimis*, Eccles. VII. 8.

אֹ֫רֶךְ הָאֵבֶר, *longa alâ, alatissima,* Ezech. XVII. 3.

אֲרִיךְ, Chald. *decens, conveniens,* Esr. IV. 14.

אֲרֻכָּה, *longum: diuturnum, diutinum,* 2 Sam. III. 1.

אֲרוּכָה אֲרֻכָה, f. *sanitas,* quasi vitæ prolongatio dicta, Jer. XXX. 17. const. אֲרֻכַת, Jerem. VIII. 22. aff. וַאֲרֻכָתְךָ, *et sanitas tua,* Ies. LVIII. 8. metaphoricè, Neh. IV. 1. 2 Paral. XXIV. 13. de murorum restauratione.

אַרְכּוּבָה, nomen Chald. vide in רָכַב.

ארם *Aram,* nomen proprium viri, Genes. X. 22. inde regio appellata Aramia, Syria: et nomen gentile אֲרָמִי, *Aramæus, Syrus:* fœm. אֲרָמִיָּה, *Aramæa, Syra:* 1 Par. VII. 14. אֲרָמִית, *Aramicè, Syriacè,* 2 Reg. XVIII. 26.

אַרְמוֹן, c. *palatium, arx,* 1 Reg. XVI. 18. Hinc הַהַרְמֹנָה, *ad palatium,* Amos IV. 3. cum ה loco א. plurale אַרְמְנוֹת, *palatia,* Amos I. 4. aff. וְאַרְמְנוֹתָיו, *et palatia ejus,* Amos VI. 8. Hinc etiam, juxta quosdam, בְּאַלְמְנוֹתָיו, *in palatiis ejus,* Ies. XIII. 22. per commutationem ר in ל, ut suprà fuit in Chaldaicis אֲרוּ et אֲלוּ: vel, *in viduatis palatiis ejus,* ut significationem habeat ab אַלְמוֹן et אַרְמוֹן.

ארן m. *ornus,* Ies. XLIV. 14. אָרוֹן, quod hinc deducunt, vide in אָרָה.

אַרְנֶבֶת, f. *lepus,* Levit. XI. 6.

ארע אַרְעָא, m. *terra:* מֵאַרְעָא, *de terra,* Jer. X. 11. commutato צ in ע ut aliâs, ab Heb. אֶרֶץ.

ארץ c. sed f. sæpius, *terra, regio,* Gen. I. 10. cum ה locali, אַרְצָה, *terram versus, in terram,* vel, *regionem,* Gen. XII. 5. Cum articulo ה ab initio Aleph semper est cum Kametz; ut הָאָרֶץ, aff. אַרְצוֹ, *terra ejus,* אַרְצְךָ, *terra tua,* אַרְצָם, *terra eorum:* plur. אֲרָצוֹת, *terræ,* Jer. XXVIII. 8. const. אַרְצוֹת, Psal. CV. 44.

ארק אַרְקָא, Chald. *terra;* שְׁמַיָּא וְאַרְקָא, *cœlum et terram,* Jer. X. 11.

ארר *maledixit, execratus est:* construitur cum accusativo, ut Mal. II. 2. imper. אָרָה־לִּי, *maledic mihi,* Num. XXII. 6. cum dativo pleonastico: אוֹרוּ, *maledicite,* Jud. V. 23. Niph. partic. plur. נֵאָרִים, *maledicti,* Mal. III. 9. quòd tamen propter Tzere potius ad נָאַר, reducendum. Pih. præter. אֵרֲרָהּ, *maledictam reddidit eam,* Genes. V. 29. partic. מְאָרְרִים, *maledictionem afferentes,* Num. V. 18. Pyh. fut. יוּאָר, *maledictus erit,* Num. XXII. 6. quod et ex Hophal esse possit.

מְאֵרָה, f. *maledictio,* Deuter. XXVIII. 20. const. מְאֵרַת, Prov. III. 33. plur. מְאֵרוֹת, *maledictiones,* Prov. XXVIII. 27. maledictio est subtractio et defectus benedictionis sive boni. Inde Hebræi quandoque חֶסְרוֹן, *defectum, diminutionem, penuriam,* explicant, ut Deut. XXVIII. 20. Mal. III. 9. ubi et Vulgata Latina reddit *penuriam.*

ארש אֲרֶשֶׁת, f. *pronunciatum:* וַאֲרֶשֶׁת שְׂפָתָיו, *et pronunciatum labiorum ejus,* Psalm. XXI. 3.

ארש Pih. *desponsavit,* Deut. XX. 7. אֵרַשְׂתִּי, *desponsavi,* 2 Sam.

III. 14. futur. תְּאָרֵשׂ, *desponsabis,* Deut. XXVIII. 30. Pyh. præt. אֹרָשָׂה, *desponsata,* Deut. XXII. 28. partic. מְאֹרָשָׂה, *desponsata,* ver. 23.

אֵשׁ c. sed f. sæpius, *ignis,* Gen. XV. 17. aff. אֶת־אִשּׁוֹ, *ignem suum,* Deut. IV. 36. utroque genere usurpatur, Job. XX. 26. אֶשָּׁא, Chald. *ignis,* Dan. VII. 11.

אִשֶּׁה, m. *ignitum, igne-absumendum sacrificium,* Levit. VII. 5. const. אִשֵּׁה, Levit. I. 9. plur. const. אִשֵּׁי, *ignita,* Levit. IV. 35. aff. לְאִשַּׁי, *in ignitis meis,* Num. XXVIII. 2.

אִשָּׁה, vide in איש.

אשד אֶשֶׁד, m. *effusio, decursus,* Num. XXI. 15. plur. אֲשֵׁדוֹת, *decursus, loca declivia,* quasi *declivitates* dicas, Jos. X. 40. const. אַשְׁדֹּת, ex lingua Chaldaica originem habet, in qua שְׁדָא et אֲשַׁד, ponitur pro Hebræo שָׁפַךְ, *effundere.*

אַשְׁדּוֹד, *Asdod,* nomen proprium loci: inde nomen gentile, אַשְׁדּוֹדִיּוֹת, *Asdodææ,* Neh. XIII. 23. אַשְׁדּוֹדִית, *Asdodicè, Asdodææ,* ver. 24.

אשה אָשְׁיָה, f. *fundamentum,* plur. cum aff. אָשְׁיוֹתֶיהָ, *fundamenta ejus,* Jer. L. 15. in Targum נְפָלָא אֻשֵּׁיתְהָא, *ceciderunt fundamenta ejus,* Jer. L. 15.

אֻשַּׁיָּא, Chald. vide infra in אשש.

אֶשֶׁךְ m. *testis, testiculus :* מְרוֹחַ אָשֶׁךְ, *attritus teste,* Levit. XXI. 20.

אֶשֶׁל m. *nemus, arboretum,* Gen. XXI. 33. תַּחַת הָאֶשֶׁל, *sub arboreto,* 1 Sam. XXXI. 13. pro quo 1 Chron. X. 12. dicitur תַּחַת הָאֵלָה, *sub quercu.*

אָשַׁם *deliquit, reus fuit, reus factus aut peractus fuit :* item, *vastatus, desolatus fuit,* ut Ez. VI. 6. Hos. XIV. 1. Ies. XXIV. 6. Niph. præt. נֶאְשָׁמוּ, *desolantur,* Joël. I. 18. Hiph. imper. הַאֲשִׁימֵם, *reos perage eos,* vel *desolato eos tanquam reos,* Psal. V. 11.

אָשֵׁם, m. *delinquens, reus,* Levit. V. 2. plur. אֲשֵׁמִים, Gen. XLII. 21.

אָשָׁם, m. *delictum, reatus, oblatio pro reatu,* Gen. XXVI. 10. Levit. VII. 2. aff. אֶת־אֲשָׁמוֹ, *reatum suum,* id est, *oblationem suam pro reatu,* Levit. V. 6.

אַשְׁמָה, f. idem, 2 Par. XXVIII. 13. const. לְאַשְׁמַת, *secundum reatum,* Lev. IV. 3. aff. אַשְׁמָתוֹ, *reatus sui,* Lev. V. 24. plur. אֲשָׁמוֹת, 2 Par. XXVIII. 10. aff. וְאַשְׁמוֹתַי, *et reatus mei,* Psal. LXIX. 6.

אַשְׁמַנִּים, m. p. *loca desolata,* juxta quosdam, Ies. LVII. 10. de quo vide etiam in שמן.

אָשָׁף m. Chald. *astrologus,* Dan. II. 10. plural. אָשְׁפִין, *astrologi,* Dan. V. 11. et אָשְׁפַיָּא, Dan. IV. 4. Hebraicè, הָאַשָּׁפִים, *astrologis,* Dan. I. 20. de quo vide etiam נָשַׁף.

אַשְׁפָּה, f. *pharetra,* Job. XXXIX. 23. aff. אַשְׁפָּתוֹ, *pharetram suam,* Psal. CXXVII. 5.

אַשְׁפֹּת, f. *stercus, sterquilinium,* 1 Sam. II. 8. הָאַשְׁפּוֹת, *sterquilinii,* Neh. III. 14. et inde per syncopam, הַשְּׁפוֹת, ver. 13. pro הָאַשְׁפּוֹת: plur. אַשְׁפַּתּוֹת, *stercora,* Thren. IV. 5. quod possit esse à singulari אַשְׁפַּת. Cæterùm Kimchi in suo Michlol, refert inter nomina, quæ oriuntur ex verbis quiescentibus

tertiâ radicali, ut אָחוֹת, *soror*, ab אחה, et חָמוֹת, *socrus*, à חמה. Ita hoc esset à שָׁפָה, quod in lingua Chaldaica significat *conterere, calcare*, unde *stercus* dictum אַשְׁפּוֹת, quia calcatur et conteritur ab omnibus. Idem notat ad citatum locum è libro Samuelis.

אֶשְׁפָּר, m. *frustum, portio ampla*, 2 Sam. VI. 19. Prisci Hebræorum sapientes explicarunt, quasi ex tribus vocabulis compositum, nempe אֶחָד מִשִּׁשָּׁה בְּפָר, *unum ex sexta bovis*, id est, *una sexta bovis*. In tot enim partes generaliores animal mactatum dissecabant, (ut hodie in quatuor) sicut scribitur in Codice Talmudico Pæsachim, cap. II. fol. 26. vide etiam שָׁפָר.

אָשַׁר *incessit:* imper. וְאִשְׁרוּ, *et incedite*, Prov. IX. 6. Pih. *incedere fecit, direxit, duxit:* item, *felicitavit, beavit, beatum, felicem prædicavit:* præt. וְאִשְּׁרוּ, *et beatos prædicabunt*, Malach. III. 12. part. מְאַשְּׁרִים, *felices prædicamus*, ver. 15. vide etiam, Ies. IX. 15. מְאַשְּׁרֶיךָ, *qui ducunt te*, Ies. III. 12. imper. וְאַשֵּׁר, *et dirige*, Prov. XXIII. 19. Pyh. partic. מְאֻשָּׁר, *beatus est*, Prov. III. 18. futur. יְאֻשַּׁר, *beatus reddetur*, Psal. XLI. 3.

אֹשֶׁר, m. *beatitudo, beatitas*, aff. בְּאָשְׁרִי, *cum beatitate mea est, beatè mihi est*, Gen. XXX. 13.

אַשְׁרֵי, plurale constructum, *beatitates*, sed per adjectivum *beatus*, rectè exprimitur, nunc singulariter, Psal. I. nunc pluraliter, Psal. II. 12. cum aff. אַשְׁרֶיךָ וְטוֹב לָךְ, *beatitates tuæ, et bonum tibi*, id est, *beatus eris* et *benè tibi erit, O te beatum et felicem*, Psal. CXXVIII. 2. sic, אַשְׁרֵיךְ, *beata tu, O te beatam*, Eccles. X. 17.

אַשְׁרֵיכֶם, *O vos beatos*, Ies. XXXII. 20. אַשְׁרֵהוּ, *beatus ipse est*, Prov. XXIX. 18. in quo deficit י nota plur. numeri: אַשְׁרָיו, idem, Prov. XVI. 20. cum affixo primæ personæ superior forma usurpari potest, in antecedenti nomine אֹשֶׁר.

אָשׁוּר, f. *incessus, gressus:* aff. בַּאֲשֻׁרוֹ, *gressum ejus*, Job. XXIII. 11. plur. שֵׁן בַּת אֲשֻׁרִים, *ebur filius* (Heb. *filia:* nam שֵׁן, generis communis est) *gressuum*, Ezech. XXVII. 6. id est, *gressibus tritum*, nempe quod diu in terra defossum fuit, et id solum Plinius ebur esse dicit, lib. 8. Nat. Hist. cap. 3. Hebræi hîc variant. Kimchi אֲשֻׁרִים, nomen gentis esse putat. At cùm gentem significat, semper cum Dagesch scribitur: aff. תִמְעַד אֲשֻׁרָיו, *nutat ullus gressuum ejus*, Psalm. XXXVII. 31. ubi fœmininum est.

אַשֻּׁר אֲשׁוּר, f. idem: aff. תִּטֶּה אַשֻּׁרִי *declinavit gressus meus*, Job. XXXI. 7. אַשֻּׁרֵנוּ, *gressum nostrum*, Psalm. XVII. 11. Hac forma etiam proprium nomen est, *Assyrius et Assyria terra*.

אֲשֶׁר, *qui, quæ, quod*, utriusque generis et num. et conjunct. *quòd, quum*, Esth. III. 4. Levit. IV. 22. *si*, Deut. XI. 27. pro אִם: *quia*, 1 Sam. XV. 15. בַּאֲשֶׁר, *in quo*, sc. *loco*, id est, *ubi, ubicunque*, Ruth. I. 16, 17. *propterea quòd, eò quòd*, pro עַל אֲשֶׁר, vel בַּעֲבוּר אֲשֶׁר, Genes. XXXIX. 9, 23. כַּאֲשֶׁר, *quemadmodum, sicut, quomodo, quomodocunque, prout, quum, quando:* לַאֲשֶׁר, *ei qui:* מֵאֲשֶׁר, *a quo, de quo: de eo quod*, Gen. XXXI. 1. *ex quo*, Ies. XLIII. 4. item loci, pro מִמָּקוֹם אֲשֶׁר, *ex loco quo*, hoc est, *ubicunque*, vel potius, *undecunque*, Exod. V. 11.

אֲשֵׁרָה, f. *lucus,* sic dictus, quòd homines beatitatem in eo, utpote sacro et religioso, quærerent, aut per antiphrasin, quasi minimè beatus, ut Latinè *lucus* quasi minimè lucidus, Deuter. XVI. 21. Plural. וַאֲשֵׁרִים, *et lucos,* 2 Reg. XVII. 10. aff. וְאֶת־אֲשֵׁרָיו, *et lucos ejus,* Exod. XXXIV. 13. et forma fœm. אֲשֵׁרוֹת, 2 Par. XXXIII. 3.

אֻשַּׁרְנָא, Chald. *murus,* quasi urbis in circuitum processus, Esr. V. 3, 9. de quo vide etiam in שׁוּר.

תְּאַשּׁוּר, f. *buxus,* Ies. XLI. 19.

אשש אָשִׁישׁ, m. *fundamentum:* plur. constr. לַאֲשִׁישֵׁי, *de fundamentis* et ל est pro עַל, juxta R. Sol. Ies. XVI. 7. Chald. אֻשַּׁיָּא, *fundamenta ipsa,* Esr. IV. 12. aff. אֻשּׁוֹהִי, *fundamenta ejus,* Esr. VI. 3. Hinc Hebræi quidam deducunt ex Hith. הִתְאֹשָׁשׁוּ, *fortes estote,* q. d. benè firmati et fundati, Ies. XLVI. 8. de quo etiam suprà in אִישׁ.

אֲשִׁישָׁה, f. *lagena,* 2 Sam. VI. 19. plur. בָּאֲשִׁישׁוֹת, *lagenis,* Cant. II. 5. forma masc. constr. אֲשִׁישֵׁי, *lagenas,* Hos. III. 1.

*אֶשְׁתַּדּוּר, Chald. vide in שְׁדַר.

את verbis activis subjunctum, notat accusativum, post passiva nominativum: ut, יֵאָכֵל אֶת־הַצְּבִי, *comeditur caprea,* Deut. XII. 22. et sic passim. Ante Makkaph notatur cum Sægol אֶת־: ter etiam absque Makkaph, Psalm. XLVII. 5. LX. 2. Prov. III. 12. Sic etiam ante pronomina notat accusativum, אֶתְהֶם, *eos,* אֶתְהֶן, *eas,* אֶתְכֶם, *vos,* אֶתְכֶן, *vos,* fœm. Ante alia pronomina est cum Cholem אֹתִי, *me,* אֹתְךָ, *te,* אֹתָם, *eos,* אֹתוֹ, *eum,* etc. מֵאֵת, *de, è, ex,* Jer. II. 37. 1 Reg. VI. 33. Et ita absolutè quandoque sumitur אֶת־הָעִיר, *ex civitate,* Gen. XLIV. 4. Sic Exod. IX. 29. 1 Reg. XVIII. 23. Item pro præpositione אֶל, *ad,* vel ejus vicario ל, ut אֶת־הַכֹּהֵן, *sacerdoti,* pro לַכֹּהֵן, Lev. XIII. 49. sic Levit. XVI. 15. Job. XXVI. 4. 1 Reg. VI. 31. Est et *cum:* ut, אֶת־מִי, *cum quo,* Ies. XL. 14. XXIII. 17. et alibi sæpe. Hoc usu cum affixis pronominibus frequens est, אִתּוֹ, *cum eo,* אִתְּךָ, *tecum,* אִתִּי, *mecum,* אִתָּנוּ, *nobiscum,* etc. Hinc eleganter, מֵאִתְּךָ, *de tecum,* id est, *a te,* מֵאִתִּי, *a me,* מֵאִתּוֹ, *ab eo,* et ita deinceps. Reperias etiam אוֹתָךְ, *tecum,* Ezech. II. 1, 6. pro אִתָּךְ. Et sic מֵאוֹתִי, *a me,* pro מֵאִתִּי, Ies. LIV. 15.

אֵת, m. *ligo:* aff. וְאֶתּוֹ, *et ligonem suum,* 1 Sam. XIII. 20. plural. וְלָאֵתִים, *et pro ligonibus,* ver. 21. et cum Dagesch, לְאִתִּים, *in ligones,* Ies. II. 4. aff. אִתֵּיכֶם, *ligones vestros,* Joël. III. 10.

אַתְּ, אַתְּ, אַתָּ, vide in אני.

אָת, Chald. vide suprà in אוֹת.

אתה *venit, advenit, accessit,* propriè Chaldaicum est, unde et ejus linguæ formam imitatur: præter. אָתָנוּ, *accedimus,* Jer. III. 22. ex forma quiescentium tertiâ Aleph. partic. אֹתִיּוֹת, *venientia, ventura,* Ies. XLIV. 7. imper. אֵתָיוּ, *venite,* Ies. XXI. 12. et cum ה loco א, הֵתָיוּ, Ies. XXI. 14. futur. וְיֶאֱת, *et veniet,* Ies. XLI. 25. per apocopam: וַיֵּתֵא, *et venit,* Deut. XXXIII. 21. תֵּאתֶה, *perveniet,* Mich. IV. 8. Chald. præt. אֲתָה, Esr. V. 3. אֲתוֹ,

אִיתוֹן, m. *ingressus*, Ezech. XL. 15.

אתן אָתוֹן, f. *asina*, Num. XXII. 23. affix. אֲתֹנוֹ, *asinæ suæ*, Genes. XLIX. 11. plur. אֲתֹנוֹת, Genes. XXXII. 16.

אַתּוּנָם אַתּוּן, m. Chald. *fornax*; לְגוֹא־אַתּוּן, *intra fornacem*, Dan. III. 11. לְמֵזֵא לְאַתּוּנָא, *succendere fornacem*, ver. 19.

אֲתַר m. Chald. *locus*, Dan. II. 35. aff. עַל אַתְרֵהּ, *in loco suo*, Esr. V. 15.

בָּאתַר, vide in בָּתַר.

venerunt, Esr. IV. 12. infin. לְמֵתֵא, *ad veniendum*, Dan. III. 2. imperat. וַאֱתוֹ, *et venite*, ver. 26. Hithp. præter. הַיְתִיו, *venire fecerunt, adduxerunt*, Dan. V. 3. infin. לְהַיְתָיָה, *ad adducendum*, ver. 2. Hoph. præt. וְהֵיתָיִת, *et adductus est*, Dan. VI. 18. הֵיתָיוּ, *adducti sunt*, Dan. III. 13. in quibus א more Chaldaico in י commutatum est.

אֵת אוֹת, c. *signum*, quod eventurum aliquid portendit, vel aliquid in mentem vel memoriam venire facit; vide suprà suo loco.

אָת, Chald. ibidem.

ב

בֵּאֵר Pih. *declaravit*, Deut. I. 5. infin. בָּאֵר הֵיטֵב, *declarando benè*, Deut. XXVII. 8.

בְּאֵר, f. *puteus*, claram aquam continens, Gen. XVI. 14. aff. בְּאֵרֶךָ, *putei tui*, Prov. V. 15. plur. בְּאֵרוֹת, *putei*, Genes. XXVI. 15, 18. et alia forma, בֶּאֱרוֹת, Gen. XIV. 10.

בֹּאר, vide in בּוֹר.

בָּאַשׁ *putruit, fœtuit*, Exod. VII. 18. fut. וַיִּבְאַשׁ, *et fœtuit*, ver. 21. Niph. præter. נִבְאַשׁ, *fœtidus factus fuit*, 1 Sam. XIII. 4. נִבְאַשְׁתָּ אֶת־אָבִיךָ, *fœtidus redditus es apud patrem vel patri tuo*, 2 Sam. XVI. 21. נִבְאֲשׁוּ בְּדָוִד, *fœtidi facti sunt Davidi*, 2 Sam. X. 6. Hiph. transitivè et intransitivè sumitur: præterit. הִבְאִישׁ, *fœtuit*, Exod. XVI. 24. הִבְאִישׁוּ, *putruerunt*, Ps. XXXVIII. 6. הִבְאַשְׁתֶּם, *fœtere fecistis*, Exod. V. 21. fut. יַבְאִישׁ, *fœtidum reddit*, Prov. XIII. 5. Hith. præt. הִתְבָּאֲשׁוּ, *fœtidos reddiderunt se*, 1 Par. XIX. 6.

בְּאשׁ, m. *fœtor*, Amos IV. 10.

בְּאֹשׁ, m. idem: aff. בָּאְשׁוֹ, *fœtor ejus*, Joël. II. 20. בָּאְשָׁם, *fœtor eorum*, Ies. XXXIV. 3.

בָּאְשָׁה, f. *vitium, herba vitiosa aut fœtida frugum*, Job. XXXI. 40.

בְּאֻשִׁים, m. p. *labruscæ, uvæ fœtentes*, Ies. V. 5.

בְּאֵשׁ בִּישׁ, Chald. *malum esse* vel *videri, displicere*: præt. שַׂגִּיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי, *valdè malum fuit super eum*, id est, *vehementer displicuit ei*, Dan. VI. 15. quod Ab. Esra explicat, רַע בְּעֵינָיו, *malum erat in oculis ejus*, et R. Saadia מְאֹד הֵרַע לוֹ, *valdè malè habuit ipsum*.

בָּאוּשְׁתָּא, f. Chald. *maligna, pessima*, Esr. IV. 12.

בָּבָה f. *pupilla,* constr. בָּבַת עֵינוֹ, *in pupillam oculi ipsius,* Zach. II. 8. contractè כְּאִישׁוֹן בַּת־עָיִן, *ut nigrum pupillæ oculi,* Psalm. XVII. 8. Sic בָּבָא, בָּבְתָא, *pupilla,* Chaldæis et Talmudicis usitatissimum. Ergo בַּת in hoc usu non est *filia,* ut multi putant.

בַּג m. *cibus,* et conjungitur semper cum voce פַּת, *portio, buccella,* ac si unam cum ea constituat dictionem: Kimchi tamen scribit ut duas: constructum, בְּפַתְבַּג הַמֶּלֶךְ, *in portione cibi regis,* Dan. I. 8, 13. aff. פַּתְבָּגָם, *portionem cibi eorum,* ver. 16. פַּתְבָּגוֹ, *portionem cibi ejus,* Dan. XI. 26. לְבַג, vide in בָּזַז.

בָּגַד *prævaricatus fuit, perfidè egit.* Construitur absolutè, sæpiùs cum præpos. בְּ et מִן, quasi *perfidè agere* vel *in, contra aliquem,* aut *perfidiâ desciscere ab aliquo.* præter. בָּגַדְתָּ בָּהּ, *perfidè agis in eam,* Mal. II. 14. particip. בֹּגֵד, *perfidè agens, perfidiosus:* fœmininum, בֹּגֵדָה, *perfida.*

בֶּגֶד, m. *perfidia,* Ies. XXIV. 15. Jer. XII. 1. item *vestimentum,* fortè quòd sit primæ hominis contra Deum perfidiæ tegumentum et testimonium, cùm antea homo nudus fuerit, et tum est generis com. masculinum, Levit. XIII. 47. fœm. Levit. VI. 20. aff. בִּגְדוֹ, *vestimentum suum,* 2 Reg. IX. 13. plur. masc. בְּגָדִים, Levit. VI. 4. constr. בִּגְדֵי, Genes. XXVII. 15. aff. בְּגָדֶיךָ, *vestimenta tua,* 2 Reg. V. 8. fœm. cum aff. כָּל־בִּגְדֹתֶיךָ, *omnia vestimenta tua,* Ps. XLV. 9.

בָּגוֹדָה, f. *perfida,* Jerem. III. 7. cum Kametz ab initio, loco Scheva.

בֹּגְדוֹת, fem. pl. *perfidiæ,* אַנְשֵׁי בֹּגְדוֹת, *viri perfidiarum,* id est, *perfidi,* Soph. III. 4.

בַּד *linum, lineum,* Ex. XXVIII. 42. plur. בַּדִּים, *linea,* Ezech. IX. 2. item *vectes,* Exod. XXVII. 6. *rami,* Ezech. XVII. 6. et XIX. 14. *membra,* Job. XLI. 4. constructum, בַּדֵּי, *vectes,* Ex. XXVII. 6. aff. בַּדָּיו, *vectes ejus,* id est, *artus,* vel *ossa ejus,* quæ ceu vectes corpori inhærent, Job. XVIII. 13. alias significationes vide in duabus seqq. radicibus.

בָּדָא *effinxit, mentitus fuit,* 1 Reg. XII. 33. part. cum aff. בּוֹדָאם, *effingis ea,* Neh. VI. 8. pro בֹּדְאָם.

בַּדִּים, m. p. *mendacia, mendaces,* Ies. XLIV. 25. per quos illic intelliguntur, חוֹזֵי בַכּוֹכָבִים, *inspicientes astra, astrologi,* juxta R. Sol. et sic intelligas Jer. L. 36. aff. בַּדֶּיךָ, *mendacia tua,* Job. XI. 3. בַּדָּיו, *mendacia ejus,* Ies. XVI. 6. et sic Jerem. XLVIII. 30. א eliso.

בָּדַד *solitarius fuit, solitarium egit:* particip. בּוֹדֵד, *solitarius existens,* Ies. XIV. 31. בּוֹדֵד לוֹ, *solitarius sibi,* Hos. VIII. 9.

בָּדָד, m. *solus,* sed sumitur semper adverbialiter, *seorsum, solitariè,* unde masculinis et fœmininis jungitur: ut, יֵשֵׁב בָּדָד, *desidet solitariè,* id est, *solitarius,* Thren. III. 28. et fœm. יָשְׁבָה בָדָד, *desidet solitariè,* hoc est, *solitaria,* Thren. I. 1. et numero plur. בָּדָד יִשְׁכֹּנוּ, *solitariè habitabunt,* Jer. XLIX. 31. et cum prosthesi ל, לְבָדָד, *solitariè,* Mich. VII. 14.

בַּד, *solus;* בַּד בְּבַד יִהְיֶה, *solum cum solo esto,* Exod. XXX. 34. id est, *unumquodque solum* vel *seorsum esto,* ut Aben Esra explicat. Cum prosthesi ל adverbiascit.

לְבַד, *seorsum,* Zach. XII. 12. Se-

quente præpositione מִן est præter. לְבַד מִן הַשַּׂהֲרֹנִים, *præter lunulas*, Jud. VIII. 26. לְבַד מִשָּׂרֵי, *præter principes*, 1 Reg. V. 30. vel ei præfixa: ut מִלְּבַד נָשֵׁי, *præter uxores*, Gen. XLVI. 26. cum aff. est, *solus*, לְבַדִּי, *solus ego*, לְבַדְּךָ, *solus tu*, לְבַדּוֹ, *solus ipse*, לְבַדְּכֶם, *soli vos*, etc.

בדל Hiph. הִבְדִּיל, *separavit, disparavit, distinxit, distinctionem fecit, discrevit*, præt. הִבְדִּיל, *separavit*, Num. XVI. 9. etc. Hoph. part. præt. sive Pahul הַמֻּבְדָּלוֹת, *separatæ*, Jos. XVI. 9. pro מֻבְדָּלוֹת, juxta, R. Sol. et Kimchi in Com. inquit, Chirek esse loco Schurek, quod sc. cum Kametz Chatuph in ea conjugatione permutatur. Niph. נִבְדַּל, *separari, separare se*: præt. נִבְדְּלוּ, *separaverunt se*, Esr. IX. 1. part. הַנִּבְדָּל, *separatus*, Esr. VI. 21.

בַּדַל, m. *segmentum, particula separata*: בְּדַל הָאֹזֶן, *particulam auris*, Amos III. 12.

בְּדִיל, m. *stannum*, Ezech. XXVII. 12. plur. cum aff. בְּדִילָיִךְ, *stanna tua*, Ies. I. 25.

בְּדֹלַח, m. *bdellion*, Genes. II. 12. Num. XI. 7. juxta quosdam ligni vel arboris nomen, de qua Plinius lib. 12. cap. 9. et Dioscorides lib. 1. *bdolchon*, et corruptè *bolchon* appellat. Hebræi communiter *crystallum* explicant, ut R. Sol. in lib. Num. et Kimchi Ies. III. 19.

בָּדַק *inquisivit, rimatus, scrutatus est*: infin. לִבְדוֹק וּלְחַזֵּק הַבָּיִת, *ad scrutandum et restaurandum domum*, 2 Par. XXXIV. 10.

בֶּדֶק, m. *rima, fissura, ruptura*, 2 Reg. XII. 6. aff. מַחֲזִיקֵי בִדְקֵךְ, *restaurantes rupturam tuam*, Ezech. XXVII. 9.

בְּדַר Chald. in Pahel, *sparsit, dispersit*: imp. וּבַדַּרוּ, *et spargite*, Dan. IV. 11. ex Hebræo בָּזַר, commutato ז in ד.

בהה בֹּהוּ, m. *inanitas, res inanis*, Gen. I. 2. אַבְנֵי בֹהוּ, *perpendicula inanitatis* sive *inania*, Ies. XXXIV. 11.

בַּהַט m. *porphyrites*, marmoris species rubens, Esth. I. 6. variant interpretes.

בהל Niph. נִבְהַל, *turbari, conturbari, perturbari, terreri*: præter. כִּי נִבְהַל, *quòd perturbatus esset*, 1 Sam. XXVIII. 21. Pih. בִּהֵל, *terruit, turbavit, conturbavit, perturbavit*: *acceleravit, festinavit*, quòd celeritas plerunque turbulenta est: part. מְבַהֲלִים, *turbabant*, Esr. IV. 4. infin. לְבַהֲלֵנִי, *accelerare me, ut accelerarem*, 2 Paral. XXXV. 21. Chald. futur. יְבַהֲלֻנַּנִי, *conturbabunt me*, Dan. IV. 2. יְבַהֲלֻנֵּהּ, *conturbassent eum*, ver. 16. יְבַהֲלָךְ, *perturbet te*, ibid. Pyh. part. מְבֹהֶלֶת, *accelerata*, Proverb. XX. 21. Hiph. præt. הִבְהִילָנִי, *perturbat me*, Job. XXIII. 16. futur. וַיַּבְהִילוּ, *et accelerarunt*, Esth. VI. 14. וַיַּבְהִילוּהוּ מִשָּׁם, *et festinare fecerunt eum inde*, id est, *deturbaverunt*, 2 Paral. XXVI. 20. Hithp. Chald. מִתְבְּהַל, *conturbatus*, Dan. V. 9.

בֶּהָלָה, f. *conturbatio, terror*, Lev. XXVI. 16. plur. בֶּהָלוֹת, *terrores*, Jerem. XV. 8. hinc per metathesin בַּלָּהָה, Ies. XVII. 14. plur. בַּלָּהוֹת et constr. בַּלְהוֹת, Ezech. XXVI. 21. Job. XXIV. 17.

בְּהִילוּ, fœm. Chald. *celeritas*, per apocopam literæ Thau, unde בִּבְהִילוּ, *cum celeritate*, id est, *celeriter*, Esr. IV. 23.

הִתְבְּהָלָה, Chald. idem: Dan. II. 25. et cum א in fine, בְּהִתְבְּהָלָא, Dan. VI. 20.

בהם בְּהֵמָה, בֶּהֱמַת, c. *bestia, pecus, jumentum*: collectivum est, utriusque sexus, Genes. VII. 2. ubi utroque genere usurpatur: constr. בֶּהֱמַת הָאָרֶץ, *bestia terræ*, Ies. XVIII. 6. aff. בְּהֶמְתּוֹ, *pecus suum*, Gen. XXXVI. 6. Observatum est, cum affixis denotare pecus, quod est in hominis potestate, plur. בְּהֵמוֹת, *bestiæ*, Deut. XXXII. 24. constr. בַּהֲמוֹת, Ps. VIII. 8. porrò בְּהֵמוֹת etiam singulariter capitur, pro *elephante*, propter ingentem magnitudinem, quâ instar plurium est, Job. XL. 15. R. Levi tamen dicit esse bestiam specialem, sic appellatam, de qua Rabbini multa nugantur.

בהן בֹּהֶן, masc. *pollex*, tam manuum, quàm pedum, Exod. XXIX. 20. plur. ex alia forma, בְּהֹנוֹת, *pollices*, Jud. I. 6.

בהק בֹּהַק, m. *pustula lucida*, aut *vitiligo*, Lev. XIII. 39. Chald. בְּהַקָא à בְּהַק, *lucidum, clarum esse*, unde מַבְהֲקִין, *pollucent*, 2 Sam. XXII. 13. בָּהִיק, *lucens, illustris, splendidus*, Cant. VII. 3. בְּהִיקָן, *splendentes*, Cant. I. 11. Rabbinis lentigo est et בּוֹהֲקָן, *lentiginosus*.

בהר בָּהִיר, m. *nitidus, splendidus, candidus*, Job. XXXVII. 21.

בַּהֶרֶת, f. *papula alba*, Lev. XIII. 2. plur. בֶּהָרוֹת, ver. 38.

בוא *venit, advenit, pervenit*: *ingressus, congressus est*: quod verecundè de congressu maritali dicitur: *ivit, abivit*, nempe aliquò: *occubuit*, de sole, quod terram et oceanum subire videatur, Genes. XXVIII. 11. quomodo et exire vel prodire dicitur, cum oritur, Gen. XIX. 23. præt. בָּנוּ, *venimus*, 1 Sam. XXV. 8. pro בָּאנוּ ubi Masorethæ notant, novies in hoc verbo Aleph deficere, et loca enumerant, Jer. XXXIX. 16. futur. cum ה paragogico præter morem, וְתָבוֹאֶה, *et adveniat*, Ies. V. 19. et inde תְּבוֹאתָה, *veniat*, Deut. XXXIII. 16. vide Thes. Buxtorfii Grammaticum, c. 30. ad fut. Hiph. הֵבִיא, *venire fecit, adduxit, introduxit, intulit, attulit, obtulit*: præt. וְהֵבֵאתִי הַשֶּׁמֶשׁ, *et occumbere faciam, efficiam ut occidat sol*, Amos VIII. 9. particip. absque Aleph, מֵבִי, *adduco*, 1 Reg. XXI. 21. Hoph. הוּבָא, *allatus, illatus, adductus fuit*: præt. הוּבָאתָה, *adductus fuisti*, Ezech. XL. 4. cum ה paragogico.

בּא, *ingressus, introitus*: מִבֹּא, *ab ingressu*, 2 Reg. XXIII. 11. et cum aff. וּבוֹאֶךָ, *et introitum tuum*, Psal. CXXI. 8. est infinitivus.

בִּיאָה, f. idem: בְּבִאָה, *in introitu*, Ezech. VIII. 5.

מָבוֹא, m. *aditus, ingressus, introitus*: *occasus*, de sole: constr. מְבוֹא, *occasus*, Deut. XI. 30. aff. עַד־מְבוֹאוֹ, *usque ad occasum ejus*, Psalm. L. 1. plur. constr. כִּמְבוֹאֵי עִיר, *sicut per ingressus civitatis*, Ezech. XXVI. 10. plur. fœm. מְבוֹאֹת, *aditus*, Ezech. XXVII. 3.

מוּבָא, m. idem: cum aff. מְבוֹאֶךָ, *ingressum tuum*, 2 Sam. III. 25. quod legendum, מוֹבָאֶךָ ו et ב tranpositis juxta Masorethas: plural. cum affixis וּמוֹבָאָיו, *et aditus ejus*, Ezech. XLIII. 11.

תְּבוּאָה, f. *proventus, reditus*, pro-

prié *venturus:* nam præteriti anni dicitur עָבוּר, ut est in עָבָר, constructum אֶת־תְּבוּאַת, *proventum,* Lev. XXIII. 39. aff. תְּבוּאָתוֹ, *proventum suum,* Levit. XIX. 25. plur. תְּבוּאֹת, Levit. XXV. 16. affix. מִתְּבוּאֹתֵיכֶם, *ex proventibus vestris,* Jer. XII. 13.

בוב partic. Niph. נָבוּב, *vacuus, evacuatus,* Job. XI. 12. et Schurek est loco Cholem, scribit Kimchi in libro Radicum: constr. נְבוּב לֻחֹת, *vacuum, cavum tabularum,* Exod. XXVII. 8. id est, *concavum ex tabulis.*

בוז *sprevit, contempsit:* præt. בָּז, *spreverit,* Zach. IV. 10. cum Pathach loco Kametz: בָּזוּ, *spernunt,* Prov. I. 7. partic. præt. לַפִּיד בּוּז, *fax contempta,* Job. XII. 5.

בּוּז, m. *contemptus, despectio,* Psal. XXXI. 19. fœmin. בּוּזָה, *despectio,* Neh. III. 36.

בוך Niph. נָבוֹךְ, *perplexum, implexum esse:* præter. נָבֹכוּ, *perplexa sunt,* Joël. I. 18. fœm. נָבוֹכָה, *perplexa erat,* Esth. III. 15. partic. plurale, נְבֻכִים, *perplexi,* Exod. XIV. 3. cum Schurek sive Kibbutz loco Cholem.

מְבוּכָה, f. *perplexitas,* Ies. XXII. 5. affix. מְבוּכָתָם, *perplexitas istorum,* Mich. VII. 4.

בול m. *Bul,* nomen mensis octavi, id est, *Octobris,* 1 Reg. VI. 38. Scaliger Sidoniorum et Tyriorum vocabulum esse existimat. Hebræi diversas etymologias afferunt: videantur Kimchi et R. Sal. in Com. Chaldæus respexit ad יבל, *adducere,* unde vertit, *in mense collectionis fructuum.*

בון *intellexit:* præt. בַּנְתָּה, *intelligis,* Psal. CXXXIX. 2. particip. מִבָּנִים, *ab intelligentibus* vel *prudentibus,* Jer. XLIX. 7. Niph. præter. נְבֻנוֹתִי, *prudentiâ instructus sum,* Ies. X. 13. particip. נָבוֹן, *intelligens, prudens,* Genes. XLI. 33. constr. וּנְבוֹן דָּבָר, *et intelligens rerum,* 1 Sam. XVI. 18. plural. נְבוֹנִים, *prudentes,* Ies. V. 21. affix. נְבֹנָיו, *prudentum ejus,* Ies. XXIX. 14. Pih. futur. יְבוֹנְנֵהוּ, *prudentem reddidit eum, erudivit eum,* Deut. XXXII. 10. Hiph. הֵבִין, *intelligere fecit, intelligentem, prudentem effecit* vel *reddidit, erudivit,* item intransitivè, *intellexit, percepit, sensit, consideravit, animadvertit, advertit:* præt. בִּינֹתִי בַּסְּפָרִים *considerabam* vel *studebam in libris,* Dan. IX. 2. per defectum ה characteristici. Sic in imperativo, וּבִין, *et considera,* Dan. IX. 23. et cum ה paragogico, בִּינָה, *considera,* Psal. V. 2. plur. בִּינוּ, *animadvertite,* Psal. XCIV. 8. Hithp. הִתְבּוֹנֵן, *intellexit,* etc. intransitivè, ut modò: futur. תִּתְבּוֹנְנוּ בָהּ בִּינָה, *animadvertetis eam intelligentiâ,* id est, *certissimè intelligetis,* Jer. XXIII. 20.

בִּין, vide infrà suo loco.

בִּינָה, f. *intelligentia, prudentia, animadversio:* constr. בִּינַת אָדָם, *intelligentia hominis,* Prov. XXX. 2. affix. הֲמִבִּינָתְךָ, *num ex intelligentia tua,* Job. XXXIX. 29. plural. עַם בִּינוֹת, *populus intelligentiarum,* id est, *intelligentissimus,* Ies. XXVII. 11. Chald. בִּינָה, *intelligentia,* Dan. II. 21.

תְּבוּנָה, f. idem: affix. לִתְבוּנָתוֹ, *intelligentiæ ejus,* Psal. CXLVII. 5. בִּתְבוּנָם, *secundum intellectum suum,* Hos. XIII. 2. quod contractum est,

pro בִּתְבוּנָתָם, vide simile in גָּלַל inter nomina; plur. תְּבוּנוֹת, *prudentiæ, intelligentiæ*, Ies. XL. 14. aff. עַד־תְּבוּנוֹתֵיכֶם, *usque ad intelligentias vestras* sive *sensa vestra*, Job. XXXII. 11.

בּוּס *calcavit, conculcavit, proculcavit:* futur. וָאָבוּס, *et calcavi*, Ies. LXIII. 6. Pih. præt. בּוֹסְסוּ, *conculcant*, Ies. LXIII. 18. Jer. XII. 10. Hoph. part. מוּבָס, *proculcatum*, Ies. XIV. 19. Hithp. partic. fœmin. מִתְבּוֹסֶסֶת, *conculcandam præbens te*, Ezech. XVI. 6.

בּוֹס, m. *conculcans*, nomen participiale transitivum, ut Kimchi notat in Lib. Rad. unde plur. בּוֹסִים, *conculcantes*, Zach. X. 5.

מְבוּסָה, f. *conculcatio*, Ies. XXII. 5.

תְּבוּסָה, f. idem: constr. תְּבוּסַת אֲחַזְיָהוּ, *proculcatio Achasiæ*, 2 Par. XXII. 7.

בּוּץ m. *byssus, byssinum*, 1 Par XV. 27.

בֹּץ, vide in בצץ.

בּוּק מְבוּקָה, בּוּקָה, f. *vacuitas, evacuatio*, Nah. II. 10. Reliqua quæ hinc esse possint, vide in בָּקַק.

בּוֹר m. *fovea*, Exod. XXI. 33. *cisterna*, 2 Reg. XVIII. 31. *carcer*, propriè subterraneus, Ies. XXXVIII. 18. *sepulchrum*, Psal. XXVIII. 1. interdum scribitur cum א in medio, מִבְּאֵר, *de cisterna*, 2 Sam. XXIII. 15, 20. plur. בֹּרוֹת, *cisternæ*, Deut. VI. 11. et בֹּארוֹת, Jer. II. 13.

בּוֹשׁ *erubescere, pudefieri, pudore suffundi, pudere:* in fut. אֵבוֹשׁ, et cum ה paragogico, אֵבוֹשָׁה, *erubescam*, Psal. XXV. 2. formâ hinc et a יָבֵשׁ, Pih. בֹּשֵׁשׁ, vide in בָּשַׁשׁ. Hiph. הֵבִישׁ vel הוֹבִישׁ, forma rursus a יָבֵשׁ, mutuatâ, *pudefecit: pudenda commisit*, ut Hos. II. 7. Jerem. XLVIII. 20. הֱבִישׁוֹתָ, *pudefecisti*, Psalm. XLIV. 8. et הֹבַשְׁתָּ, 2 Sam. XIX. 6. Hithp. futur. יִתְבֹּשָׁשׁוּ, *erubescent*, Gen. II. 25.

בֹּשׁ, vide infrà in בָּשַׁשׁ.

בּוּשָׁה, f. *pudor*, Mich. VII. 10.

בָּשְׁנָה, f. idem, Hos. X. 6. cum נ epenthetico, speciali et inusitatâ formâ.

בֹּשֶׁת, f. idem, Psal. XXXV. 26. item, *pudendum idolum*, Jer. VII. 19. et XI. 13. et Hos. IX. 10. affix. וּבָשְׁתִּי, *et pudorem meum*, Psalm. LXIX. 20. בָּשְׁתְּכֶם, *pudor vester*, Ies. LXI. 7.

מְבוּשׁ, m. *pudendum:* plur. cum affix. מְבֻשָׁיו, *pudenda ejus*, Deut. XXV. 11.

*בָּזָא, unde præter. בָּזְאוּ, quod vide in בָּזַז.

בָּזָה *sprevit, contempsit, despexit;* præt. בָּזִיתָ, *sprevisti*, 2 Sam. XII. 9. infin. לִבְזֹה נֶפֶשׁ, *ad contemnere anima*, Ies. XLIX. 7. per enallagen, pro לְבָזַת, *ad eum quem contemnit anima cujusque*, id est, *quisque:* sic mox sequitur, לִמְתָעֵב גּוֹי, *ad eum quem abominatur gens*. Alii ad populum Israëliticum, alii ad Christum Messiam referunt. Niph. partic. נִבְזֶה, *despectus, contemptus*, Ies. LIII. 3. plur. נִבְזִים, *contempti*, Mal. II. 9. Hiph. infin. לְהַבְזוֹת, *ut spretos reddant*, Esth. I. 17.

בִּזָּיוֹן, m. *contemptus*, Esth. I. 18.

נִמְבְזָה, f. *contemptibilis*, 1 Sam. XV. 9. pro נִבְזָה per epenthesin literæ מ, vel est compositum ex נִבְזֶה et מְבֻזֶּה.

נְבִזְבָּה, Chald. *honorarium, largitio, profusior* propriè, Dan. II. 6. affix. וּנְבִזְבְּיָתָךְ, *et honoraria tua,* Dan. V. 17. Sic in Targum, מַתְּנָן וּנְבִזְבָּן, *dona et honoraria,* Jer. XL. 5. Videtur hinc esse ut præcedens: nam largitiones profusiores sunt quidam despectus bonorum. Inde Rabbinis בִּזְבֵּז, *profundere; prodigere facultates suas.*

בָּזַז *prædatus, deprædatus est, diripuit,* Ezech. XXIX. 19. præter. irregulare, בָּזְאוּ, *diripiunt,* Ies. XVIII. 2. pro בָּזְזוּ. Niph. præt. וְנָבֹזּוּ, *et diripientur,* Amos III. 11. infin. cum futur. הִבּוֹז תִּבּוֹז, *diripiendo diripietur,* Ies. XXIV. 3. Pyh. præter. וּבֻזָּזוּ, *ut diripiantur,* Jer. L. 37.

בַּז, m. *præda,* Jer. X. 6. hinc לְבַג, *in prædam,* Ezech. XXV. 7. quod Masorethæ notant legendum לְבַז per commutationem Gimel et Zain. Sic alibi גֵּה pro זֶה. Rabbini id referunt ad commutationem literarum cabalisticam אט בח de qua vide Abbreviaturas Buxtorfii. aff. בִּזָּהּ, *prædam ejus,* Ezech. XXIX. 19.

בִּזָּה, f. *præda, direptio,* Neh. III. 36. Esth. IX. 10.

בָּזָק m. *fulgur,* Ezech. I. 14. idem quod בָּרָק commutatis ז et ר, ut Latinis in honos et honor. Est autem בָּזַק, *dispergere,* apud Rabbinos, unde quidam reddunt, *fulgur dispergens,* hoc est, *vehementissimum.*

בָּזַר *sparsit, dispersit, dissipavit:* futur. יִבְזוֹר, *disperget,* Dan. II. 24. Pih. præter. בִּזַּר, *dissipavit,* Psalm. LXVIII. 31. convenit cum פִּזַּר.

בָּחַל *fastidivit, aspernatus, adversatus est;* præter. fœmin. בָּחֲלָה, Zach. XI. 8. Apud Talmudicos etiam est *maturescere:* et בּוֹחַל, *fructus maturus.*

בָּחַן *probavit, exploravit;* præt. בְּחָנַנִי, *probavit me,* Job. XXIII. 10. Niph. futur. יִבָּחֵן, *probetur,* Job. XXXIV. 36.

בֹּחַן, m. *probatio, munitio,* Ezech. XXI. 18. Ies. XXVIII. 16.

בָּחוֹן, m. *specula exploratoria,* vel juxta quosdam, *turris munita,* Jer. VI. 27. plur. cum Schurek et affix. בַּחוּנָיו, Ies. XXIII. 13.

בָּחַר *elegit, selegit:* ferè cum præpositione ב construitur. præter. בְּךָ בָּחַר, *te selegit,* Deut. VII. 6. Niph. præt. וְנִבְחַר, *et eligetur, electa erit,* Jer. VIII. 3. part. נִבְחָר, *selectum, lectissimum,* Prov. VIII. 10. Pyh. fut. יְבֻחַר, *eligetur,* Eccles. IX. 4. ubi juxta Masorethas legendum יְחֻבַּר, *associabitur.*

בָּחוּר, m. *lectus, electus:* item *juvenis* quasi ad omnes operas selectus, Ezech. IX. 6. plur. בַּחוּרִים, Psal. CXLVIII. 12. et Pathach indicat formam dagessatam: sic quoque juxta quosdam, Ies. XLII. 22. constr. בַּחוּרֵי, *juvenes,* Ezech. XXIII. 6. aff. בַּחוּרֵיהֶם, *juvenes eorum,* 2 Par. XXXVI. 17.

בְּחוּרִים, m. p. *juventus,* quasi ætas selecta: aff. מִבְּחֻרָיו, *a juventute sua,* Num. XI. 28.

בְּחֻרוֹת, f. p. idem: aff. בִּימֵי בְּחוּרוֹתֶיךָ, *in diebus juventutis tuæ,* Eccles. XII. 1.

בָּחִיר, m. *electus:* constr. בְּחִיר, 2 Sam. XXI. 6. aff. בְּחִירִי, *electus meus,* Ies. XLII. 1. plur. cum aff. בְּחִירָיו, *electi ejus,* Psal. CV. 6.

מִבְחוֹר, m. *delectus, selectum, lectissimum,* 2 Reg. III. 19.

מִבְחָר, m. idem: constr. מִבְחַר בַּחוּרָיו, *selectissimum juvenum ejus,* Jer. XLVIII. 15. plur. cum affix. מִבְחָרָיו, *delectuum ejus,* Dan. XI. 15.

בָּטָא *pronuntiavit, effutivit:* partic. בֹּטָה, *effutiens,* Prov. XII. 18. ex forma quiescentium tertiâ ה: Pih. infinit. לְבַטֵּא, *effutiendo,* et futur. יְבַטֵּא, *effutit,* Lev. V. 4.

מִבְטָא, m. *pronunciatum, prolatio,* Num. XXX. 7.

בָּטַח *fisus est, confisus est. Fiduciam habuit.* Construitur cum præpositione בְּ, אֶל et עַל, sæpè etiam absolutè ponitur. Particip. præt. בָּטוּחַ, *confisus, fretus,* Ies. XXVI. 3. Psalm. CXII. 7. Hiph. præter. הִבְטַחְתָּ, *fecisti ut fiduciam poneret,* Jer. XXVIII. 15. partic. מַבְטִיחִי, *confidere faciens me,* Psal. XXII. 10. futur. יַבְטַח, *confidere faciat,* 2 Reg. XVIII. 30.

בֶּטַח, m. *fiducia, securitas, confidentia, securè, confidenter:* Levit. XXV. 18.

בִּטָּחוֹן, m. *fiducia,* Eccles. IX. 4.

בִּטְחָה, f. idem: וּבְבִטְחָה, *et in fiducia,* Ies. XXX. 15.

בַּטֻּחָה, f. idem: plur. וּבַטֻּחוֹת, *et securitates,* Job. XII. 6. vide etiam טוּחַ.

מִבְטָח, m. idem: מִבְטַח מִבְטָח מִבְטַח כָּל קַצְוֵי אֶרֶץ, *fiducia omnibus extremitatibus terræ,* Psal. LXV. 6. affix. מִבְטָחוֹ, *fiducia ejus,* Jer. XVII. 7. מִבְטֶחָה, *fiduciæ ejus,* Prov. XXI. 22. ubi deest Mappik in He: מִבְטֶחָם, *fiducia eorum,* Jer. XLVIII. 13. quæ duo habent Sægol loco Kametz, euphoniæ causâ sequente alio Kametz: plural. מִבְטַחִים, *securitates,* Ies. XXXII. 18. aff. בְּמִבְטַחַיִךְ, *fiducias tuas,* Jer. II. 37.

אֲבַטִּחִים, m. p. *pepones,* Num. XI. 5. Ab. Esra scribit, ex lingua Arabica esse notum vocabulum. Majemon in libro Talmudico Trumoth, capite 8. scribit: אבטיחין בערבי בטיך ובלעז מלוני, id est, *abhattichin, Arabicè battich, vulgò melone.* Ergo א erit servile.

בָּטֵל *cessavit, intermisit, intermissum, impeditum fuit:* præter. וּבָטְלוּ, *et intermittent,* Eccles. XII. 3. Chald. præter. fœm. בְּטֵלַת, *impeditum fuit,* Esr. IV. 24. partic. præsens fœm. בָּטְלָא, *impeditum mansit,* ibid. Pah. præt. בַּטִּלוּ, *cessare fecerunt, impediverunt,* Esr. IV. 23. infin. לְבַטָּלָא, *ad impediendum,* ver. 21.

בטן בֶּטֶן, f. *venter, uterus,* Num. V. 22. metaphoricè *prominentia, projectura,* 1 Reg. VII. 20. aff. בִּטְנִי, *ventris mei,* Job. XIX. 17.

בָּטְנִים, m. p. *nuces terebinthinæ,* Gen. XLIII. 11. quidam *nuces avellanas* explicant.

בִּי *O, ah, quæsò, obsecrò;* particula obsecrandi juxta Hebræos, Gen. XLIII. 20. Exod. IV. 10.

בֵּין *inter;* interdum habet naturam nominis, quasi *medium* vel *medietatem* dicas: בְּבֵין, *in inter, in medio,* Ies. XLIV. 4. ubi Veneta magna habent בְּבֵן, absque י: aff. בֵּינוֹ, *inter eum:* בֵּינִי וּבֵינֶיךָ, *inter me et inter te,* Genes. XIII. 8. בֵּינִי וּבֵינְךָ, 1 Sam. XX. 23. בֵּינֵינוּ, *inter nos,* בֵּינֵיכֶם, *inter vos;* quorum quædam habent formam pluralem masculinam. Sic fœmininâ terminatione

אֶל־בֵּינוֹת לַגַּלְגַּל, *ad intermedietates orbium*, id est, *in medium* vel *intervallum*, Ezechiel. X. 2. מִבֵּינוֹת לַכְּרֻבִים, *e medietatibus, e medio, ex intervallo Cherubinorum*, ibid. בֵּינוֹתָם, *inter eos*, Gen. XLII. 23. בֵּינוֹתֵינוּ, *inter nos*, Gen. XXVI. 28. et formâ duali, absque י in medio אִישׁ הַבֵּנַיִם, *vir medietatum*, 1 Samuel. XVII. 4. id est, *intermedius*, interponens se inter duo castra, duello pugnam transacturus. Huc quidam referunt לַבֵּן, *ad medianum*, scilicet cantum musicum, nempe *tenorem* ut vulgò vocant, Psal. IX. 1. de quo vide etiam in עָלַם. Chald. בֵּין, *inter*, Dan. VII. 5. בֵּינֵיהֵן, *inter ea*, ver. 8.

בין בֵּיצָה, f. *ovum*, apud Rabbinos: plur. בֵּיצִים, *ova*, Deuter. XXII. 6. constr. בֵּיצֵי, Ies. LIX. 5. aff. מִבֵּיצֵיהֶם, *ex ovis eorum*, ibid.

ביר בֵּיר, m. *puteus*, Jerem. VI. 7. ubi scribitur בֵּור quasi sit בּוֹר, sed Masorethæ notarunt legendum בַּיִר.

בִּירָה, f. *regia, palatium, castrum*, 1 Par. XXIX. 1. Chal. בִּירְתָא, *regia*, Esr. VI. 2.

בִּירָנִיּוֹת, f. p. *palatia, arces, basilicæ*, 2 Par. XVII. 12.

בית m. *domus: familia:* et generaliter *sedes, locus,* quo aliquid capitur vel continetur, ut Exod. XXV. 27. 2 Sam. XV. 17. 1 Reg. XVIII. 32. בַּיְתָה בֵּיתָה, *ad domum, in domum, versus domum, intus:* Gen. XLIII. 24. Ezech. XLIV. 17. מִבַּיִת, *intrinsecus*, Exod. XXV. 11. et intercedente articulo, מֵהַבַּיִת, idem, Ezech. XL. 9. constr. בֵּית, Gen. XXIV. 7. בֵּית־לָהּ, *intra eam*, Ezech. I. 27. sic מִבֵּית, Ex. XXVI. 33. aff. בֵּיתוֹ, *domus ejus*, בֵּיתְךָ, *domus tua*, בֵּיתִי, *domus mea*, etc. plur. בָּתִּים, *domus, sedes, familiæ*, Exod. I. 21. *ædiculæ, sacella textilia*, 1 Reg. XXIII. 7. לְבָתִּים, *pro domibus, in loca* vel *sedes*, Exod. XXV. 27. const. aff. בָּתֶּיךָ, *domus tuæ*, Exod. X. 6. Chald. בַּיְתָא דְנָה, *domum hanc*, Esr. V. 9. constr. עֲבִידַת בֵּית אֱלָהָא, *opus domus Dei*, Esr. IV. 24. aff. וּבַיְתֵהּ, *et domus ejus*, Esr. VI. 11. plur. וּבָתֵּיכוֹן, *et domus vestræ*, Dan. II. 5.

בִּיתָן, masc. *palatium:* אֶל גִּנַּת הַבִּיתָן, *ad hortum palatii*, Esth. VII. 7. constr. בִּיתַן הַמֶּלֶךְ, *palatii regis*, Esth. I. 5. quidam, *hortum interiorem*, vertunt.

בית Chald. et inde בָּת, *pernoctavit*, Dan. VI. 19. pro Hebræo לוּן sæpissimè in Targum ponitur.

בָּכָא m. *morus*, Ps. LXXXIV. 7. plur. מִמּוּל בְּכָאִים, *ex adverso mororum*, 2 Sam. V. 23.

בָּכָה *flevit, deflevit:* regit accusativum, et frequenter est cum præpositionibus אֶל, עַל et לְ præter. וּבָכוּ אֵלַיִךְ, *et fleverunt ad* vel *propter te, defleverunt te*, Ezech. XXVII. 31. infin. בָּכוֹ, *flendo*, Jer. XXII. 10. cum ו loco ה: futur. וַיֵּבְךְּ, *et flevit*, Gen. XXVII. 38. cum apocopa tertiæ radicalis. Niph. particip. נִבְכִים unde constructum, עַד נִבְכֵי־יָם, *usque ad fluenta, fluctus* vel *profunda maris*, Job. XXXVIII. 16. per metaphoram. Pih. particip. fœm. מְבַכָּה, *deflet*, Jerem. XXXI. 15. plural. מְבַכּוֹת, *deflentes*, Ezech. VIII. 14.

בָּכֶה, m. *fletus*, Esr. X. 1.

בְּכִי, m. idem, Jerem. IX. 9. aff. בִּכְיִי, *fletus mei*, Psalm. VI. 9.

בָּכוּת, f. idem, Gen. XXXV. 8.

בְּכִית f. idem, aff. בְּכִיתוֹ, *fletus ejus*, Gen. L. 4.

בכר בְּכוֹר, masc. *primogenitus, primogenitum*, Gen. XXV. 13. Deut. XXI. 17. aff. בְּכוֹרוֹ, *primogenitus ejus*, Exod. XI. 5. plural. constr. בְּכוֹרֵי, Psalm. CXXXV. 8. affix. בִּבְכוֹרֵיהֶם, *in primogenitis illorum*, Ps. CXXXVI. 10. et formâ fœmin. וְאֶת־בְּכֹרוֹת, *et primogenita*, Neh. X. 37.

בְּכוֹרָה, f. *primogenitura, jus primogenitorum*, Genes. XXV. 32. aff. אֶת־בְּכֹרָתְךָ, *jus tuum primogenitorum*, ver. 31.

בְּכִירָה, f. *primogenita*, Gen. XIX. 31.

בִּכֵּר, Pih. *primogenitum proferre, efficere* vel *instituere, jus primogenituræ dare:* infinit. לְבַכֵּר, Deuter. XXI. 16. futur. יְבַכֵּר, *primogenita profert*, Ezech. XLVII. 12. Pyh. futur. יְבֻכַּר, *primum gignetur*, Lev. XXVII. 26. Hiph. particip. fœm. כְּמַבְכִּירָה, *tanquam primipara*, Jer. IV. 31.

בִּכּוּרִים, m. p. *primitiæ, primitivi fructus*, Levit. XXIII. 17. constr. בִּכּוּרֵי מַעֲשֶׂיךָ, *primitiæ operum tuorum*, Exod. XXIII. 16. aff. בִּכּוּרֶיךָ, *primitiarum tuarum*, Lev. II. 14.

בִּכּוּרָה, f. *præcox, primus fructus*, Mich. VII. 1. at illud כְּבִכּוּרָהּ habet Mappik redundans, Ies. XXVIII. 4. plural. בִּכּוּרוֹת, *præcocia*, Ies. XXIV. 2. cum Pathach.

בִּכְרָה, f. *dromas*, Jerem. II. 23. plur. constr. בִּכְרֵי, Ies. LX. 6.

בָּל Chald. *cor, animus*, quasi per transpositionem literarum ab Hebræo לֵב deductum, juxta Hebræos plerosque, Dan. VI. 15. addit Ab. Esra, etiam Arabicè *cor* dici בָּל, Kimchi in Lib. Radic. scribit, juxta quosdam interpretes idem esse quod מַחֲשָׁבָה, *cogitatio*, et inde Arabicè, אגעל בלך, id est, שִׂים מַחֲשַׁבְתְּךָ, *adhibe cogitationem tuam.*

בַּל *non, nequaquam*, בַּל חָלִיתִי, *non ægrotavi*, Prov. XXIII. 35. בַּל יֹאמְרוּ, *ne dicant*, Hos. VII. 2.

בְּלִי, *non: sine, præter, absque:* עַד־בְּלִי, *donec non*, Psal. LXXII. 7. עַל־בְּלִי, *eo quòd non*, Gen. XXXI. 20. בִּבְלִי, *in* vel *per non, absque*, Deut. IV. 42. לִבְלִי־חֹק, *ad non modum, immodicè*, Ies. V. 14. לִבְלִי־אֹכֶל, *propter non cibum*, id est, *penuriâ cibi*, Job. XXXVIII. 41. מִבְּלִי, *eo quòd non, quòd nulli*, Thren. I. 4. מִבְּלִי לְבוּשׁ, *absque veste*, Job. XXIV. 7. הֲמִבְּלִי־אֵין, *an propterea quod non ulla*, id est, *nulla prorsus*, Exod. XIV. 11. pleonasmus, cui similis in בִּלְעֲדֵי.

בִּלְתִּי, idem, habetque epenthesin literæ ת: ut, עַד בִּלְתִּי, *usque dum non*, Job. XIV. 12. בִּלְתִּי אִם, *nisi, præter*, Gen. XLVII. 18. לְבִלְתִּי, *ad non*, quomodo frequenter cum infinitivo construitur: מִבִּלְתִּי, *propterea quòd non.* Cùm affix. בִּלְתִּי, *absque me*, Ies. X. 4. בִּלְתֶּךָ, *absque*, vel *præter te*, 1 Sam. II. 2. nec cum pluribus reperitur.

בְּלִימָה, *nihilum,* Job. XXVI. 7. compositum ex בְּלִי, *non,* et מָה, *quid* sive *aliquid.*

בְּלִיַּעַל, vide in עָלַל.

בְּלָא Chald. *consumi, atteri vetustate:* Pah. בַּלֵּא, *attrivit:* futur. יְבַלֵּא, *deteret,* Dan. VII. 25.

בְּלוֹ, m. *tributum provinciale,* vetus et solitum, Esr. IV. 13. Talmudici exponunt כסף גולגלתא, *tributum capitationis, in singula capita.*

בלג Hiph. הִבְלִיג, *recreare, confortare se,* part. הַמַּבְלִיג, *qui recreat se,* Amos V. 9. fœm. cum י paragogico, מַבְלִיגִיתִי, *recreans* vel *recreatura se,* scilicet anima, Jer. VIII. 18. juxta quosdam est nomen, *recreatio mea.* futur. וְאַבְלִיגָה, *et recreabo me,* Job. IX. 27. et X. 20.

בָּלָה *veterascere, vetustate teri, atteri, deteri:* præter. וְלֹא־בָלוּ, *non inveteraverunt,* Deut. XXIX. 5. infin. אַחֲרֵי בְלֹתִי, *post veterascere me,* Genes. XVIII. 12. Pih. בִּלָּה, *consumpsit, trivit, detrivit:* præt. בִּלָּה בְשָׂרִי, *terit carnem meam,* Thren. III. 4. infin. לְבַלּוֹת, *consumendo,* Psal. XLIX. 15. futur. יְבַלּוּ, *deterent,* Ies. LXV. 22.

בָּלֶה, m. *vetus, tritum:* plural. שַׂקִּים בָּלִים, *saccos tritos,* Jos. IX. 4. fœm. לַבָּלָה, *effœtæ,* Ezech. XXIII. 43. plur. נְעָלוֹת בָּלוֹת, *calcei triti,* Jos. IX. 5.

בְּלוֹיִם, m. p. *veteramenta:* const. בְּלוֹיֵי, Jer. XXXVIII. 11. et בְּלוֹאֵי, ver. 12.

בְּלִי, m. *consumptio,* Ies. XXXVIII. 17.

בַּלָּהָה, f. vide supra in בהל.

תַּבְלִית, f. *consumptio,* Ies. X. 25.

בָּלַל *confudit, perfudit, miscuit,* Genes. XI. 9. בַּלֹּתִי, *perfudi,* Psalm. XCII. 11. vel intransitivè, *perfusus sum,* R. Sal. infinitivum facit cum affixo pro לְבַלּוֹתִי, *perfundendo me,* hoc est juxta Chaldæum, רַבֵּיתָא יָתִי, *inungis me oleo recenti,* id est, *constanti dominatu,* viribus et potentiâ me instruis, ut non peream sicut improbi, quorum instabilitatem versu præcedenti proposuit. Similem formam infinitivi vide in חָנַן. Quidam faciunt infinitum Pihel à בָּלָה pro בְּבַלּוֹתִי, *in veterascendo me, senescente me, in senectute mea,* scil. *perfundis me,* quod tunc subaudiendum. Partic. præter. בָּלוּל, *mistum,* Exod. XXIX. 40. בְּלוּלָה, f. Levit. VII. 10. plur. בְּלוּלוֹת, *mixtæ,* Levit. II. 4. futur. וְנָבְלָה, *et confundamus,* Gen. XI. 7. pro נָבֹלָּה. Vide simile in בָּקַק. Et aliâ significatione, וַיָּבָל, *et pabulum dedit,* q. d. *pabulavit, pabulum miscuit,* Jud. XIX. 21. a nomine quod mox sequitur. Hith. futur. יִתְבּוֹלָל, *confundit, commiscet se,* Hos. VII. 8.

בְּלִיל, masc. *farrago, pabulum, a miscendo,* Ies. XXX. 24. aff. עַל־בְּלִילוֹ, *juxta farraginem suam,* Job. VI. 5.

תֶּבֶל, m. *confusio,* Lev. XX. 12.

תְּבַלֻּל, m. *suffusio,* vitium oculi, quo visus confunditur, Levit. XXI. 20.

בָּלַם *constrinxit:* infin. לִבְלוֹם, *ad constringendum,* Psal. XXXII. 9.

בָּלַס *perquisivit:* partic. וּבוֹלֵס, *et perquirens,* Amos VII. 14. Ex Chaldæo בְּלַשׁ deductum est.

בָּלַע *absorpsit, exsorbuit, deglutivit, devoravit, perdidit,* item *texit, operuit,* juxta quosdam, Job. XX. 15. Ies. IX. 15. præter. בְּלָעַנִי, *deglutit me,* Jer. LI. 34. infin. עַד־בִּלְעִי, *ad deglutire me, dum deglutiam,* Job. VII. 19. Niph. præt. וְנִבְלַע, *et absorbebitur,* Hos. VIII. 8. נִבְלְעוּ, *absorbentur,* Ies. XXVIII. 7. Pih. præt. בִּלַּע, *absorbuit,* Ies. XXV. 8. בִּלֵּעוּ, *perdunt,* Ies. III. 12. infin. כְּבַלַּע, *quum absorbent,* Num. IV. 20. Pyh. part. מְבֻלָּעִים, *perditi,* Ies. IX. 15. futur. יְבֻלַּע, *absorberetur,* Job. XXXVII. 20. Hith. futur. תִּתְבַּלַּע, *absorbeatur,* Psal. CVII. 27.

בֶּלַע, m. *absorptio, perditio, pernicies,* Psal. LII. 6. affix. אֶת־בִּלְעוֹ, *absorptum ejus,* Jer. LI. 44.

בִּלְעֲדֵי, *præter, præterquam, excepto:* בִּלְעֲדֵי אֶחֱזֶה, *præterquam quòd video,* Job. XXXIV. 32. vox ex duabus composita, scribit Ab. Esra Genes. XLI. 16. nempe ex בַּל et עַד, vel עֲדֵי. Sæpius cum מ ab initio, מִבַּלְעֲדֵי, *præter,* Num. V. 20. הֲמִבַּלְעֲדֵי, *an præter,* Jer. XLIV. 19. בִּלְעָדַי רַק, *præter duntaxat,* Gen. XIV. 24. cum Pathach, quod Kimchi esse existimat, quale in חַלּוֹנַי, et similibus. Est autem pleonasmus, ut et in בַּל et אַךְ: affix. בִּלְעָדַי, *excepto me,* Gen. XLI. 16. מִבַּלְעָדַי, *præter me,* Ies. XLIII. 11. et XLIV. 6. cum Pathach sub ב.

בָּלַק *exinanivit:* part. וּבוֹלְקָהּ, *et exinaniturus eam,* Ies. XXIV. 1. Pyh. partic. fœmin. מְבֻלָּקָה, *exinanita,* Nah. II. 11.

*בִּלְתִּי, vide supra in בַּל.

בָּמָה f. *excelsum, sacellum, ara idolorum:* הַבָּמָתָה, *in excelsum illud,* 1 Sam. IX. 13. plur. בָּמוֹת, *excelsa,* Num. XXI. 28. aff. בָּמוֹתֶיךָ, *excelsa tua,* 2 Sam. I. 25. בָּמֹתָיו, *excelsa ejus,* 2 Reg. XVIII. 22. at de בְּמוֹתָיו, Ies. LIII. 9. interpretes variant. Et alia forma, בָּמֳתֵי אָרֶץ, *excelsa terræ,* Deut. XXXII. 13. cum Vau redundante; juxta Masorethas.

בָּנָה *ædificavit, exstruxit:* futurum per apocopam, וַתִּבֶן, *et ædificavit,* Zach. IX. 3. Hinc *ædificare domum,* metaphoricè dicitur et de liberorum procreatione: ut, אֲשֶׁר לֹא יִבְנֶה אֶת בֵּית אָחִיו, *qui non ædificaverit domum fratris sui,* Deut. XXV. 9. אֲשֶׁר בָּנוּ, *quæ exstruxerunt domum Israëlis,* Ruth IV. 11. Sic in Niphal. inde בֵּן, *filius,* quasi ædificium familiæ paternæ, quæ in eo habitat et conservatur. Chald. præt. בְּנַיְתַהּ, *ædificavi eam,* Dan. IV. 27. וּבְנוֹ, *et ædificarunt,* Esr. VI. 14. part. præsens masc. plur. בָּנַיִן, *ædificantes,* Esr. IV. 12. partic. præt. בְּנֵה, *ædificata fuerat,* Esr. V. 11. infinit. לְמִבְנֵא, *ædificare,* Esr. V. 2. vel מ ejecto et per Dagesch compensato לִבְּנֵא, ver. 3. cum ה paragogico, לְמִבְנְיָה, *ædificandi,* ver. 9. futur. יִבְנוֹן, *ædificanto,* Esr. VI. 7. Niph. præt. נִבְנָה, *ædificata fuerat,* 1 Reg. III. 2. partic. הַנִּבְנֶה, *quæ ædificata fuerit,* 1 Par. XXII. 19. infin. לְהִבָּנוֹת, *ut ædificaretur,* Hag. I. 2. futur. אִבָּנֶה, *ædificabor, liberos consequar,* Genes. XVI. 2. et XXX. 3. Chald. ex Ithp. partic. מִתְבְּנֵא, *ædificatur,* Esr. V. 8. futur. יִתְבְּנֵא, *ædificabitur,* ver. 16. תִּתְבְּנֵא, *ædificabitur,* Esr. IV. 13.

בְּנִיָה, f. *ædificium,* Ezech. XLI. 13. בִּנְיָן, m. idem, ver. 12. Chaldaic. בִּנְיָנָא, Esr. V. 4.

מִבְנֶה, m. *structura:* construc. כְּמִבְנֵה־עִיר, *quasi structura civitatis,* Ezech. XL. 2.

תַּבְנִית, f. *structura, similitudo, exemplar, forma:* aff. תַּבְנִיתוֹ, *similitudinem illius,* 2 Reg. XVI. 10.

בֵּן, m. *filius,* latè: *gener.* 1 Sam. XXIV. 17. *pullus,* Levit. XII. 6. *ramus,* Genes. XLIX. 22. Psalm. LXXX. 16. constr. בֶּן, et quandoque בִּן ut Deut. XXV. 2. cum ו paragogico בְּנוֹ בְעֹר, *filius Behoris,* Num. XXIV. 3. cui simile vide in nomine חַיָּה; aff. בְּנוֹ, *filius ejus,* בְּנִי, *filius meus,* בִּנְךָ, *filius tuus,* בְּנֵנוּ, *filius noster,* etc. plur. בָּנִים, *filii, nepotes, posteri: pulli,* Job. XXXIX. 19. constr. בְּנֵי, Gen. VI. 2. aff. וּבְנֵיהֶם, *et pulli earum,* Genes. XXXII. 16. בָּנָיו *filii ejus,* Gen. XLVI. 7. Chald. בְּנֵי, *filii,* Dan. II. 25. וּבְנֵי תוֹרִין, *et filii boum,* id est, *juvenci,* Esr. VI. 9. בְּנֵיהוֹן, *filii eorum,* Dan. VI. 25. וּבְנוֹהִי, *et filiorum ejus,* Esr. VI. 10.

בַּת, f. *filia,* quasi ex בֶּנֶת, ut Dagesch ostendit, in forma affixorum, tum etiam ejus plurale: metaphoricè quoque hoc nomine appellantur *oppida, pagi, villæ,* quæ sunt quasi filiæ majorum civitatum: aff. בִּתּוֹ, *filia ejus,* Gen. XXIX. 6. plur. בָּנוֹת, *filiæ:* const. בְּנוֹת, Gen. VI. 2. aff. וּבִבְנוֹתֶיהָ, *et in villis ejus,* Jud. XI. 26. בְּנוֹתֶיךָ, *filias tuas,* Gen. XXXI. 31. vide etiam infra בַּת, suo loco, et בבה.

מָגוּר, masc. *commoratio, habitatio, formido:* aff. בִּמְגוּרָם, *in commoratione ipsorum*, Psal. LV. 16. plural. constr. מְגוּרֵי אָבִיו, *peregrinationum patris sui*, Gen. XXXVII. 1. aff. בִּמְגוּרָיו, *in habitationibus suis*, Job. XVIII. 19. מְגוּרַי, *formidines meas*, Thren. II. 22. vide et מָגַר.

מְגוּרָה, f. *granarium, horreum*, quia fruges in eo *congregantur et recipiuntur*, Hag. II. 19. item *formido*, unde plur. מְגוּרֹתָם, *formidines eorum*, Ies. LXVI. 4. וּמִכָּל־מְגוּרוֹתַי, *et ex omnibus pavoribus meis*, Psalm. XXXIV. 5.

מַמְּגֻרוֹת, f. p. *granaria*, Joël. I. 17. vox anomala, inquit Ab. Esra, aucta duplici מ formativo.

גּוּשׁ m. *strigmentum, ramentum pulvis:* וְגִישׁ, *et ramentum*, Job. VII. 5. scribitur cum י et legitur per ו. Apud Talmudicos, גזור אגושא, *condemnatus ad pulverem*.

גִּזְבָּר m. Chald. *quæstor, præfectus ærario*, Esr. I. 8. plur. ex alta forma, גִּזַּבְרַיָּא, *quæstores*, Esr. VII. 21.

גָּזַז *resecuit, abscidit, totondit*. particip. כִּי גֹזֵז, *quod tonderet*, 1 Sam. XXV. 4. plural. גֹּזְזִים, *tondentes*, 2 Sam. XIII. 23. const. עַל גֹּזְזֵי, *ad tonsores*, Gen. XXXVIII. 12. Niph. præter. נָגֹזּוּ, *tonsi fuissent*, Nah. I. 12.

גֵּז, m. *vellus, secta lana*, Deuter. XVIII. 4. וּמִגֵּז, *et de vellere*, Job. XXXI. 20. item, *secta herba*, Psalm. LXXII. 6. plur. constr. גִּזֵּי, *fœnisecia*, Amos VII. 1. fœmin. גִּזָּה, *vellus*, Jud. VI. 37. constr. גִּזַּת הַצֶּמֶר, *vellus lanæ*, ibid.

גָּזִית, f. *cæsura, cæsio: lapis cæsus et ferro politus*, 1 Reg. VI. 36. Sic Kimchi illud huc refert, quasi pro גָּזִית positum, ut dicitur זְלוּת a זָלַל. Alioqui magis esset a גזן, deducendum.

גָּזַל *rapuit, abripuit, diripuit*, præter. גָּזַל גְּזֵלוֹת, *rapinas rapuit*, Ezech. XVIII. 12. Niph. præter. וְנִגְזְלָה, *et eripitur*, Prov. IV. 16.

גֵּזֶל, m. *rapina*, Ezech. XVIII. 18.

גֶּזֶל, m. idem: וְגֵזֶל מִשְׁפָּט, *et rapina juris*, Eccles. V. 7.

גָּזֵל, m. idem, Ezech. XXII. 29.

גּוֹזָל, m. *pullus, avium* vel *columbarum* propriè, quòd rapinæ sit expositus, Genes. XV. 9. plural. cum affix.

בְּוֹזָלָיו, *pullos suos,* Deut. XXXII. 11.

גְּזֵלָה, f. *raptum, rapina,* Ez. XVIII. 7. constr. גְּזֵלַת הֶעָנִי, *rapina pauperis,* Ies. III. 14. plur. גְּזֵלוֹת, Ez. XVIII. 12.

גָּזָם m. *eruca,* Joël. I. 4. Aben Esra a גָּזַז, *tondendo* deducit, et ם servile esse vult.

גֶּזַע m. *truncus succisus,* Ies. XI. 1. affix. גִּזְעוֹ, *truncus succisus ejus,* Job. XIV. 8.

גָּזַר *secuit, scidit, abscidit: decîdit, decrevit:* præter. גָּזַר, *abscinderet,* scil. *hostis,* vel *abscinderetur,* Hab. III. 17. fut. וַיִּגְזֹר עַל־יָמִין, *et scindet ad dextram,* Ies. IX. 19. id est, *exscindendo undiquaque victum colliget:* וְתִגְזַר־אֹמֶר, *et decernes sermonem,* Job. XXII. 28. Niph. *exscindi, excîdi, succîdi, decerni:* præt. נִגְזַר, *decretum est,* Esth. II. 1. נִגְזָרוּ, *excisi sunt,* Psalm. LXXXVIII. 6. Chald. præterit. Ithpehal, fœmin. אִתְגְּזֶרֶת, *excisus est,* Dan. II. 45. sic, הִתְגְּזֶרֶת, ver. 34.

גֶּזֶר, m. *segmentum, decisum:* plur. בֵּין הַגְּזָרִים, *inter segmenta illa,* Gen. XV. 17.

גְּזֵרָה, f. *decisio,* Levit. XVI. 22. Chald. *decretum:* unde construct. בִּגְזֵרַת עִירִין, *ex decreto vigilum,* Dan. IV. 14.

גִּזְרָה, f. *decisum, segmentum: excisio, septum, structura separata,* ab alia quasi *decisa et distincta,* Ezech. XLI. 12, 13. affix. גִּזְרָתָם, *excisio eorum,* Thren. IV. 7.

גָּזְרִין, m. p. Chald. *haruspices,* quasi *sectores* dicti, quòd ex *victimis sectis* futura prædicerent, Dan. II. 27. וְגָזְרַיָּא, *et haruspices,* Dan. IV. 4.

מַגְזֵרָה, f. *serra,* juxta Hebræos, vel juxta alios, *securis:* plural וּבְמַגְזְרוֹת הַבַּרְזֶל, *et serris* vel *securibus ferreis,* 2 Sam. XII. 31. a secando.

גַּחֶל m. *pruna, carbo:* plural. גֶּחָלִים, *prunæ,* Psalm. XVIII. 9. constr. גַּחֲלֵי־אֵשׁ, *prunarum ignis,* Lev. XII. 16. affix. עַל־גֶּחָלָיו, *super prunas ejus,* Ies. XLIV. 19.

גַּחֶלֶת, f. idem, Ies. XLVII. 14. affix. אֶת־גַּחַלְתִּי, *prunam meam,* 2 Sam. XIV. 7.

גחן גָּחוֹן, m. *venter,* et de *reptilium ventre* tantùm dicitur, ut R. Sol. monet: עַל־גָּחוֹן, *super ventrem,* Lev. XI. 42. cum Vau majusculo, quia Masorethæ notant, quod ea est media litera totius legis Mosis.

גיא גַּיְא, m. *vallis:* כָּל־גֶּיא יִנָּשֵׂא, *omnis vallis attolletur,* Ies. XL. 4.

גַּיְא, f. idem: הַגַּיְא, *ad vallem,* Num. XXI. 20. Hinc absque א, וְהַגַּי, *et vallis,* Jos. VIII. 11. בַּגַּי, *in valle,* Deut. XXXIV. 6. לַגַּי, *in vallem,* Mich. I. 6.

גֵּיא, f. idem: גֵּיא גְדוֹלָה, *vallis magna,* Zach. XIV. 4. absque א, גֵּי הָעֹבְרִים, *vallis transeuntium,* Ezech. XXXIX. 11. quod novies sic scribi, a Masorethis observatum: plur. גֵּאָיוֹת, Ezechiel. XXXI. 12. et גֵּיאָוֹת, quod legendum גֵּאָיוֹת, 2 Reg. II. 16. sic Ezech. VI. 3. aff. וְגֵיאוֹתֶיךָ, *et valles tuæ,* Ez. XXXV. 8. Certum legitur hinc גֵּי הִנֹּם, *vallis Hinnom,* vel, גֵּי בֶן הִנֹּם, *vallis filii Hinnom.* Hujus mentio, Jos.

XV. 8. in ea erat locus excelsus ædificatus, cui תֹּפֶת, *Topheth* nomen, in quo sacrificuli idololatræ immolabant liberos hominum idolo *Molech,* traducendo eos per ignem, sive comburendo eos propterea quòd Deus Abrahamo dixerat: *assume nunc filium tuum unicum Isaacum et offer eum in holocaustum,* Gen. XXII. 2. Hinc religio facta, et immanibus exemplis comprobata, Jer. VII. 31. et XIX. 2. et 2 Par. XXVIII. 3. contra expressum Dei mandatum, Lev. XVIII. 21. et XX. 2. Unde pius rex Josias istum locum polluit, 2 Reg. XXIII. 11. projiciendo illic cadavera, fimum, stercora ac omnes res immundas, ne ampliùs horrendæ isti idololatriæ consecratus esset, aut religiosus haberetur, ut Kimchi hoc loco annotat. Placet hîc subjicere, quæ reperi in libro Jalkut (commentarius est mysticus in universa Biblia) in Jerem. cap. 7. fol. 61. col. 4. ubi ita scriptum: "Etsi fuerint omnes domus idololatricæ in ipsa urbe Jerusalem, Moleci tamen fuit extra urbem in loco separato. Quomodo Molech erat factus? imago erat (ærea, R. Sol. Jer. VII. 31.) habens faciem vituli, manus expansas instar hominis manus aperientis, ut ab alio aliquid accipiat: intrinsecus excavata. Septem ipsi exstructa fuêre sacella, ante quæ imago ista fuerat collocata. Avem sive pullum columbinum offerens, primum sacellum ingrediebatur: ovem aut agnum, secundum: arietem, tertium: vitulum, quartum: juvencum, quintum: bovem, sextum: qui denique filium proprium offerret, septimum occupabat sacellum. Hic Molecum osculabatur, juxta illud, *sacrificatores hominum, vitulum osculantur.* Hos. XIII. 2. filius ante Molecum ponebatur: Molecus igne supposito succendebatur, donec ignitus fieret instar lucis. Tunc sacrificuli acceptum infantem candentibus Moleci manibus indebant, ac ne parens ejulatum ac clamorem pueri audiret, tympana pulsarunt. Inde locus iste dictus fuit תֹּפֶת, *Topheth,* nempe à תֻּפִּים, *tympanis:* vallis verò הִנֹּם, *Hinnom,* quia vox pueruli erat נֹהֵם, *rugiens,* aut quòd astantes sacrificuli dicerent, יֶהֱנֶה לָךְ, *utile erit tibi,"* *dulce erit tibi, condimentum erit tibi.* Hæc ibi. vide Kimchi, 2 Reg. XXIII. 11. R. Bechai, Levit. XVIII. scribit, parentes persuasos fuisse, reliquos liberos hoc sacrificio à morte ereptum iri, seque totâ vitâ futuros prosperrimos. R. D. Kimchi, Ps. XXVII. 13. scribit: "Gehinnom est locus vicinus urbi Jerusalem, contemptissimus, in quem projiciebant sordes ac cadavera, fuitque illic אֵשׁ תָּמִיד, *ignis continuus* ad comburendum cadavera, ossa ac reliquas sordes. Inde (ab horrendis istis cruciatibus et igne perpetuo) postmodum appellatum fuit judicium impiorum, sive locus in quo pœnas æternas impii sustinebunt, גֵּיהִנָּם, *gehinnam,* id est, γέεννα *gehenna."* Eo tendunt verba Christi, quando dixit εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, *in gehennam ignis,* Matth. V. 22. Nec dubium est, quin ista gehennæ significatio tunc communis, et vulgò nota fuerit, ut antiquissimi Judæorum libri, et inter eos Talmudici testantur, in quibus legitur: "Frenduit super eos princeps gehennæ dentibus suis," Sanhedrin cap. 7. fol. 52. et in Nedarim, cap. 4. fol. 39. "Septem res creatæ sunt ante creationem mundi, nempe lex Mosaica et pœnitentia, paradisus et gehenna, solium gloriæ et domus sanctuarii, et nomen Messiæ," et ita passim. Hæc cursim propter vocabulum gehennæ.

גִּיד m. *nervus,* Gen. XXXII. 32. plur. גִּידִים, Ezech. XXXVII. 6. constr. גִּידֵי, Job. XL. 17.

גִּיל m. *similitudo, similis* aut

æqualis natura, conditio vel *status:* אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם, *qui sunt secundum similitudinem vestram,* aut, *ejusdem cum vobis status et conditionis,* Dan. I. 10. Apud Talmudicos, בֶּן גִּילוֹ, id est, *filius eâdem horâ, et sub eodem planeta cum ipso natus,* Metzia, cap. II. fol. 27. et ita sæpè hac voce utuntur. Quidam ad גָּלַל, reducunt, quasi *revolutionem parem* significet.

גִּיר m. *calx:* כְּאַבְנֵי־גִר, *sicut lapides calcis,* Ies. XXVII. 9. cum defectu י. Chald. עַל־גִּירָא, *in calce* vel *super calcem,* id est, *in tectorio ex calce,* Dan. V. 5.

גַּלָּב masc. *tonsor:* plur. תַּעַר הַגַּלָּבִים, *novaculam tonsorum,* Ezech. V. 1.

גֶּלֶד masc. *cutis, pellis:* aff. עֲלֵי גִלְדִּי, *super cutem meam,* Job. XVI. 15.

גָּלָה *migravit, deportatus, abductus fuit in captivitatem* vel *exilium:* item *revelavit, retexit,* et intransitivè, *revelare, retegere se:* præt. גָּלָה חָצִיר, *retexit se gramen,* id est, *prodiit,* Prov. XXVII. 25. fut. יִגֶל, *demigrat,* Job. XX. 28. pro יִגְלֶה. Chald. particip. præs. גָּלֵא, *revelans,* Dan. II. 22. et גָּלֵה, ver. 28. particip. Pehil גְּלִי, *revelatum est,* Dan. II. 19. vel גֱּלִי, ver. 30. per Scheva compositum, cui simile in קְרָא. inf. לְמִגְלֵא, *revelare,* ver. 47. Niph. præter. נִגְלָה, *revelavit se,* 1 Sam. III. 21. וְנִגְלָה מִנִּי, *et transportatur a me,* Ies. XXXVIII. 12. fut. cum apocopa, תִּגָּל, *retegetur,* Ies. XLVII. 3. Pih. גִּלָּה, *revelavit, retexit, deportavit,* Thren. IV. 22. at illud, וַתְּגַלִּי, *et retegis te,* Ies. LVII. 8. intransitivè exponit Aben Esra: Pyh. præt. גֻּלְּתָה, *deportabitur,* juxta quosdam, Nah. II. 8. particip. תּוֹכַחַת מְגֻלָּה, *increpatio manifesta,* Prov. XXVII. 5. Hiph. הִגְלָה, *migrare* vel *deportari fecit, deportavit, captivum adduxit:* præter. הֶגְלָה vel הִגְלָה, *deportaverat,* Jer. XXIX. 1. Chald. præt. הַגְלִי, *abduxit, deportavit,* Esr. IV. 10. Hoph. præt. הָגְלָה, *deportatus fuerat,* Esth. II. 6. et fœmininum, הָגְלַת, *deportabitur,* Jer. XIII. 19. pro הָגְלְתָה, cui simile vide in רָצָה in Hiphil. Hithp. infin. בְּהִתְגַּלּוֹת, *in retegendo se, ut retegat se,* Prov. XVIII. 2. futurum, וַיִּתְגַּל, *et retexit se,* Gen. IX. 21. per apocopam.

גּוֹלָה, f. *migratio, deportatio, exilium,* et metonymicè, *deportata multitudo, deportati exules:* כְּלֵי גוֹלָה, *instrumenta deportationis,* Jer. XLVI. 19.

גָּלוּת, f. idem, גָּלוּת שְׁלֵמָה, *deportatio perfecta,* Amos I. 9. affix. וְגָלוּתִי, *et deportationem meam,* id est, *deportatos meos,* Ies. XLV. 13. Chald. גָּלוּתָא, idem, Dan. II. 25.

גִּלָּיוֹן, vide in גָּלַל.

גִּלְיוֹנִים, m. p. *specula:* quod objecta *revelent,* Ies. III. 23.

גָּלַח Pih. *rasit, abrasit:* וְגִלַּח רֹאשׁוֹ, *et radet caput suum,* Num. VI. 9. Pyh. præt. גֻּלַּח, *abrasus fuit,* Jud. XVI. 22. אִם גֻּלַּחְתִּי, *si raderer,* ver. 17. particip. plur. constr. מְגֻלְּחֵי זָקָן, *rasi barbâ,* Jerem. XLI. 5. Hithp. præt. וְהִתְגַּלָּח, *et radet se,* Levit. XIII. 33. infin. הִתְגַּלְּחוֹ, *radere eum,* Num. VI. 19.

גָּלַל *volvit, devolvit, convolvit, vo-*

lutavit. præt. גַּלּוֹתִי, *devolvi*, Jos. V. 9. Niph. præter. וְנָגֹלּוּ, *et convolventur*, Ies. XXXIV. 4. futur. וְיִגַּל, *et devolvetur*, id est, *decurret*, *fluet*, Amos V. 24. Pih. præt. ex geminata prima radicali, וְגִלְגַּלְתִּיךָ, *et devolvam te*, Jer. LI. 25. Pyh. particip. fœmin. מְגוֹלָלָה, *volutatum*, Ies. IX. 4. Hiph. futur. וַיָּגֶל, *ut devolveret*, Genes. XXIX. 10. Hithp. præterit. הִתְגַּלְגָּלוּ, *devolvunt sese*, Job. XXX. 14. particip. מִתְגּוֹלֵל, *volutabat sese*, 2 Sam. XX. 12. infinit. לְהִתְגֹּלֵל, *ut volutetur*, Gen. XLIII. 18.

גֹּל, masc. *devolutus*, Psal. XXII. 9. quidam loco participii præsentis גֹּלֵל positum existimant, *devolvens est*, *devolvit*, sc. vel *se* vel *res* aut *vias suas*, juxta id: *devolve super Dominum viam tuam*, Psal. XXXVII. 5.

גַּל, m. *cumulus*, *acervus*, quasi convolutionem dicas, Gen. XXXI. 46. item *scaturigo*, a revolutione aquæ, Cant. IV. 12. עַל־גַּל, *juxta scaturiginem*, Job. VIII. 17. plur. גַּלִּים, *acervi*, Hos. XII. 12. 2 Reg. XIX. 25. item *fluctus*, ab aquarum convolutione, Zach. X. 11. const. כְּגַלֵּי הַיָּם, *sicut fluctus maris*, Ies. XLVIII. 18. affix. גַּלֶּיךָ, *fluctuum tuorum*, Job. XXXVIII. 11.

גֻּלָּה, f. *lecythus*, *lenticula*: מִימִין הַגֻּלָּה, *a dextris lecythi*, Zach. IV. 3. constr. גֻּלַּת הַזָּהָב, *lecythus auri*, Eccles. XII. 6. affix. וְגֻלָּהּ, *et lecythus ejus*, Zach. IV. 2. pro גֻּלָּתָהּ, vide simile in עָדָם inter nomina: plurale גֻּלּוֹת, *scaturigines*, Jos. XV. 19. גֻּלּוֹת, *orbes*, 1 Reg. VII. 41.

גִּלָּיוֹן, m. *volumen*, *liber*, quia antiquitus in longum descriptus, *convolvebatur*, ut hodie liber Legis in synagogis Judæorum: vel, si deducatur a גָּלָה, quia ignota *revelat*: גִּלָּיוֹן גָּדוֹל, *volumen magnum*, Ies. VIII. 1.

גָּלָל, m. *stercus*, a convolutione, 1 Reg. XIV. 10. affix. כְּגֶלֲלוֹ, *sicut stercus ipsius*, Job. XX. 7. plural. כַּגְּלָלִים, *veluti stercora*, Soph. I. 17. constr. תַּחַת גֶּלְלֵי הָאָדָם, *pro stercoribus humanis*, Ezech. IV. 15.

גְּלָל, m. Chald. *devolutio*: אֶבֶן גְּלָל, *lapide devolutionis*, Esr. V. 8. id est, *maximo*, quem devolvi necesse est præ gravitate. Ab. Esra, R. Sol. et Elias Levita *marmor* interpretantur.

גָּלִיל, m. *limes*, *confinium*, diversorum terminorum *convolutio et concursus*: בְּאֶרֶץ הַגָּלִיל, *in terra confinii hujus*, 1 Reg. IX. 11. et nomen proprium *Galilæa*, Jos. X. 7. forma constr. גְּלִיל הַגּוֹיִם, *Galilæa gentium*, juxta quosdam, Ies. IX. 1. plural. גְּלִילִים, *volubiles*, *versatiles*, *orbes*, 1 Reg. VI. 34. constr. גְּלִילֵי זָהָב, *orbes aurei*, Cantic. V. 14. עַל גְּלִילֵי כֶסֶף, *ad orbes argenteos*, Esth. I. 6.

גְּלִילָה, f. *Galilæa*, juxta quosdam: Hebræi *tractum*, *terminum*, *limitem* exponunt, Ezech. XLVII. 8. plural. גְּלִילוֹת, *termini*, Joël. IV. 4. Sed Jos. XVIII. 17. quibusdam nomen proprium loci est, *Geliloth*, qui aliâs *Gilgal* dicitur, Jos. XV. 7.

גִּלּוּלִים, m. p. *idola*, *dii stercorei*, per contemptum, Ezech. XXII. 3. constr. גִּלּוּלֵי, Ezech. VIII. 10. aff. אֶת־גִּלּוּלָיו, *deos stercoreos suos*, Ezech. XIV. 4.

גִּלְגָּל, m. *Gilgal*, nomen proprium loci: item *rota*, unde constructum; גַּלְגַּל עֶגְלָתוֹ, *rota plaustri sui*, Ies. XXVIII. 28.

גַּלְגַּל, masc. *orbis, rota, sphæra:* כַּגַּלְגַּל, *tanquam rotam*, vel *rotationem*, id est, *pulverem rotatum et circumactum a turbine*, Psal. LXXXIII. 14. et sic Ies. XVII. 13. בַּגַּלְגַּל, *in orbe*, Psal. LXXVII. 19. nempe *cælesti*, qui circumvolvitur, Ab. Esra: רֶכֶב וְגַלְגַּל, *curribus et rotis*, Ezech. XXIII. 24. Quidam *essedum*, alii *carrucas* interpretantur. plural. cum affixo, וְגַלְגִּלָּיו, *et rotæ ejus*, Ies. V. 28. Chald. גַּלְגִּלּוֹהִי, *rotæ ejus*, Dan. VII. 9.

גֻּלְגֹּלֶת, f. *Calvaria, cranium, caput*, 2 Reg. IX. 35. לַגֻּלְגֹּלֶת, *in caput unumquodque*, Exod. XVI. 16. aff. אֶת־גֻּלְגָּלְתּוֹ, *cranium ejus*, Jud. IX. 53. plur. cum affix. לְגֻלְגְּלוֹתָם, *per capita sua*, Num. I. 2.

מְגִלָּה, f. *volumen, liber convolutus*, Jer. XXXVI. 28. const. מְגִלַּת־סֵפֶר, *volumen libri*, ver. 2. Chald. מְגִלָּה חֲדָה, *volumen unum*, id est, *quoddam*, Esr. VI. 2.

בִּגְלַל, *propter, occasione, causâ:* separatum scribitur בְּגָלָל cum Pathach, quasi formâ constructâ, Gen. XXXIX. 5. affix. בִּגְלָלֵךְ, *tuâ causâ, propter te*, Genes. XXX. 27. Genes. XII. 13. בִּגְלַלְכֶם, *propter vos*, Deut. I. 37.

גָּלַם *convolvit, involvit:* futur. וַיִּגְלֹם, *et convolvit*, 2 Reg. II. 8.

גֹּלֶם, m. *glomus, massa*, rudis et intricata adhuc, neque in veram formam evoluta: affix. גָּלְמִי, *massam rudem meam*, Psal. CXXXIX. 16.

גְּלוֹם, m. *pallium:* plural. constr. בִּגְלוֹמֵי תְכֵלֶת, *palliis*, vel *togis hyacinthinis*, Ezech. XXVII. 24.

גַּלְמוּד, m. *solitarius, rejectus et desertus, desolatus*, Aben Esra, Job. III. 7. et XXX. 3. fœmin. גַּלְמוּדָה, *solitaria*, Ies. XLIX. 21. Apud Talmudicos legitur: in civitatibus maritimis vocant *menstruatam* גלמודה, *galmuda*. Quid גלמודה? *separata a viro suo:* Sota cap. 7. in fine.

גָּלַע Hithp. הִתְגַּלַּע, *immiscere se:* infinit. וְלִפְנֵי הִתְגַּלַּע, *ante miscere se, antequam immisceat se*, Prov. XVII. 14. futur. יִתְגַּלָּע, *immiscet se*, Prov. XVIII. 1. Sic XX. 3. neque sæpiùs legitur.

גָּלַשׁ *detondit, deglabravit:* præt. שֶׁגָּלְשׁוּ, *quæ detondent*, Cant. IV. 1. et VI. 5. Hinc in Targum, גְּלוֹשׁ, *recalvaster*, גְּלוֹשְׁתָּא, *recalvatio*, Lev. XIII. 41, 42. Ab. Esra, *conspicui sunt et videntur*.

גַּם *etiam, quoque:* repetitum in continuatione sententiæ, est *tum, tam, quam*, וְגַם, *quinetiam*, Genes. XLIV. 9. הֲגַם, *num etiam, etiamne?* Genes. XVI. 13. וְאַף־גַּם, *ac insuper etiam*, Levit. XXVI. 44. pleonasmus nec inelegans, nec in his particulis infrequens: בְּשַׁגַּם, *eo quòd etiam*, Genes. VI. 3. compositum ex præpositione בְּ, et pronomine שׁ, quod cum Pathach loco Sægol notatur, et גַּם.

גָּמָא Pih. *absorpsit, exsorpsit, exhausit:* futurum יְגַמֶּא־אָרֶץ, *absorbet terram*, nempe *celerrimo cursu*, ut R. Levi explicat, Job. XXXIX. 24. Chaldæus, *facit foveam in terra:* sic alii, *fodit*. Hiph. imper. הַגְמִיאִנִי, *sorbere sine me, sorbendum da mihi*, Gen. XXIV. 17. in Targum גָּמְעָן דְּמָא, *absorbent sanguinem*, Job. XXXIX. 30. גְּמִיעָה, *absorbitio*, apud Rabbinos.

מְגַמָּה, f. *haustus:* constr. מְגַמַּת פְּנֵיהֶם, *haustus faciei ipsorum,* Hab. I. 9. R. Sol. exponit per שְׁאִיפַת, *absorbitio.* *Haustus faciei ipsorum,* hoc est, *celerrimo suo cursu,* quo videntur terram ante se constitutam quasi *absorbere, tendunt orientem versus:* vel, *cursus ipsorum est celerrimus,* ut *orientalis ventus.*

גֹּמֶא, m. *juncus, scirpus,* sic dictus, quòd aquam sorbeat, Job. VIII. 11.

גמד גֹּמֶד, m. *cubitus, mensura cubiti,* Jud. III. 16. idem quod אַמָּה de quo in אמם.

גַּמָּדִים, m. p. *Gammadæi,* Ezech. XXVII. 11. populi Phæniciæ, (quarum urbem Plinius corruptè Gamalen, pro Gamaden appellat lib. 2. cap. 91.) quasi *cubitales* vel *brachiales* dicti, quòd *brachio potentes et robusti essent,* ut quibusdam placet, non quòd *cubitalis staturæ fuerint,* quod loco isti non convenit.

גָּמַל *retribuit, rependit, retulit bonum* vel *malum,* et ita construitur cum accusativo, affixo vel separato, vel cum dativo, vel cum præpositione עַל: item *ablactavit, educavit, maturavit.* Præter. כִּי גָמַל עָלָי, *quia rependit mihi,* Psalm. XIII. 6. גְּמַלְתַּנִי הַטּוֹבָה, *rependisti mihi bonum,* וַאֲנִי גְמַלְתִּיךָ הָרָעָה, *et ego affeci te malo,* 1 Sam. XXIV. 18. part. וּבֹסֶר גֹּמֵל, *et omphax maturescens,* Ies. XVIII. 5. part. præter. גָּמוּל, *ablactatus,* Ies. XI. 8. infin. עַד־גְּמֹלֶךָ אוֹתוֹ, *donec ablactasset eum,* 1 Sam. I. 23. futur. וַיִּגְמֹל שְׁקֵדִים, *et maturabat, educabat amygdala,* Num. XVII. 23. וַתִּגְמְלֵהוּ, *et educavit eum,* 1 Reg. XI. 20. Niph. inf. הִגָּמֵל, *ablactari:* et futur. וַיִּגָּמַל, *et ablactetur,* Gen. XXI. 8. vide et 1 Sam. I. 22.

גְּמוּל, m. *retributio, bona* vel *mala,* unde vel *beneficium* vel *maleficium,* et omninò *meritum* denotat. אֶת־גְּמוּלֵךְ, *retributionem tuam, meritum tuum,* Ps. CXXXVII. 8. aff. גְּמֻלְךָ, *retributio tua,* Obad. ver. 15. plur. cum affix. כָּל־גְּמוּלָיו, *omnium beneficiorum tuorum,* Psalm. CIII. 2. fœm. גְּמוּלָה, 2 Sam. XIX. 37. plur. אֵל גְּמֻלוֹת, *Deus retributionum,* Jer. LI. 56.

גָּמָל, m. *camelus,* Ies. XXI. 7. plur. absolutum et construct. גְּמַלִּים מִגְּמַלֵּי אֲדֹנָיו, *camelos ex camelis domini sui,* Gen. XXIV. 10. semel additur fœmininum ad distinguendum sexum, גְּמַלִּים מֵינִיקוֹת, *cameli lactantes,* Gen. XXXII. 15. aff. לִגְמַלֶּיךָ, *camelis tuis,* ver. 19.

תַּגְמוּל, m. *retributio, beneficium, meritum,* unde cum affixo formæ Chaldaicæ, תַּגְמוּלוֹהִי, *beneficia ejus,* Psalm. CXVI. 12.

גמץ גּוּמָּץ, m. *fossa:* חֹפֵר גּוּמָּץ, *fodiens fossam,* Eccles. X. 8. Chaldaic. est, unde גֻּמָּצָא עֲמִקְתָּא, *fovea profunda,* Prov. XXII. 14. verbum, גַּמְּצִיהּ, *effodit eam,* Psalm. VII. 16. in Targum.

גָּמַר *perfecit: defecit, desiit,* præter. גָּמַר חָסִיד, *desiit beneficus,* Psal. XII. 2. et sic LXXVII. 9. particip. גֹּמֵר עָלָי, *perficientem erga me,* Psal. LVII. 3. futur. יִגְמָר־נָא, *deficiat quæso,* Psal. VII. 10. יִגְמֹר בַּעֲדִי, *perficiat pro me,* Psalmus CXXXVIII. 8.

גְּמִיר, m. Chald. *perfectus, consummatus,* juxta quosdam; vel substantivè, *perfectio, integritas,* Esr. VII. 12.

גָּנַב *furatus est, abduxit, subtraxit, surripuit furtim:* præt. גָּנַבְתָּ אֶת־אֱלֹהָי, *furatus es Deos meos,* Genes. XXXI. 30. particip. præter. גָּנוּב, *furtivum,* Gen. XXX. 33. plur. מַיִם גְּנֻבִים, *aquæ furtivæ,* Prov. IX. 17. fœmininum cum י paragogico juxta R. Sol. גְּנֻבְתִי, *furto sublatum,* Gen. XXXI. 39. vide simile infra in מָלֵא. Niph. futur. יִגָּנֵב, *furto ablatum erit,* Exod. XXII. 11. Pih. particip. plural. constr. מְגַנְּבֵי, *suffuratores, qui suffurantur,* Jer. XXIII. 30. futur. וַיְגַנֵּב אֶת־לֵב, *et suffurabatur cor,* 2 Sam. XV. 6. Pyh. infin. cum præter. גֻּנֹּב גֻּנַּבְתִּי, *furando furto ablatus sum,* Gen. XL. 15. futur. וְאֵלַי דָּבָר יְגֻנָּב, *et apud me verbum erat furtivum,* Job. IV. 12. *absconditum, clandestinum.* Hithp. fut. וַיִּתְגַּנֵּב, *et furtim subtraxit se,* 2 Sam. XIX. 4.

גַּנָּב, m. *fur:* כְּבֹשֶׁת גַּנָּב, *secundum pudorem furis,* Jer. II. 26. plur. חַבְרֵי גַנָּבִים, *socii furum,* Ies. I. 23.

גְּנֵבָה, f. *furtum,* Exod. XXII. 3. aff. בִּגְנֵבָתוֹ, *cum furto suo,* ver. 2.

גֶּנֶז m. *thesaurus: gazæ:* plural. constr. אֶל־גִּנְזֵי הַמֶּלֶךְ, *in thesauros regis,* Esth. III. 9. Chald. בְּבֵית גִּנְזַיָּא, *in domo gazarum* vel *thesaurorum,* Esth. V. 17.

גַּנְזַךְ, m. *gazophylacium:* plur. cum affixo, וְגַנְזַכָּיו, *et gazophylaciorum ejus,* 1 Paral. XXVIII. 11. R. Sol. scribit esse *locum, in quo thesauri sacri asservantur.*

גָּנַן *protexit, obtexit,* construitur cum עַל. præter. וְגַנּוֹתִי עַל־הָעִיר, *et protegam supra urbem hanc,* 2 Reg. XX. 6. infin. גָּנוֹן, *protegendo,* Ies. XXXI. 5. Hiph. futur. יָגֵן עֲלֵיהֶם, *proteget eos,* Zach. IX. 15.

גַּן, m. *hortus,* quòd septo protegi soleat, Gen. II. 8. aff. לְגַנִּי, *in hortum meum,* Cant. V. 1. plur. מַעְיַן גַּנִּים, *fons hortorum,* Cant. IV. 15.

גַּנָּה גִּנָּה, f. idem, Ies. I. 30. const. גִּנַּת, Cant. VI. 11. plur. גַּנּוֹת, *horti,* Eccles. II. 5. affix. גַּנּוֹתֵיכֶם, *hortos vestros,* Amos IV. 9.

מָגֵן, m. *clypeus, scutum,* à protegendo, Gen. XV. 1. semel reperitur fœmininum עַל הַמָּגֵן הָאֶחָת, *super scutum unum,* 1 Reg. X. 17. aff. מָגִנִּי, *scutum meum,* Psalm. VII. 11. plur. מָגִנִּים, *scuta,* 1 Reg. X. 17. constr. מָגִנֵּי הַזָּהָב, *scuta aurea,* 1 Reg. XIV. 26. מָגִנֵּי נְחֹשֶׁת, *scuta ærea,* ver. 27. aff. מָגִנֶּיהָ, *clypei ejus,* id est, *protectores,* Hos. IV. 18. fœmin. מְגִנּוֹת, *scuta,* 2 Par. XXIII. 9.

מְגִנָּה, *obtegumentum:* construct. מְגִנַּת־לֵב, *obtegumentum cordis,* id est, אוֹטֶם הַלֵּב, *obthuratio cordis,* juxta R. Sol. Thren. III. 65. confer 2 Cor. III. 14, 15. ubi dicitur κάλυμμα *velamen.* Vide etiam in מִגֵּן: plur. vide antec.

גָּעָה *mugiit, boavit:* infin. וְגָעוֹ, *et mugiendo,* 1 Sam. VI. 12. futur. אִם יִגְעֶה, *an boat,* Job. VI. 5.

גָּעַל *fastidivit:* præt. גְּעַלְתִּים, *fastidivi eos,* Levit. XXVI. 44. particip. גֹּעֶלֶת אִישָׁהּ, *fastidiens virum suum,* Ezech. XVI. 45. Niph. præt. נִגְעַל, *fastidio fuit,* 2 Sam. I. 21. Hiph. futur. וְלֹא יַגְעִל, *et non fastidit,* id est, *cum fastigio coit et incassum semen ejicit,* Job. XXI. 10.

גֹּעַל, m. *fastidium,* Ezech. XVI. 5.

גָּעַר *increpavit, objurgavit, compescuit:* et sic construitur cum præpositione בְּ: absque ea, *perdidit, disperdidit, corrupit:* præt. וְגָעַר בּוֹ, *et increpabit eam,* Ies. XVII. 13. גָּעַרְתָּ זֵדִים, *perdidisti superbos,* Psalm. CXIX. 21. et sic Psalm. IX. 6. ubi Aben Esra notat absque בְּ constructum significare *excisionem* et *perditionem.*

גְּעָרָה, f. *increpatio,* Prov. XIII. 1. constr. גַּעֲרַת, Ies. XXX. 17. affix. מִגַּעֲרָתוֹ, *ab increpatione ejus,* Job. XXVI. 11.

מִגְעֶרֶת, f. *increpatio, perditio, exilium,* Deut. XXVIII. 20.

גָּעַשׁ *concuti, commoveri:* futur. וַתִּגְעַשׁ, *et concussa fuit,* Ps. XVIII. 8. Pyh. fut. יְגֹעֲשׁוּ, *concutiuntur,* Job. XXXIV. 20. Hithp. וְהִתְגֹּעֲשׁוּ, *et commoventur,* Jerem. XXV. 16. cum Cholem in medio propter ejectum Dagesch, ut in Pyhal. Sic futurum, יִתְגֹּעֲשׁוּ, *commoveantur,* Jer. XLVI. 8. et cum Pathach, יִתְגַּעֲשׁוּ, Jerem. XLVI. 7.

גֶּפֶן f. *vitis,* Genes. XL. 9. semel masculinum est, גֶּפֶן בּוֹקֵק, *vitis vacuans,* Hos. X. 1. aff. גַּפְנוֹ, *vitem suam,* id est, *fructum vitis suæ,* 2 Reg. XVIII. 31. et sic Jer. V. 17. plural. וְהַגְּפָנִים, *et vites,* Cant. II. 13.

גַּף גַּף, m. *ala:* pl. const. עַל גַּפֵּי, *super alis,* id est, *pinnis excelsis,* Prov. IX. 3. quidam, *super eminentiis:* quasi pro גַּבֵּי, de quo in גבב. Chald. idem: plur. גַּפִּין, *alæ,* Dan. VII. 4. affix. גַּפַּיהּ, *alæ ejus,* ibid. אֲגַפִּים, vide in אגף, item בְּגַפּוֹ, vide suprà in גוף.

גֹּפֶר masc. *gopher, cedri species.* Genes. VI. 14. Plinius lib. 13. cap. 5. meminit cujusdam, quæ cariem non sentit, cuique materiæ est æternitas.

גָּפְרִית, f. *sulphur,* Gen. XIX. 24.

גָּרָב masc. *psora, scabies maligna, intus et foris sicca,* juxta R. Sol. Levit. XXI. 20. Deut. XXVIII. 27.

גרד Hithp. הִתְגָּרֵד, *scabere, scalpere se,* infinit. לְהִתְגָּרֵד, *ad scabendum se,* Job. II. 8.

גֵּרָה Pih. *miscere,* et de contentione ac bello tantùm dicitur, quomodo Virgilius dixit, miscere prælia, et Cicero, miscere et concitare certamina: futur. יְגָרֶה מָדוֹן, *miscet contentionem,* Prov. XXIX. 22. Hith. præter. הִתְגָּרִית, *miscuisti* scil. *bellum,* Jerem. L. 24. imp. וְהִתְגָּר בּוֹ מִלְחָמָה, *et misce cum eo bellum,* Deut. II. 24. per apocopam.

תִּגְרָה, f. *conflictus:* construct. מִתִּגְרַת יָדְךָ, *à conflictu manus tuæ,* Psal. XXXIX. 11.

גָּרוֹן, גֵּרָה, et alia quæ hinc esse possint, vide in גָּרַר.

גרז Niph. נִגְרַז, *succidi, exscidi:* præter. נִגְרַזְתִּי, *excisus sum,* Psalm. XXXI. 23.

גַּרְזֶן, m. *securis,* ab exscindendo, Deut. XX. 19.

גרל גּוֹרָל, m. *sors,* Levit. XVI. 8. constr. גּוֹרַל צַדִּיקִים, *sors justorum,* Psalm. CXXV. 3. aff. גּוֹרָלְךָ, *sortem tuam,* Prov. I. 14. plural. גּוֹרָלוֹת, *sortes,* Levit. XVI. 8.

גֶּרֶם m. *os ossis: ossa, artus,* Prov. XVII. 22. item *fastigium:* אֶל־גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת, *in fastigio graduum,* 2 Reg. IX. 13. et sic Kimchi

in Com. exponit. *In gradu supremo:* חֲמֹר גָּרֶם, *asinus ossium,* id est, *ossibus valens, fortissimus,* Genes. XLIX. 14. plur. גְּרָמִים aff. גְּרָמָיו, *ossa ejus,* Job. XL. 18. Chaldaic. גַּרְמֵיהוֹן, *ossa eorum,* Dan. VI. 25.

גָּרַם, *comminuere, conterere ossa,* quasi *exossare* dicas, sicut à nomine שֹׁרֶשׁ, *radix,* venit verbum pro *eradicare,* scribit Kimchi Ezech. XXIII. 34. præt. לֹא גָרְמוּ, *non exossant,* Soph. III. 3. id est, *non abjiciunt ossa, sed carnem cum ossibus devorant,* ut mane ne ossa quidem rodenda reliqua habeant. Pih. futurum, וְעַצְמֹתֵיהֶם יְגָרֵם, *et ossa eorum exossabit,* id est, *conteret,* Numer. XXIV. 8. חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי, *testas ejus comminues,* Ezech. XXIII. 34.

גֹּרֶן f. *area,* Num. XVIII. 27. גֹּרְנָה, *in aream,* Mich. IV. 12. affix. מִגָּרְנְךָ, *de area tua,* Deut. XVI. 13. plur. גְּרָנוֹת, *areæ,* Joël. II. 24.

גָּרַס *frangi, comminui:* præter. גָּרְסָה נַפְשִׁי, *comminuitur anima mea,* Psalm. CXIX. 20. Hiphil, הִגְרִיס, *comminuit:* futur. וַיַּגְרֵס, *et comminuit,* Thren. III. 16.

גֶּרֶשׂ, m. *comminutum, contusum, res contusa,* Lev. II. 14. aff. מִגִּרְשָׂהּ, *de contuso ejus,* ver. 16.

גָּרַע *diminuit, detraxit, subtraxit, ademit: succidit diminuendo.* Construitur cum accusativo et cum præpositione מִן. partic. præter. זָקָן גְּרֻעָה, *barba diminuta, succisa,* Jer. XLVIII. 37. infinit. לִגְרוֹעַ, *ad diminuendum,* Eccles. III. 14. futur. אֶגְרַע, *succidam,* Ezech. V. 11. Targum אֶקְטוֹף, quod idem: וְתִגְרַע, *et diminuis, minimum existimas,* Job. XV. 4. וְתִגְרַע אֵלֶיךָ, *et subtrahis ad te,* id est, *aliis adimis et tibi confers,* ver. 8. יִגְרַע מִצַּדִּיק, *subtrahit e justo,* Job. XXXVI. 7. Niph. præter. וְנִגְרַע, *et diminuetur,* Lev. XXVII. 18. Pih. futur. יְגָרַע, *subtrahet,* Job. XXXVI. 27.

מִגְרָעוֹת, f. p. *contracturæ, imminutiones,* 1 Reg. VI. 6.

גָּרַף *convolvit, devolvit, everrit:* præt. גְּרָפָם, *devolvit* vel *everrit ea,* Jud. V. 21.

אֶגְרוֹף, m. *pugnus,* quasi *manus convoluta:* בְּאֶגְרֹף, *cum pugno* (Targum בְּכוּרְמֵיזָא, *fuste*) Exod. XXI. 18. בְּאֶגְרֹף רֶשַׁע, *pugno injustitiæ,* Ies. LVIII. 4.

מֶגְרָפָה, f. *gleba, massa terræ convoluta:* pl. cum aff. תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם, *sub glebis suis,* Joël. I. 17.

גָּרַר *concîdit, secuit, dissecuit:* item *ruminavit,* quasi *denuò concîdit;* vel ab *attractione:* nam Chaldaicè est *trahere, attrahere.* fut. יְגוֹרֵם, *dissecabit eos,* Prov. XXI. 7. juxta Ab. Esram et Kimchi in libro Rad. Qui *terrere* vertunt, deducunt a גּוּר, sed id aliter construitur, ut suo loco videre est: יִגָּר, *ruminabit,* Lev. XI. 7. pro יָגוֹר ut אֶכּוֹת a כָּתַת et alia plura: Kametz pro Pathach propter pausam. Pyh. partic. plur. מְגֹרָרוֹת, *secti, dissecti,* 1 Reg. VII. 9. Hithp. partic. מִתְגּוֹרֵר, *dissecans, succidens,* Jerem. XXX. 23. juxta quosdam, ut Kimchi citat in libro Rad. sed aliam explicationem vide in גּוּר.

גֵּרָה, f. *rumen, cibus ruminis;* unde גֵּרָה לֹא יִגָּר, *ruminationem* vel *ruminationis cibum non ruminat,* Lev. XI. 7. מַעֲלַת גֵּרָה, *ascendere faciens* vel *revocans cibum ruminis,* ver.

3, 6. Item *obolus*, quasi *minimum monetæ segmentum*, Exod. XXX. 13. quorum viginti faciebant siclum.

גָּרוֹן, m. *guttur*, ab intersectionibus, vel ab attractione spiritus: נְטוּיוֹת גָּרוֹן, *extentæ gutture*, Ies. III. 16. aff. גְּרוֹנִי, *guttur meum*, Psal. LXIX. 4. est formæ חַלּוֹן.

אֲגוֹרָה, fœmin. *numulus*: constr. לַאֲגוֹרַת כֶּסֶף, *pro numulo argenteo*, 1 Sam. II. 36. ubi Kimchi notat א esse servile, et ejusdem originis cum גֵּרָה, de quo ante.

גַּרְגַּר, m. *granum*, *bacca*: plural. גַּרְגְּרִים, Ies. XVII. 6.

גַּרְגֶּרֶת ,גַּרְגְּרָה, fœm. *faux*, *fistula gutturis*, a segmentis et orbibus, ut R. Salomon scribit: plur. עַל־גַּרְגְּרֹתֶיךָ, *ad fauces tuas*, Prov. III. 3.

מְגֵרָה, fœm. *serra*, 1 Reg. VII. 9. 2 Sam. XII. 31. plur. וּבַמְּגֵרוֹת, *et serris*, 1 Paral. XX. 3. pro quo legitur, 2 Sam. XII. 31. וּבְמַגְזְרוֹת, *et securibus*.

גָּרַשׁ *expulit*, *ejecit*: part. præsens גֹּרֵשׁ מִפָּנֶיךָ, *expulsurus sum a facie tua*, Exod. XXXIV. 11. partic. præteritum, וּגְרוּשָׁה, *et expulsam*, id est, *repudiatam*, Lev. XXI. 14. Niph. præt. נִגְרַשְׁתִּי, *ejectus sum*, Jon. II. 5. particip. נִגְרָשׁ, *expulsum*, *propulsum*, Ies. LVII. 20. Pih. præterit. גֵּרַשְׁתָּ, *expulisti*, Gen. IV. 14. infin. גָּרֵשׁ יְגָרֵשׁ, *expellendo expellet*, Exod. XI. 1. Pyh. præterit. גֹּרְשׁוּ, *expulsi sunt*, Exod. XII. 39.

גֶּרֶשׁ, m. *ejectum*, *extrusum*, גֶּרֶשׁ יְרָחִים, *extrusio lunarum*, id est, *fructus quos quæque luna protrudit*; Deut. XXXIII. 14.

מִגְרָשׁ, m. *expulsio*, *suburbium*, *suburbanum prædium*, Ezech. XLV. 2. dictum quasi ex urbe expulsum, const. מִגְרַשׁ, Levit. XXV. 34. affix. לְמַעַן מִגְרָשָׁהּ, *propter expulsionem ejus*, Ezech. XXXVI. 5. plural. constr. מִגְרְשֵׁי הֶעָרִים, *suburbana prædia civitatum*, Num. XXXV. 4, 5. affix. וּמִגְרְשֵׁיהֶם, *et suburbana prædia illarum*, ver. 3. וּמִגְרָשֶׁהָ, *et suburbana prædia ejus*, Jos. XXI. 11. ubi deficit י ante ה juxta Masorethas, et sic toto isto capite, excepto ver. 13. ubi bis plenè scribitur.

מִגְרָשׁוֹת, f. p. *suburbia*, *suburbana loca*, Ezech. XXVII. 28. juxta paraphrasten Chaldæum, et Hebræos, quidam, *fluctus propulsi* vel *jactati*.

*גֶּרֶשׁ, vide supra in גֶּרֶם.

גשם גֶּשֶׁם, m. *imber*, *pluvia*: non tam generale esse volunt, quàm מָטָר quod *quamcunque pluviam* significat, hoc verò *pluviam fortem*, sive *imbrem* juxta Kimchium in lib. Rad. וְגֶשֶׁם אַיִן, *et pluvia non est*, Prov. XXV. 14. plur. עֵת גְּשָׁמִים, *tempus pluviarum*, Esr. X. 13. constr. גִּשְׁמֵי בְרָכָה, *pluviæ benedictionis*, Ezech. XXXIV. 26. affix. גִּשְׁמֵיכֶם, *pluvias vestras*, Lev. XXVI. 4.

גֹּשֶׁם, m. idem: לֹא גֻשְׁמָהּ, *non (descendet) pluvia ejus*, Ez. XXII. 24. quidam volunt esse verbum Pyh. pro, *non profunderis pluvia*, et ita Dagesch characteristicum deficit, et Mappik redundat, vel est לְתִפְאֶרֶת הַקְּרִיאָה, *ad venustiorem pronunciationem*, ut Kimchi scribit in commentariis.

הִגְשִׁים, Hiph. *pluere fecit*, *pluviam demisit* vel *suscitavit*. particip. præs. plur. מַגְשִׁמִים, *pluere facientes*, Jer. XIV. 22.

גְּשֵׁם m. Chald. *corpus*: affix.

בְּגֶשְׁמְהוֹן, *in corpus eorum,* Dan. III. 27. גִּשְׁמֵהּ, *corpus ejus,* Dan. IV. 30. גִּשְׁמַהּ, *corpus ejus,* Dan. VII. 11.

גִּשֵּׁשׁ Pih. *palpavit:* futurum נְגַשְׁשָׁה כַּעִוְרִים, *palpavimus tanquam cæci,* Ies. LIX. 10.

גתת גַּת, f. *torcular,* Joël. III. 13. plur. גִּתּוֹת, *torcularia,* Nehem. XIII. 15.

ד

דָּא Chald. *hæc, ista, hoc, illud,* Dan. IV. 27. דָּא לְדָא, *hoc ad illud invicem,* Dan. V. 6. דָּא מִן דָּא, *hæc ab illa,* Dan. VII. 3. ex Hebræo זֶה, ז in ד mutato.

דָּאַב *doluit, mœstus fuit:* præt. fœm. דָּאֲבָה, *mœret, mœsta est,* Jer. XXXI. 25. infin. לְדַאֲבָה, *ad mœrendum, mœrere,* Jer. XXXI. 13. cum ה paragogico. Hiph. הֶאֱדִיב, *dolere fecit, cruciavit.* part. וּמְדִיבוֹת נָפֶשׁ, *et cruciantes animum,* Levit. XXVI. 16. pro מַדְאִיבוֹת. infin. לַאֲדִיב per metathesin literarum, juxta Hebræos, vide supra suo loco.

דְּאָבָה, f. *mœror,* Job. XLI. 14.

דַּאֲבוֹן, m. idem, Deut. XXVIII. 65.

דָּאַג *solicitus, anxius fuit, anxiè timuit;* præt. וְדָאַג לָנוּ, *et solicitus sit nobis,* id est, *nostrâ causâ* vel *de nobis,* 1 Sam. IX. 5. et sic X. 2. וְאֶת־מִי דָּאַגְתְּ, *et quem solicita timuisti,* Ies. LVII. 11. futur. אֶדְאַג מֵחַטָּאתִי, *solicitus sum de peccato meo,* Psal. XXXVIII. 19.

דְּאָגָה, f. *solicitudo, anxietas,* Prov. XII. 25.

דָּאג vide in דָּגָה.

דָּאָה *volavit, volitavit, pernicem volatum* propriè notat, *qualis est aquilæ:* futur. יִדְאֶה הַנֶּשֶׁר, *volat aquila,* Deut. XXVIII. 49. וַיֵּדֶא, *volitatque,* Psal. XVIII. 11. per apocopam.

דָּאָה, f. *milvus,* idem quod דַּיָּה scribit Ab. Esra, Lev. XI. 14.

דִּב *fluxus, stercus, excrementum,* originis Chaldaicæ, à דּוּב, idem quod Heb. זוּב, *fluere.*

דִּבְיוֹנִים, m. p. *stercus columbinum,* 2 Reg. VI. 25. compositum ex דִּב et יוֹנִים, *columbæ.* דִּב, *fluxus,* id est, זבל הזב מן היונים, *stercus aut fimus fluens ex columbis,* juxta R. Sal. vel צואת יונים, *excrementum columbarum,* juxta Kimchium. Chaldæus, קַבָּא דְזֶבֶל מַפַּקַת יוֹנַיָּא, *cabus fimi excrementi columbarum.* Est autem vox legenda pro חֲרִיוֹנִים: vide חָרַר.

דֹּבֶא m. *sermo,* juxta quosdam: וּכְיָמֶיךָ דָּבְאֶךָ, *et sicut dies tui, sic sermo tuus,* Deut. XXXIII. 25. id est, *quamdiu vives, tamdiu sermo de te erit, et sermone hominum celebraberis.* Vel, *robur, fortitudo* (quod Chaldæus secutus) pro, *juxta annos vitæ tuæ, semper idem erit robur tuum, ut juventutis, ita senectutis robur firmum erit.* Hæc communior interpretatio, teste Kimchio.

דָּבַב *loqui:* part. דּוֹבֵב שִׂפְתֵי

יְשֵׁנִים, *loquitur labiis dormientium,* Cant. VII. 10. hoc est, בְּשִׂפְתֵי, *per labia facit ut etiam dormientes loquantur.* Sic convenit cum part. præcedente הוֹלֵךְ· Si דּוֹבֵב accipiatur ex Pihel sive Pohel, tunc præter. erit pro part. מְדוֹבֵב·

דִּבָּה, f. *infamia, fama mala:* constr. דִּבַּת הָאָרֶץ, *infamiam terræ,* Num. XIII. 32. aff. וְדִבָּתְךָ, *et infamia tua,* Prov. XXV. 10.

דּוֹב, com. *ursus, ursa:* דֹּב אֹרֵב, *ursus insidians,* Thren. III. 10. plur. כַּדֻּבִּים, *sicut ursi,* Ies. LIX. 11. fœm. שְׁתַּיִם דֻּבִּים, *duæ ursæ,* 2 Reg. II. 24. Chald. לְדֹב, *urso,* Dan. VII. 5.

דבח Chald. *sacrificare.* particip. דָּבְחִין, *sacrificantes,* Esr. VI. 3. ex Hebræo זָבַח commutatis ז et ד·

דִּבְחִין, m. p. Chald. *sacrificia,* Esr. VI. 3.

מַדְבְּחָא, m. Chald. *altare,* Esr. VII. 17.

דבך נִדְבָּךְ, Chald. *ordo, series, strues lapidum, paries, structura, maceria:* נִדְבָּךְ דִּי אָע חֲדַת, *paries ex lignis novis;* plurale, נִדְבָּכִין דִּי אֶבֶן גְּלָל תְּלָתָא, *ordines murorum terni ex lapidibus magnis,* Esræ VI. 4. sic in Targum, נִדְבָּךְ עַל נִדְבָּךְ, *ordo super ordine,* Hebr. אֶבֶן עַל אֶבֶן, *lapis super lapide,* Hag. II. 15. נִדְבָּכִין עֲבִידָן לְהוֹן, *ordines lapidei erant facti ipsis in circuitu,* Hebr. טוּר, Ezech. XLVI. 23. מִלְּרַע לְנִדְבָּכַיָּא, *sub ordinibus lapideis istis,* ibid. נדבך של אבנים, *maceria, strues, structura lapidum,* apud Rabbinos.

דבל דְּבֵלָה, fœm. *palatha, massa ficuum,* 1 Sam. XXX. 12. constr. דְּבֶלֶת תְּאֵנִים, *palatha ficuum,* 2 Reg. XX. 7. plur. דְּבֵלִים, 1 Sam. XXV. 18.

דָּבַק *adhæsit, cohæsit; conjunctus, conglutinatus fuit:* constr. cum præposit. אֶל, לְ, בְּ, עִם, אַחֲרֵי: præt. וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ, *et adhærebit uxori suæ,* Gen. II. 24. cum affixo. futur. תִּדְבָּקַנִי הָרָעָה, *adhæreat mihi malum,* Gen. XIX. 19. Chald. particip. plur. דָּבְקִין, *cohærentes,* Dan. II. 43. Pyh. futur. יְדֻבָּקוּ, *conglutinentur,* Job. XXXVIII. 38. et XLI. 8. Hiph. הִדְבִּיק, *adhærescere fecit, agglutinavit, conglutinavit: persecutus, assecutus fuit:* præter. הִדְבַּקְתִּי, *feceram ut adhæreret,* Jerem. XIII. 11. הִדְבִּיקֻהוּ, *assecuti sunt eum,* 2 Sam. I. 6. Hoph. particip. מֻדְבָּק, *adhærere facta,* Psalm. XXII. 16.

דָּבֵק, masc. *adhærens, conjunctus:* דָּבֵק מֵאָח, *conjunctior fratre,* Prov. XVIII. 24. fœm. דְּבֵקָה, *conjuncta,* 2 Par. III. 12.

דֶּבֶק, m. *junctura, commissura, ferrumen, glutinum, quo aliquid conjungitur,* Ies. XLI. 7. plural. דְּבָקִים, *commissuræ,* 2 Par. XVIII. 33. 1 Reg. XXII. 34.

דָּבַר *locutus, elocutus est:* construitur cum præpositionibus אֶל, לְ, עַל· particip. דֹּבֵר, *eloquor,* Exod. VI. 29. plural. דֹּבְרִים, *loquuntur,* Num. XXXVI. 5. constr. דֹּבְרֵי, Psal. V. 7. fœm. plural. דֹּבְרוֹת, *loquuntur,* Num. XXVII. 7. particip. Pahul, דָּבֻר, *dictum,* Proverb. XXV. 11. infin. בְּדָבְרֶךָ, *in loqui te, quum locutus fueris,* Psalm. LI. 6. Niph. נִדְבַּר, *assiduè, frequenter loqui,* vel

prædicare, dictitare, obloqui, colloqui, præt. נִדְבְּרוּ, *frequenter loquuntur,* Mal. III. 16. נִדְבַּרְנוּ עָלֶיךָ, *oblocuti sumus tibi,* Mal. III. 13. part. plur. הַנִּדְבָּרִים בְּךָ, *assiduè loquentes contra te,* Ez. XXXIII. 30. Pih. דִּבֶּר, *dixit, edixit, locutus, elocutus, prolocutus fuit;* cum אֶל, *allocutus,* cum עִם, *collocutus,* cum עַל, *oblocutus,* et sic variè construitur, nempe cum dativo, accusa. vel præp. אֶת, אֶל, בְּ, עִם, עַל, præt. וְדִבַּרְתִּי עַל לִבָּהּ, *et locutus sum ad cor ejus,* Hos. II. 14. sic Genes. XXXIV. 3. Ies. XL. 2. infin. לְדַבֵּר בָּם, *loquendo de eis,* Deut. XI. 19. וּבְדַבְּרִי אוֹתְךָ, *et in alloqui me te,* Ezech. III. 27. futur. אֲדַבֵּר בְּךָ אֶל־אָבִי, *loquar de te ad patrem meum, tuâ causâ patrem meum alloquar,* 1 Sam. XIX. 3. et ex alia significatione *perdere,* unde וַתְּדַבֵּר, *et perdidit,* 2 Paralip. XXII. 10. pro quo in eadem historia legitur תְּאַבֵּד, 2 Reg. XI. 1. Pyh. part. מְדֻבָּר־בָּךְ, *dicitur, prædicatur de te,* Psalmus LXXXVII. 3. futur. שֶׁיְּדֻבַּר־בָּהּ *quo sermo fiet de ea,* Cant. VIII. 8. Hiph. futurum יַדְבֵּר, *ducit, adducit,* Psalm. XLVII. 4. et sic XVIII. 48. ex usu Chaldaico. Hithp. particip. מִדַּבֵּר, *loquens,* Num. VII. 89. pro מִתְדַּבֵּר per usitatam syncopam.

דָּבָר, m. *verbum, sermo: res, negotium, aliquid, quidquam,* Genes. XVIII. 14. Exod. XVIII. 16. כָּל־דָּבָר רָע, *omnem rem malam,* Deut. XVII. 1. constr. דְּבַר־יְהוָה, *verbum Domini,* Jer. I. 4. עַל־דְּבַר, *propter negotium, propter, causâ, ratione,* ut עַל־דְּבַר כְּבוֹד־שְׁמֶךָ, *propter gloriam nominis tui,* Ps. LXXIX. 9. aff. דְּבָרִי, *verbum meum,* דְּבָרְךָ, *verbum tuum,* quod octies scribitur cum י redundante, דְּבָרֶיךָ, ut Masorethæ notant, Jud. XIII. 17. fut. דְּבָרִים constr. לְדִבְרֵי־רוּחַ, *verbis ventosis,* Job. XVI. 3. affix. דְּבָרָיו, *verba ejus:* דְּבָרֶיךָ, *verba tua;* et cum hoc affixo tredecim sunt, quæ scribuntur absque י, ut כִּדְבָרְךָ, *secundum verba tua,* Gen. XXX. 34. pro כִּדְבָרֶיךָ loca annotata sunt in Masora magna.

דִּבֵּר, m. *verbum, sermo,* Jerem. V. 13. unde ablato accentu ante Makkaph דִּבֶּר, Hos. I. 2.

דֶּבֶר, m. *pestis,* Exod. IX. 3. plur. cum affixo, דְּבָרֶיךָ, *pestes tuæ,* Hos. XIII. 14. Dicitur sic, quasi *perditio, res perdens,* das böse Ding, (*what is destructive,*) ex 2 Paral. XXII. 10. Vel quòd sic res à *Deo edicta et decreta:* aut quòd *abducat* omnis status et generis homines.

דֹּבֶר, m. *ductus, caula, ovile:* aff. כְּדָבְרָם, *secundum ductum suum, pro more suo,* Ies. V. 17. בְּתוֹךְ הַדָּבְרוֹ, *in medio ovilis sui,* Mich. II. 12. sic dictum *ovile,* quòd oves eò semper ducantur.

דְּבִיר, m. *adytum,* quasi *oraculum* vel *loquutorium* dictum, quòd *Deus inde responsa daret,* 1 Reg. VI. 19. et י quandoque deficit. Est et nomen proprium urbis in libro Josuæ, et regis cujusdam, Jos. X. 3.

דִּבְרָה, f. *ductus, ratio, causa, negotium,* sed semper formâ constructâ cum præpositione עַל reperitur, עַל־דִּבְרַת, *secundum rationem, pro ratione,* Eccles. III. 18. et VIII. 2. cum affixo, דִּבְרָתִי, *causam meam,* Job. V. 8. et sic cum י paragog. ut Ab. Esra notat, עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק, *secundum ductum, ordinem* vel *rationem Malchizedek,* Psal. CX. 4. ubi

Ab. Esra exponit עַל־מִנְהַג, *secundum morem*, vel *consuetudinem*, et in Epistola ad Hebræos V. 6. κατὰ τὴν τάξιν, *secundum ordinem*, et cap. VII. 15. κατὰ τὴν ὁμοιότητα, *secundum similitudinem*. Chaldaic. עַל־דִּבְרַת, *propter causam*, vel simpliciter, *propter*, ut Hebraicè עַל דְּבַר, Dan. II. 30. עַל־דִּבְרַת דִּי יְנְדְּעוּן, *propterea ut agnoscant*, Dan. IV. 14. atque ita legitur in Venetis editionis primæ, sed postea scriptum lectum, עַד־דִּבְרַת, eodem sensu juxta Hebræos. Et sic Græci, ἵνα γνῶσιν.

דִּבְּרוֹת, f. p. *verba*: cum affix. מִדַּבְּרֹתֶיךָ, *e verbis tuis*, Deuter. XXXIII. 3.

דֹּבְרוֹת, f. p. *rates*, a ductu dictæ, 1 Reg. V. 23.

דְּבֹרָה, f. *apis*, a continuo susurro quasi loquutione, vel mirabili ductu, et ordine sui operis, Ies. VII. 18. plural. כַּדְּבֹרִים, *sicut apes*, Psalm. CXVIII. 12.

הַדָּבְרַיָּא, Chald. *gubernatores*, quasi *ductores* dicti: affix. הַדָּבְרַי, *gubernatores mei*, Daniel. IV. 33. לְהַדָּבְרוֹהִי, *gubernatoribus suis*, Dan. III. 24. הַ ab initio est Heemanticum sicut et in הַמְנִיכָה, de quo in מנך.

מִדְבָּר, m. *desertum*, per antiphrasin sic dictum, quasi locus a sermone remotus; vel a ductu si de pascuoso dicatur, quod pecora eò pascendi causâ ducantur: construct. לְמִדְבַּר שְׁמָמָה, *in desertum solitudinis*, id est, *vastissimum*, Jer. XII. 10. affix. מִדְבָּרָהּ, *desertum ejus*, Ies. LI. 3.

דְּבַשׁ m. *mel*, Gen. XLIII. 11. item *palma*, *dactylus* a dulcedine, unde: *primitiæ frumenti, musti, olei*, וּדְבַשׁ, *et palmæ*, 2 Paral. XXXI. 5. de melle nunquam fuerunt primitiæ datæ. Hinc R. Salomon Lev. II. 11. scribit: כל המתיקת פרי קרויה דבש, *omnis dulcedo fructuum vocatur devasch*. affix. עִם דִּבְשִׁי, *cum melle meo*, Cant. V. 1.

דַּבֶּשֶׁת, f. *gibbus*, Ies. XXX. 6. sed camelorum tantùm, sic dictus, quòd oneribus læsus, melle sanari soleat. Inde in Talmud, דבש למאי חזי לכתיתה דגמלי, *mel ad quid conducit? ad contusionem camelorum*, Schab. fol. 154. 2.

דָּגָה *augeri, multiplicari, fœcundari* more piscium: nam a דָּג, *piscis* verbum formatum, ut Hebræi tradunt: futur. וְיִדְגּוּ לָרֹב, *et fiant ut pisces in multitudinem, multiplicentur ut pisces*, Gen. XLVIII. 16.

דָּג, m. *piscis*, vide infrà in דוג.

דֶּגֶל m. *vexillum*, Num. II. 3. affix. עַל־דִּגְלוֹ, *juxta vexillum suum*, ver. 2. plur. cum aff. לְדִגְלֵיהֶם, *ad vexilla sua*, Num. II. 17.

דָּגַל, *vexillum erigere*. part. præt. דָּגוּל, *vexillatus, ornatus* vel *elatus* ut *vexillarius*, Cant. V. 10. futur. נִדְגֹּל, *vexillum erigamus*, Psalm. XX. 6. Niph. part. נִדְגָּלוֹת, *vexillatæ copiæ*, Cant. VI. 4.

דָּגָן m. *frumentum*, Gen. XXVII. 28. constr. וּדְגַן שָׁמַיִם, *et frumentum cœlorum*, Psalm. LXXVIII. 24. affix. דְּגָנְךָ, *frumentum tuum*, Deut. VII. 13.

דָּגַר *collegit*, Jerem. XVII. 11. וְדָגְרָה, *et colliget*, Ies. XXXIV. 15. Chaldaicum est.

דַּד m. *uber, mamma*: plural. constr. דַּדֵּי בְּתוּלֵיהֶן, *mammas vir-*

ginitatis illarum, Ezech. XXIII. 3. aff. דַּדַּיִךְ, *mammas tuas,* ver. 21.

דדה Hithp. הִתְדַּדָּה, *vagari, incedere, gradi,* sed *sensim* et *leniter :* futur. אֶדַּדֶּה, *sensim incedam,* Ies. XXXVIII. 15. pro אֶתְדַּדֶּה, cum aff. אֶדַּדֵּם, *gressurus sum cum illis,* Ps. XLII. 5. pro אֶדַּדֶּה עִמָּהֶם, *progrediar cum illis,* juxta Hebræos.

דְּהַב Chald. *aurum,* Dan. II. 32. emph. רֵאשֵׁה דִּי דַהֲבָא, *caput auri,* Dan. II. 38. Hebr. זָהָב commutatis ז et ד.

מַדְהֵבָה, f. *aurea, aurifica, inaurata* vel *auri cupida,* Ies. XIV. 4. in Hebræo, ubi propheta regem Babyloniæ voce Babylonica irridet, ejus divitias carpens.

דהם Niph. נִדְהַם, *defatigari :* partic. נִדְהָם, *defessus, defatigatus,* Jer. XIV. 9. Kimchi in Com. *obstupefactus,* qui nescit quid agendum.

דָּהַר *plausit,* sed de equis tantùm dicitur, qui citato cursu terram plaudunt: וְסוּס דֹּהֵר, *et equi plaudentis,* Nah. III. 2.

דַּהֲרוֹת, f. p. *plausus,* Jud. V. 22.

תִּדְהָר, *tæda,* arbor resinam ferens, Ies. XLI. 19.

דוג *piscari:* Hiph. præterit. וְדִיגוּם, *et piscabuntur eos,* Jer. XVI. 16. pro וְהֵדִיגוּם, simile vide in רוב.

דָּג, m. *piscis,* Jon. II. 1. Semel cum epenthesi, דָּאג, Nehem. XIII. 16. plur. דָּגִים, Job. XL. 31. const. דְּגֵי הַיָּם, *pisces maris,* Gen. IX. 2. fœm. דָּגָה, Deuter. IV. 18. constr. דְּגַת יְאֹרֶיךָ, *piscem rivorum tuorum,* Ezech. XXIX. 4. aff. דְּגָתָם כִּדְגַת הַיָּם, *pisces eorum, sicut pisces maris,* Ezech. XLVII. 10. Hæc duo sunt à verbo דָּגָה, propter mutationem Kametz in Scheva, sicut שְׁנַת à שָׁנָה.

דַּיָּג, m. *piscator :* plural. הַדַּיָּגִים, *piscatores,* Ies. XIX. 8. לְדַוָּגִים, *ad piscatores,* Jerem. XVI. 16. quod scribitur cum ו, sed legendum per י לְדַיָּגִים.

דַּוָּג, m. idem: plur. דַּוָּגִים, *piscatores,* Ezech. XLVII. 10.

דּוּגָה, f. *piscatio,* Amos IV. 2.

דּוֹד m. *dilectus, amicus :* synecdochicè *patruus,* 1 Sam. X. 15. affix. דּוֹדִי, *dilectus meus,* Cant. VI. 2. אֶל־דּוֹדוֹ, *ad patruum suum,* 1 Sam. X. 16. דּוֹדֵךְ, *dilectus tuus,* Cant. VI. 1. plur. דּוֹדִים, *dilecti,* Cant. V. 1. Et substantivè *amores,* עֵת דֹּדִים, *tempus amorum,* Ezech. XVI. 8. aff. דֹּדֶיךָ, *amores tui,* Cant. I. 2, 4. et IV. 10. Hinc דָּוִיד, *David,* Zach. XII. 8, 10, 12. et XIII. 1.

דּוֹדָה, f. *amita :* aff. דֹּדָתוֹ, *amitam suam,* Exod. VI. 20.

דּוּד m. *calathus, canistrum, sporta,* Jer. XXIV. 2. *lebes,* 1 Sam. II. 14. *pelvis, labellum,* quo fertur argilla ut intrita conficiendorum laterum, Psal. LXXXI. 7. secundum Ab. Esram: *ahenum,* Job. XLI. 11. plur. בַּדּוּדִים, *in sportas,* 2 Reg. X. 7. et cum ו mobili, וּבַדְּוָדִים, *et in lebetibus,* 2 Par. XXXV. 13. constr. cum epenthesi, דּוּדָאֵי, *sportæ, calathi,* Jer. XXIV. 1. similem epenthesin vide in לול.

דּוּדָאִים, m. p. *mandragoræ,* juxta communem interpretum sententiam, Genes. XXX. 14. quidam, *flores amabiles,* quasi à superiore דּוֹד deductum. Odor illis ascribitur, Cant.

VII. 14. const. מְדוּדָאֵי, *de mandragoris,* Gen. XXX. 14. Judæi *violas* interpretantur, et sic in Talmud Sanhed. fol. 99. vide Drusium in fine Com. Ruth.

דוה דָּוֶה, m. *languidus,* Thren. V. 17. fœmin. דָּוָה, *languida,* Thren. I. 13. אֶת־אִשָּׁה דָּוָה, *cum muliere languente,* scilicet *ex fluxu mensium,* Levit. XX. 18. et XV. 33. Ies. XXX. 22.

דַּוָּי, m. *languidum,* Ies. I. 5.

דְּוַי, m. *languor,* Psalm. XLI. 4. plur. constr. כִּדְוֵי לַחְמִי, *sicut languores cibi mei,* Job. VI. 7.

דְּוֹת, f. idem: דְּוֹתָהּ, *languoris ejus,* Levit. XII. 2.

מַדְוֶה, m. idem: constr. מַדְוֵה, Deut. XXVIII. 60. plurale constructum, וְכָל־מַדְוֵי מִצְרַיִם, *et omnes languores Ægypti,* Deuter. VII. 15. מַדְוֵיהֶם, vide in מָדַד.

דוח Hiph. הֵדִיחַ, *dispulit,* metaphoricè, *abluit;* lavando enim dispelluntur sordes: præter. הֱדִיחָנִי, *dispellit me,* Jer. LI. 34. futur. יָדִיחַ, *abluet,* Ies. IV. 4. יָדִיחוּ, *abluent,* Ezech. XL. 38.

דוך *tudit,* præt. דָּכוּ בַּמְּדֹכָה, *tundebant in mortario,* Num. XI. 8.

דּוּכִיפַת, f. *gallus sylvestris,* juxta Targum et R. Salo: quidam, *attagen,* Lev. XI. 19.

דַּךְ, *pauper,* vide in דכך.

מְדֹכָה, f. *tudicula, mortarium,* Num. XI. 8.

דום *siluit, obmutuit, quievit:* at illud, כְּדֻמָה, *sicut excisa,* Ezech. XXVII. 32. juxta Kimchium significatum habet à דָּמָה quibusdam est nomen proprium *Duma,* ut Ies. XXI. 11. imper. דֹּמּוּ, *silete,* Ies. XXIII. 2.

Pih. דּוֹמֵם, *silere facere, sedare, quietum reddere;* præteritum וְדוֹמַמְתִּי, *et silere feci,* Psalm. CXXXI. 2.

דֳּם, m. *quies;* בְּדָמְךָ, *in quiete tua,* id est, *pristina tranquillitate tua,* Ezech. XIX. 10. de qua etiam in דָּמָה in fine.

דּוּמָה, f. *silentium; sepulchrum,* sic dictum, quòd illic sit silentium à celebrando Deo, Psalm. XCIV. 17. et CXV. 17. est nomen proprium regionis, Ies. XXI. 11.

דּוּמָם, *silens,* Ies. XLVII. 5. לְאֶבֶן דּוּמָם, *lapidi silenti,* Hab. II. 19. convenit cum דָּמָה et דָּמַם, quæ etiam vide.

דון *judicavit, disceptavit, judicium exercuit, causam egit, jus dixit:* præter. דָּן דִּין־עָנִי, *judicavit causam pauperis,* Jer. XXII. 16. Chald. particip. דָּאנִין, *causam cognoscentes,* Esr. VII. 25. ubi Masorethæ notant legendum דָּיְנִין, quia א Schevâ mobili affici non solet; simile in דּוּר. At quum א habet Scheva compositum, manet, vide קוּם. Niph. particip. נָדוֹן, *disceptans apud se,* 2 Sam. XIX. 9. Hiph. הֵדִין, *judicavit,* etc. ut antè. In infinitivo et imper. communiter deficit ה characteristicum: infin. לָדִין, *ad judicandum,* pro לְהָדִין, Ies. III. 13. imper. דִּין, *judica,* Job. XXXV. 14.

דַּיָּן, m. *judex,* Psalm. LXVIII. 6. 1 Sam. XXIV. 16. Chald. plural. דַּיָּנִין, *causidici, causarum cognitores,* Esr. VII. 25.

דִּין, m. *judicium, causa, sententia judicata,* Deut. XVII. 8. aff. וְדִינִי, *et causam meam,* Ps. IX. 5.

דּוּן m. idem: שַׁדּוּן, *quod judicium est,* Job. XIX. 29. quod ex jure justum et æquum est.

דִּין, Chald. *judicium, causa, sententia judicata,* Dan. IV. 34. emph. דִּינָא, Dan. VII. 10. vel דִּינָה, Esr. VII. 27.

מָדוֹן, m. *contentio,* ut Ps. LXXX. 7. אִישׁ מָדוֹן, *vir contentionis,* id est, *contentiosus,* Jerem. XV. 10. plurale est אֵשֶׁת מִדְוָנִים, *mulier contentionum,* id est, *contentiosa,* Prov. XXVII. 15. et מִדְיָנִים, Prov. XVIII. 18. constr. מִדְיְנֵי אִשָּׁה, *contentiones mulieris,* Prov. XIX. 13.

מְדָנִים, m. p. idem, Prov. VI. 19. volunt ex priori forma esse contractum.

מְדִינָה, f. *provincia,* quasi jurisdictio dicta, Esth. I. 22. plur. מְדִינוֹת, ibid. Chald. מְדִינְתָּא, f. idem, Esr. V. 8. constr. מְדִינַת, Dan. III. 1. plural. מְדִינָן, Esr. IV. 15. emph. מְדִינָתָא, Dan. III. 2.

דּוּץ *exsilire:* fut. תָּדוּץ, *exsilit,* Job. XLI. 13. Chaldaicum est.

דּוּר *habitare:* infinit. מִדּוּר, *præ habitare,* Psalm. LXXXIV. 11. דּוּרִי, *habitare meum, habitatio mea,* Ies. XXXVIII. 12. Chald. particip. דָּאְרִין, *habitant,* Dan. II. 38. quod legendum דָּיְרִין: constructum דָּאְרֵי, *habitantes, habitatores,* Dan. IV. 32. legendum דָּיְרֵי; sic infrà in זוּע: fut. תְּדוּר, *habitabat,* Dan. IV. 18. יְדֻרוּן, *habitabant,* Dan. IV. 9. quod scribitur cum ו redundante.

דּוֹר vel דֹּר, m. *ætas, generatio,* homines una ætate et generatione viventes, Eccles. I. 4. aff. וְאֶת דּוֹרוֹ, *et generationem ejus,* Ies. LIII. 8. plur. לְדוֹר דּוֹרִים, *in generacionem generationum,* id est, *in omnes generationes,* Ies. LI. 8. fœmin. דּוֹרוֹת, ver. 9. aff. לְדוֹרוֹתָיו, *per generationes illius,* Levit. XXV. 30.

דָּר, Chald. idem: עִם דָּר וְדָר, *cum generatione et generatione,* Dan. III. 33.

דּוּר, masc. *pyra, rogus,* Ezech. XXIV. 5. Kimchi in Comment. vult esse imper. *strue pyram* vel *rogum,* ex significatione sequentis nominis.

מְדוּרָה, f. idem, Ezech. XXIV. 9. aff. מְדֻרָתָהּ, *pyræ ejus,* Ies. XXX. 33.

מְדָר מְדוֹר, m. Chald. *habitatio:* aff. מְדוֹרָךְ, *habitatio tua,* Dan. IV. 22. מְדָרְהוֹן, *habitatio eorum,* Dan. II. 11.

דּוּשׁ *trituravit:* præter. וְדָשׁ חִטִּים, *et triturabat triticum,* 1 Par. XXI. 20. infin. אָדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ, *triturando triturabit eum,* Ies. XXVIII. 28. cum prosthesi literæ א. Chald. futur. cum affix. וְתְדוּשִׁנַּהּ, *et triturabit, conteret eam,* Dan. VII. 23. Niph. præter. וְנָדוֹשׁ, *et triturabitur,* Ies. XXV. 10. infin. cum Schurek, כְּהִדּוּשׁ, *sicut trituratur,* Ies. XXV. 10. Hoph. futur. יוּדַשׁ, *triturabitur,* Ies. XXVIII. 27.

דַּיִשׁ, m. *tritura,* Lev. XXVI. 5.

דִּישׁ, m. *trituratio:* affix. בְּדִישׁוֹ, *in trituratione ejus, dum triturat,* Deut. XXV. 4.

מְדֻשָׁה, f. idem: aff. מְדֻשָׁתִי, *tritura mea,* Ies. XXI. 10.

דִּישׁוֹן, m. *pygargus, caprea quædam sylvestris, damis non absimilis,* ut quidam volunt, Deut. XIV. 5.

דָּחָה *depulit, impulit:* præter. cum infin. דָּחֹה דְחִיתַנִי, *impellendo impulisti me,* Psalm. CXVIII. 13. Niph. particip. plural. constructum, נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל, *depulsos Israël,* Ies. XI. 12. quidam a נָדַח deducunt, quasi nomen particip. a sing. נִדָּח. futur. יִדָּחֶה, *impellit se, impellitur,* Prov. XIV. 32. יִדַּחוּ, *impellantur,* Jerem. XXIII. 12. cum Pathach et

penacutum præter normam. Pyh. præt. דֹּחוּ, *impelluntur*, Ps. XXXVI. 13.

דְּחִי, m. *impulsio ad lapsum, lapsus:* מִדֶּחִי, *a lapsu*, Psal. LVI. 14.

מִדְחֶה, m. *impulsio*, Prov. XXVI. 28.

דַּחֲוָן, Chald. *cantiones; instrumenta musica*, Dan. VI. 19. sic dicta, quod tristitiam depellant, ut Aben Esræ placet; aut *musici* quasi exhilarantes dicti, per transpositionem literarum a חָדָה quasi חֲדָוָן juxta R. Saadiam. Kimchi *mensam* exponit ex usu Rabbinorum, unde דְּחָוָנוֹת, *mensæ*.

דְּחַל Chald. *timuit:* particip. præsens plur. דָּחֲלִין, *timentes*, Dan. V. 19. Pih. דַּחֵל, *terruit*. futurum וִידַחֲלִנַּנִי, *et exterruit me*, Dan. IV. 2. part. sive nomen דְּחִיל, m. *terribilis*, Dan. II. 31. fœmin. דְּחִילָה, *timenda*, Dan. VII. 7.

דֹּחַן m. *milium:* וַעֲדָשִׁים וְדֹחַן, *et lentes et milium*, Ezech. IV. 9.

דָּחַף *impulit:* particip. præter. דְּחוּפִים, *impulsi*, id est, *festinantes*, Esth. III. 15. et VIII. 14. Niph. præterit. נִדְחַף אֶל־בֵּיתוֹ, *impulit se, proripuit se domum suam*, Esth. VI. 12. נִדְחָף לָצֵאת, *impellebatur ad exeundum*, 2 Par. XXVI. 20.

מַדְחֵפוֹת, f. p. *impulsiones*, Psalm. CXL. 12.

דָּחַק *arctavit, pressit:* particip. præsens cum affix. וְדֹחֲקֵיהֶם, *et prementes eos, oppressores eorum*, Jud. II. 18. futur. יִדְחָקוּן, *prement*, Joël. II. 8.

דִּי Chald. *qui, quæ, quod*, utriusque generis et numeri, ut Hebræum אֲשֶׁר cui respondet: item *quòd, ut*, conjunctionaliter: דִּי הֵן, *quia, quòd si*, Dan. II. 9. Indicat et genitivum casum, דִּי דְהַב, *auri*, ver. 32. דִּי לֵהּ, *ejus*, ver. 20. עַד דִּי, *usque dum*, Dan. II. 9. דִּי לָא, *ut non*, ver. 18. עַל דִּי, *suprà, magis quàm*, Dan. III. 19. compositum, כְּדִי, *quum*, Dan. III. 7. הָא־כְדִי, *perinde ac*, Dan. II. 43. וּכְדִי, *et quum*, Dan. V. 20.

דַּי m. *sufficientia, sufficiens, satis*, עַד־בְּלִי־דָי, *usque ad non sufficientiam*, id est. *abundantissimè, absque omni mensura, ut dedisse nunquam satis sit*, Malach. III. 10. וּכְדַי בִּזָּיוֹן, *et quantum satis est contemptus*, Esth. I. 18. לְמַדַּי, *ad sufficientiam*, 2 Par. XXX. 3. pro לְמִן דַּי, per pleonasmum particularum מִן et ל: vide non dissimilem in רֹאשׁ in voce רִאשׁוֹן: aff. דַּיֶּךָּ, *quod satis est tibi*, Prov. XXV. 16. constr. דֵּי שֶׂה, *sufficientiam pecudis, quantum satis est pro pecude*, Levit. V. 7. דֵּי הָשִׁיב לוֹ, *sufficientiam restituere ipsi*, id est, *quantum satis erit ad restituendum ipsi*, Levit. XXV. 28. דֵּי מַחְסֹרוֹ, *sufficientiam defectus illius*, id est, *quantum satis est indigentiæ ejus*, Deut. XV. 8. כְּדֵי גְאֻלָּתוֹ, *secundum sufficientiam redemptionis suæ*, Levit. XXV. 26. est etiam דֵּי syllabica adjectio, unde בְּדֵי רִיק, *in vanum. Pro vanitate* vel *inanitate*, Jer. LI. 58. בְּדֵי אֵשׁ, *pro igne*, ibid. בְּדֵי שׁוֹפָר, *propter tubam*, Job. XXXIX. 25. כְּדֵי, *sicut*, Jud. VI. 5. מִדֵּי חֹדֶשׁ, *de mense*, Ies. LXVI. 23. מִדֵּי־בֹא, *inde à quo*, vel *ex quo venit*, 1 Reg. XIV. 28. כִּי־מִדֵּי אֲדַבֵּר, *nam ex quo loquor*, Jer. XX. 8.

שַׁדַּי, *Omnipotens:* אֲנִי־אֵל שַׁדַּי, *Ego sum Deus Omnipotens,* Genes. XVII. 1. Propriè qui sufficiens, qui in se et a se sufficientiam et abundantiam omnimodam habet, ita ut nullius ope egeat, sed in se sufficiens sit ad opem conferendum omnibus, ad protegendum, ad promissa servanda, et explendos defectus omnium. Est unum ex nominibus Dei, compositum juxta R. Salomonem et alios Hebræos, ex pronomine inseparabili שַׁ cum Pathach hoc loco notato, et nomine superiori דַּי. Hinc apud Talmudicos legitur: מאי דכתיב אני אל שדי אני הוא שאמרתי לעולם די, id est, quid est, quod scriptum legitur: *ego sum Deus Schaddai? ego sum qui dixi: in æternum sufficiens sum:* Chagiga fol. 12. 1. Hoc sensu LXX. sæpè reddiderunt ἱκανὸς, nunquam autem per αὐτάρκης, etsi optimè id ipsi respondeat, et à patribus sic redditum sit, Ezech. X. 5. retinuerunt Hebræum σαδδαί. Vide Aben Esram, Genes. XVII. 1. et Exod. VI. 3. vide et שָׁדַד.

דַּיָּה f. *milvus,* Deut. XIV. 13. plur. דַּיּוֹת, *milvi,* Ies. XXXIV. 15. R. Sal. *vultures.*

דְּיוֹ, m. *atramentum:* עַל־הַסֵּפֶר בַּדְּיוֹ, *in libro cum atramento,* Jer. XXXVI. 18.

דָּיֵק m. *munitio, propugnaculum, antemurale,* 2 Reg. XXV. 1. Ezech. IV. 2.

דֵּךְ Chald. *hic, is, iste:* בֵּית אֱלָהָא דֵּךְ, *domum Dei hanc,* Esr. V. 17. fœmin. דָּךְ, *ista, hæc,* קִרְיְתָא דָךְ, *urbs ista,* Esr. IV. 13.

דִּכֵּן, Chald. *hic, iste, hæc, ista,* gen. com. צַלְמָא דִּכֵּן, *imago ista,* Dan. II. 31. quod mas. קַרְנָא דִכֵּן, *cornu istud,* Dan. VII. 21. quod fœmininum.

דִּכָּא Pih. *attrivit, contrivit:* præter. דִּכָּא לָאָרֶץ, *atterit in terram,* id est, *attritam dejicit,* Psal. CXLIII. 3. desinit in Kametz ad formam quiescentium tertiâ ה: דִּכִּאתָ, *contrivisti,* Psalm. LXXXIX. 11. similiter ad formam eandem. Futur. cum aff. וּתְדַכְּאוּנַנִי, *et atteretis me,* Job. XIX. 2. quod etiam est ex sequenti radice, א omninò redundante, Pyh. præter. דֻּכְּאוּ, *attriti fuerunt,* Jerem. XLIV. 10. partic. מְדֻכָּא, *attritus,* Ies. LIII. 5. Hithp. futur. cum syncopa, וְיִדַּכְּאוּ, *et conterentur,* Job. V. 4. pro יִתְדַּכְּאוּ.

דַּכָּא, m. *contritus,* Ies. LVII. 15. עַד־דַּכָּא, *usque dum sit contritus,* Psalm. XC. 3. פְּצוּעַ־דַּכָּא, *vulneratus* (et) *contritus,* Deuter. XXIII. 2. scil. בֵּיצִים, *testiculis,* ut Rabbini exponunt, aut *virilitate,* ut in textu sequitur: plural. constructum, דַּכְּאֵי־רוּחַ, *contritos spiritu,* Psalm. XXXIV. 19.

דָּכָה *attrivit se:* futur. יִדְכֶּה, *atterit se,* Psal. X. 10. Niph. præter. וְנִדְכֵּיתִי, *et attritus fui,* Psalm. XXXVIII. 9. partic. וְנִדְכֶּה, *et contritum,* Psalm. LI. 19. Pih. præter. דִּכִּיתָ, *contrivisti,* Psalm. LI. 10. דִּכִּיתָנוּ, *contrivisti nos,* Psal. XLIV. 20.

דֳּכִי, m. *contritio,* cum Chatephkametz loco Scheva: unde cum affix. דָּכְיָם, *contritionem suam,* vel *fragorem suum,* Psal. XCIII. 3. Hebræi, *fluctus suos,* qui sic dicuntur, quòd sese mutuo conterunt.

דכך דַּךְ, *attritus, pauper,* Psal. LXXIV. 21. præt. cum affix. דַּכּוּ,

attritos suos, Prov. XXVI. 28. verbum geminatâ primâ radicali, דִּכְדֵּךְ, *conterere, contundere,* apud Rabbinos.

דְּכַר Chald. *recordari, meminisse,* pro Hebræo זָכַר literis ז et ד commutatis.

דְּכַר, m. *aries:* plur. דִּכְרִין, *arietes,* Esr. VI. 9, 17.

דָּכְרוֹנָה, f. *memoriale,* Esr. VI. 2.

דָּכְרָנַיָּא, m. p. *res memorabiles,* Esr. IV. 15.

דָּלַג *subsiliit, insiliit:* particip. הַדּוֹלֵג, *qui insiliit,* Soph. I. 9. Pih. particip. מְדַלֵּג, *saliens,* Cant. II. 8. futur. אֲדַלֶּג־שׁוּר, *transiliam murum,* Psalm. XVIII. 30. יְדַלֵּג, *saliet,* Ies. XXXV. 6.

דָּלָה *evexit, extulit, hausit.* præt. דָּלֹה דָלָה לָנוּ, *hauriendo hausit nobis,* Exod. II. 19. Pih. præt. דִּלִּיתָנִי, *evexisti me,* Psal. XXX. 2. imperat. דַּלְיוּ, *tollite, extrahite,* Prov. XXVI. 7. cum י loco tertiæ radicalis ה et Dages excidit.

דַּל, masc. *elatio, elatum:* עַל־דַּל שְׂפָתָי, *super elatum labiorum meorum,* Psalm. CXLI. 3. id est, *labium superius,* juxta R. Sal. vide דֶּלֶת.

דְּלִי, m. *situla,* Ies. XL. 15. plur. vel duale, cum affix. מִדָּלְיָו, *e situlis suis,* Num. XXIV. 7. quasi ex integra forma דָּלְיֵין a דְּלִי, דָּלְיַיִם, et inde transpositis duobus punctis, vel a דָּלְיַיִם instar אָזְנַיִם. Dualis verò forma esse potest, quòd duæ situlæ plerunque ad hauriendam aquam adhibentur.

דָּלִיּוֹת, f. p. *propagines, palmites,* quia sursum se elevant, vel quòd succum e stirpe extrahunt et hauriunt: aff. דָּלִיּוֹתָיו, *propagines ejus,* Jer. XI. 16. singulare sit דָּלִית.

דָּלַח *turbavit, conturbavit,* et de aquis tantùm dicitur: futur. וַתִּדְלַח מַיִם, *et conturbasti aquas,* Ezech. XXXII. 2. וְלֹא תִדְלָחֵם, *neque conturbet eas,* ver. 13.

דָּלַל *exhauriri, attenuari,* quod Chaldæus interdum *depauperari* explicat: item *elevari,* ut aquæ hauriendo, quomodo cum דָּלָה convenit: præt. דָּלְלוּ, *exhauriuntur, attenuantur,* Ies. XIX. 6. דַּלּוּ, *elevantur,* vel *exhauriuntur spectando in sublime,* Ies. XXXVIII. 14. Niph. fut. יִדַּל, *attenuabitur,* Ies. XVII. 4.

דַּל, masc. *tenuis, attenuatus, exhaustus,* viribus sc. et facultatibus, דַּל הוּא, *tenuis est,* Levit. XIV. 21. כָּכָה דַּל, *adeò attenuatus,* 2 Sam. XIII. 4. עַל־דַּל vide in דָּלָה: plur. דַּלִּים, *tenues,* Ies. XI. 4. וְדַלִּים, *et attenuati* scil. fiebant, 2 Sam. III. 1.

דַּלָּה, f. *peniculamentum, peniculi,* quos textores in extrema tela relinquunt, quasi tenue seu rarum filum dicas; מִדַּלָּה, *a peniculis* vel *peniculamento,* Ies. XXXVIII. 12. Aben Esra, *propter tenuitatem,* id est, *infirmitatem:* constr. וּמִדַּלַּת הָאָרֶץ, *et ex tenuitate terræ,* id est, *tenui populo terræ,* Jerem. XL. 7. Et secundum aliam significationem, *vitta:* וְדַלַּת רֹאשֵׁךְ, *et vitta capitis tui,* juxta quosdam, Cant. VII. 5. vel, *cincinni capitis tui,* aut *implexum* sive *capilli implexi capitis tui,* ut R. Solomon explicat: plur. וּמִדַּלּוֹת, *et ex attenuatis* sive *tenui populo,* Jerem. LII. 16.

דָּלַף *stillavit, perstillavit:* præt.

דִּלְּפָה, *stillat,* Job. XVI. 20. futur. יִדְלֹף, *perstillat,* Eccles. X. 18. דֶּלֶף, m. *stilla,* Prov. XXVII. 15.

דָּלַק *arsit, accensus fuit, persecutus, insectatus est,* et tunc regit accusativum vel simpliciter vel cum præpositione אַחֲרֵי, *post.* præt. כִּי דָלַקְתָּ אַחֲרָי, *quòd fervidè insectatus es me,* Gen. XXXI. 36. וְדָלְקוּ בָהֶם. *Et accensi in eos,* Obad. ver. 18. דְּלָקֻנוּ, *insectantur nos,* Thren. IV. 19. particip. דֹּלְקִים, *fervidi* vel *fervidè insectantes,* Prov. XXVI. 23. Chald. particip. דָּלִק, *ardens,* Dan. VII. 9. Hiphil. הִדְלִיק, *accendit, incendit.* infin. הַדְלֵק, *accendendo,* Ezech. XXIV. 10. futur. יַדְלִיקֵם, *incendat eos,* Ies. V. 11.

דַּלֶּקֶת, f. *ardens febris,* Deuteron. XXVIII. 22.

דֶּלֶת f. *ostium, janua, porta, fores:* metaphoricè *folium, pagina* libri quasi ejus janua. סִגְרוּ הַדֶּלֶת, *occludite fores,* 2 Reg. VI. 32. aff. בְּדַלְתּוֹ, *in janua ejus,* 2 Reg. XII. 9. וּסְגוֹר דְּלָתֵיךָ, *et occlude januam tuam,* Ies. XXVI. 20. quod scribitur cum י redundante. Hinc, juxta Ab. Esram, עַל־דַּל, *super ostium,* Psalm. CXLI. 3. per apocopam literæ ת, quam dicit in priori forma esse formativam generis fœminini, adeoque adventitiam, non radicalem. Hoc modo possit esse à radice דָּלָה sic dicta *janua,* quod *cardinibus suis elata sit* vel *in alto vehatur:* duale, דְּלָתַיִם, *fores, valvæ,* quasi januas bifidas dicas, Mal. I. 10. estque quasi à singulari דָּלָה formæ שָׂפָה: construct. דַּלְתֵי, Job. III. 10. plural. שָׁלֹשׁ דְּלָתוֹת, *tres paginas,* Jer. XXXVI. 23. constr. דַּלְתוֹת הַבַּיִת, *fores domus,* Jud. XIX. 27.

דָּם m. *sanguis, reatus sanguinis:* quidam deducunt ab אָדֹם, *rufus,* per aphæresin, ut sic à rubedine dicatur: constr. דַּם נְקִיִּים, *sanguine innocentum,* Jerem. XIX. 4. וְדַם־עֵנָב, *et sanguinem uvæ,* id est, *succum,* Deut. XXXII. 14. aff. דָּמְךָ, *sanguis tuus,* 1 Reg. II. 37. בְּדָמְךָ, vide suprà in דּוּם: דִּמְכֶם, *sanguinem vestrum,* Genes. IX. 5. plural. חֲתַן־דָּמִים, *sponsus sanguinum es mihi,* Exod. IV. 25. sic ferè *cædes,* quasi sanguinis effusionem, denotat: דָּמִים בְּדָמִים נָגָעוּ, *cædes aliæ alias cædes attigerunt,* Hos. IV. 2. constr. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ, *vox sanguinum fratris tui,* id est, *sanguinis cæde fusi,* Gen. IV. 10. aff. דָּמָיו בּוֹ, *sanguines ejus in eo,* id est, *cædis causa est in ipso,* ac proinde reus est mortis, ut Chaldæus reddit paraphrastes, Lev. XX. 9. R. Salomon hîc notat: ubicunque dicitur דָּמָיו בּוֹ, *sanguis ejus in eo est,* ibi intelligitur *lapidatio,* q. d. *ipse sibi lapidationis causa est.* Id colligit ex ver. 27. ubi dicitur, *lapidibus obruuntur,* דְּמֵיהֶם בָּם, *sanguis ipsorum in ipsis est.*

דָּמָה *similem esse, assimilari,* et semel transitivè, *assimilare,* Jer. VI. 2. item, *silere,* Psalm. XXXV. 15. et inde metaphoricè *destitit, quievit, cessavit,* Thren. III. 49. Jerem. XIV. 17. Chald. particip. præsens, דָּמֵה, *similis,* Dan. III. 25. fœm. דָּמְיָה, Dan. VII. 5. Niph. נִדְמָה, *similem fieri: exscindi, succîdi:* præt. נִדְמֵיתָ, *similis factus es,* Ezech. XXXII. 2. נִדְמֵיתִי, *exscindor, excisus sum,* Ies. VI. 5. particip. נִדְמֶה שֹׁמְרוֹן, *exscindetur Schomron,* Hos. X. 7. Pih.

דִּמָּה, *assimilavit, comparavit, cogitavit, imaginatus est, proposuit sibi.* præter. דִּמָּה לָנוּ, *cogitavit nobis,* id est, *contra nos,* 2 Sam. XXI. 5. כַּאֲשֶׁר דִּמִּיתִי, *sicut imaginatus sum mihi, proposui mihi,* Ies. XIV. 24. דִּמִּיתִיךְ, *assimilo te,* Cant. I. 9. דִּמִּינוּ, *cogitamus,* Psal. XLVIII. 10. fut. אֲדַמֶּה, *similitudines proponam,* Hos. XII. 10. Hithp. אֶדַּמֶּה, *assimilabo me,* Ies. XIV. 14. per syncopam pro אֶתְדַּמֶּה.

דְּמִי, m. *rescissio,* Ies. XXXVIII. 10.

דֳּמִי, masc. *silentium,* Ies. LXII. 6, 7.

דּוּמִיָּה, f. *silentium,* Psalm. XXII. 3. habet et vim nominis participialis, unde לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה, *tibi silentium laus est,* Psalm. LXV. 2. q. d. tam multiplex et tanta est laus tua, ut silere laudabilius sit, quam eloqui. Vide et Psal. XXXIX. 3. et adjectivè *silens, tacita,* Psal. LXII. 2.

דִּמְיוֹן, m. *similitudo:* affix. דִּמְיוֹנוֹ, *similitudo ejus,* Psal. XVII. 12.

דְּמוּת, f. idem, Ies. XIII. 4. aff. כִּדְמוּתֵנוּ, *secundum similitudinem nostram,* Gen. I. 26.

דָּם, m. idem: בְּדָמְךָ, *in similitudine tua,* Ezech. XIX. 10. id est, בִּדְמוּתְךָ, juxta Kimchium, quò etiam respexit Chaldæus. Sic alibi צוּרָם pro צוּרָתָם. Sic R. Salomon. vide et דוּם.

דָּמַם *siluit, conticuit:* metaphoricè, *quievit, acquievit, substitit, expectavit:* præter. וְלֹא דָמּוּ, *neque quiescunt,* Job. XXX. 27. imperat. דּוֹם, *subsiste,* Jos. X. 12. דֹּמּוּ, *subsistite,* 1 Sam. XIV. 9. fut. וָאֶדּוֹם, *et conticui,* Job. XXXI. 34. וַיִּדֹּם, *et substitit,* Jos. X. 13. ubi Dagesch et vocalis brevis sunt loco vocalis longæ Kametz, id quod in hoc genere verborum non infrequens est: simile vide in קָבַב. Niphil, נָדַם, idem: item, *exscindi, succidi:* præt. נָדַמּוּ, *succidentur,* Jer. XXV. 37. futur. cum ה paragogico, וְנִדְּמָה, *et sileamus ibi, in silentio vitam transigamus,* Jerem. VIII. 14. יִדְּמוּ, *exscindentur,* Jerem. XLIX. 26. Et irregulariter Dagesch ejecto, יִדְּמוּ, *conticescent,* Exod. XV. 16. ut et antea in prima persona: simile vide in תָּמַם in Niph. Pih. præter. דּוֹמַמְתִּי vide in דּוּם Hiph. præter. הֲדִמָּנוּ, *silere fecit nos, silentium indixit nobis,* Jerem. VIII. 14. Hithp. juxta quosdam, תִּדֹּמִּי, *exscindaris,* id est, *prorsus vasteris,* Jerem. XLVIII. 2. pro תִּתְדּוֹמְמִי.

דּוּמָם, vide in דּוּם.

דְּמָמָה, f. *silentium,* 1 Reg. XIX. 12.

דֹּמֶן דמן, m. *stercus, fimus,* Ps. LXXXIII. 11. כְּדֹמֶן, *sicut fimus,* 2 Reg. IX. 37.

מַדְמֵנָה, fœm. *stercorationis locus, sterquilinium,* juxta Aben Esram, Ies. XXV. 10. at Ies. X. 31. est proprium nomen loci.

דָּמַע *lachrymatus est:* infinit. cum futur. וְדָמֹעַ תִּדְמַע, *et lachrymando lachrymabit,* Jer. XIII. 17.

דֶּמַע, f. *lachryma:* metaphoricè *liquor,* veluti vini vel olei: affixo, מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ, *plenitudinem tuam et lachrymam tuam,* Exod. XXII. 28. id est, *frugum ac vini oleique primitias* ut dicitur Deut. XVIII. 4.

דִּמְעָה, f. *lachryma,* Psal. CXXVI. 5. constr. דִּמְעַת, Eccles. IV. 1. aff. אֶת־דִּמְעָתֶךָ, *lachrymas tuas,* Ies. XXXVIII. 5. plural. כָּלוּ בַדְּמָעוֹת,

deficiunt præ lachrymis, Thren. II. 11.

דְּמֶשֶׁק m. *angulus, latus,* idem quod פֵּאָה, ut Aben Esræ placet, Amos III. 12.

דֵּן דְּנָה, Chald. *ille, iste: illa, ista:* עַל רָזָא דְּנָה, *super arcano isto,* Dan. II. 18. ubi masc. דְּנָה עִם דְּנָה, *hoc cum illo,* Dan. II. 43. אַחֲרֵי דְנָה, *post hæc, posthac,* ver. 29. כְּדְנָה, *secundum hoc,* sic, *hujusmodi,* Jerem. X. 11. Dan. III. 29.

דּוֹנַג m. *cera,* Psal. LXVIII. 3. הָיָה לִבִּי כַּדּוֹנָג, *fuit cor meum sicut cera,* Psal. XXII. 15.

דָּעַךְ *exstinctus fuit:* præter. דָּעֲכוּ, *exstinguentur,* Ies. XLIII. 17. futur. יִדְעָךְ, *exstinguetur,* Prov. XX. 20. Niph. præt. נִדְעֲכוּ, *exstinguuntur,* id est, *diffluunt,* de aquis dictum, Job. VI. 17. Pyh. præt. דֹּעֲכוּ, *exstincti sunt,* Psal. CXVIII. 12.

דפה דֳּפִי, masc. *infamia, probrum:* בְּבֶן־אִמְּךָ תִּתֶּן דֹּפִי, *in filium matris tuæ dabis infamiam,* Psal. L. 20.

דָּפַק *pulsavit:* præt. וּדְפָקוּם, *et pulsaverint eas,* Gen. XXXIII. 13. particip. דּוֹפֵק, *pulsans,* Cant. V. 2. Hith. part. מִתְדַּפְּקִים עַל־הַדָּלֶת, *pulsantes januam,* Jud. XIX. 22.

דָּקַק *comminuit, comminutus fuit:* præt. דַּק לְעָפָר, *comminutus esset in pulverem,* Deuteron. IX. 21. Exod. XXXII. 20. Chald. דָּקוּ, *comminuta sunt,* Dan. II. 35. quasi à דוק ex forma quiescentium secundâ, ut non raro hæc cum defectivis secundâ radicali formas permutant. Futur. וְתָדֹק, *et comminues,* Ies. XLI. 15. יְדֻקֶּנּוּ, *comminuit ipsum,* Ies. XXVIII. 28. Hiph. præter. הֵדַק, *comminuit,* 2 Reg. XXIII. 15. infin. הָדֵק, *comminuendo,* Exod. XXX. 36. et irregulariter לְהֵדַק, 2 Par. XXXIV. 7. pro לְהָדֵק. futur. אֲדִקֵּם, *comminuam eos,* 2 Sam. XX. 43. accentu retracto, וַיָּדֶק, *et comminuit,* 2 Reg. XXIII. 6. Chaldaic. præter. fœmin. הַדֶּקֶת, *et comminuit,* Dan. II. 45. הַדִּקוּ, *comminuerunt,* Dan. VI. 25. particip. præs. מְהַדֵּק, *comminuens,* Dan. II. 40. et eliso ה characteristico: fœmin. מַדְּקָה, *comminuebat,* Dan. VII. 7. futur. fœm. תַּדִּק, *comminuet,* Daniel. II. 40. cum affixo וְתַדְקִנַּהּ, *et comminuet eam,* Dan. VII. 23. Hoph. futur. יוּדַק, *comminuetur,* Ies. XXVIII. 28.

דַּק, m. *minutus, tenuis, gracilis: minutum, res minuta,* Exod. XVI. 14. אוֹ־דַק, *aut gracilis, gracili corpore præditus,* Levit. XXI. 20. juxta Aben Esram: at R. Salomon exponit pro homine cujus oculus panniculo vel pelliculâ tenui obductus est: כַּדַּק, *sicut rem minutissimam,* Ies. XL. 15. fœm. דַּקָּה, Lev. XVI. 12. plur. וְדַקּוֹת בָּשָׂר, *et tenues carne,* Genes. XLI. 3.

דֹּק, m. *conopeum, aulæum, cortina,* Ies. XL. 22.

דָּקַר *transfixit, transfodit:* præt. אֵת־אֲשֶׁר דָּקָרוּ, *quem transfixerunt,* Zach. XII. 10. Niph. futur. יִדָּקֵר, *transfodietur,* Ies. XIII. 15. Pyh. particip. מְדֻקָּרִים, *transfixi,* Jerem. XXXVII. 10.

מַדְקֵרָה, f. *transfossio:* plural. constr. כְּמַדְקְרוֹת חָרֶב, *sicut transfossiones gladii,* Prov. XII. 18.

דַּר m. *Parius lapis, Parium mar-*

mor, candidum, juxta quosdam, Esth. I. 6. Rabbini *lapidem pretiosum* esse existimant: unde in Cod. Talmudico Megilla, cap. 11. fol. 12. legitur. Schmuel dixit: " Lapis pretiosus est in urbibus maritimis, dara vocatus: si ponatur in medio cænaculi, lucem præbet præsentibus. At qui de Schola Rabbi Ismaëlis fuerunt, docuerunt sic vocatum, quòd procreet דְּרוֹר, *libertatem* omnibus mercatoribus."

דרא דֵּרָאוֹן, m. *contemptus*, Dan. XII. 2. *fastidium, nausea*, Ies. LXVI. 24. est formæ זִכָּרוֹן.

דרב דָּרְבָן, m. *stimulus, aculeus*, 1 Sam. XIII. 12. plur. cum Cholem in medio, דָּרְבֹנוֹת, *aculei*, Eccl. XII. 11. propriè est *ferrum, ligno*, quod מַלְמַד, dicitur, *inditum*. Unde apud Talmudicos, מלמד שבלע הדרבן, *baculus, stimulus qui absorpsit aculeum*, id est, *ferreum aculeum infixum habens*, Kelim fol. 17.

דרג מַדְרֵגָה, f. *gradus, gradatio præceps, præcipitium:* בְּסֵתֶר הַמַּדְרֵגָה, *in latibulo præcipitii*, Cant. II. 14. plural. הַמַּדְרֵגוֹת, *præcipitia, gradus*, Ezechiel. XXXVIII. 20. Chaldæus, *turres*.

*דַּרְדַּר, vide infrà in דרר.

דָּרַךְ *calcavit, conculcavit: incessit, processit:* incessus enim est viæ calcatio. Ad arcum relatum, est *tetendit, intendit:* præterit. דָּרַךְ כּוֹכָב, *procedet stella*, Num. XXIV. 17. קַשְׁתּוֹ דָרַךְ, *arcum suum tetendit*, Psal. VII. 13. גַּת דָּרַךְ, *torcular calcavit*, Thren. I. 15. Hiph. הִדְרִיךְ, idem: item *incedere fecit, deduxit:* וְהִדְרִיךְ, *et deducet*, Ies. XI. 15. infin. juxta Kimchium עֵת הַדְּרִיכָה, *tempus calcandi eam*, Jer. LI. 33. cum Chirek sub ה loco Pathach.

דֶּרֶךְ, c. *via, iter; mos, ratio, consuetudo:* דֶּרֶךְ נָשִׁים לִי, *consuetudo mulierum est mihi*, Genes. XXXI. 25. בְּדֶרֶךְ מִצְרַיִם, *ratione Ægypti*, Ies. X. 24. affix. לְדַרְכּוֹ, *in viam suam*, Numer. XXIV. 24. dual. מְעִקֵּשׁ דְּרָכַיִם, *quam perversus duabus viis*, id est, *huc illuc se flectens*, Proverb. XXVIII. 6. plural. דְּרָכִים, *viæ*, Deuter. XXVIII. 7. constr. בְּדַרְכֵי־חֹשֶׁךְ, *per vias tenebrarum*, Prov. II. 13. aff. כִּדְרָכָיו, *secundum vias suas*, Ezech. XXXIII. 20.

מִדְרָךְ, masc. *calcatio, vestigium:* constr. עַד־מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל, *usque ad vestigium plantæ pedis*, Deut. II. 5.

*דַּרְכְּמוֹן, m. *drachma:* a Græcis videtur mutuo sumptum: plural. דַּרְכְּמוֹנִים, *drachmæ*, Esr. II. 69.

דרם דָּרוֹם, masc. *meridies, auster, plaga meridionalis:* אֶת רוּחַ הַדָּרוֹם, *ventum meridiei*, Ezechiel. XLII. 18. id est, *plagam australem:* יָם וְדָרוֹם, *occidentem et meridiem*, Deuter. XXXIII. 23. Rabbi Bechai notat, Deut. III. 27. sic dici quasi דר רום vel דֶּרֶךְ, *habitans* vel *incedens altè*, quòd sol illic procedat in altitudine sua.

דְּרָע Chald. m. *brachium:* plur. cum affix. דְּרָעוֹהִי, *brachia ejus*, Dan. II. 32. Hebr. זְרוֹעַ.

אֶדְרָע, masc. idem: בְּאֶדְרָע, *cum brachio*, Esr. IV. 23. Hebr. אֶזְרוֹעַ commutato ז in ד.

דְּרוֹר m. *libertas*, Levit. XXV. 10. *hirundo*, Psal. LXXXIV. 4. sic dicta, quòd libertatem habet nidificandi in hominum ædibus. Talmu-

dici ·אין דְּרוֹר אֶלָּא לְשׁוֹן הֵירוּת non significat דְּרוֹר nisi *libertatem:* Rosch haschana fol. 9. 2. et alibi: למה נקרא שמה צפור דרור שדרה בבית כבשדה, *quare vocatur nomen ejus avis libertatis? quia habitat in domo sicut in agro:* Betza fol. 241. videatur et R. Levi et Aben Esra, Prov. XXIX. 2.

דַּרְדַּר, m. *carduus, tribulus,* Gen. III. 18. Hos. X. 8. sic dictus, quia liberè et sua sponte in locis incultis crescit. Quòd Hebraicè dicitur, קוֹץ וְדַרְדַּר, id Græci dixerunt ἀκάνθας καὶ τριβόλους, et sic ad Heb. VI. 8.

דָּרַשׁ *quæsivit, inquisivit, perquisivit: requisivit, consuluit, sciscitatus, percunctatus est:* construitur cum accusativo, et variis præpositionibus ut, עַל, אֶל, לְ, בְּ, etc. præter. דָּרַשׁ בַּיהוָה, *requisivit Dominum,* 1 Par. X. 14. דָּרַשׁ לַבְּעָלִים, *requisivit Bahalimos,* 2 Par. XVII. 3. etc. infinitivus anomalus, לִדְרֵיוֹשׁ, *ad inquirendum,* Esr. X. 16. Niph. נִדְרַשׁ, *requiri, consuli:* præterit. נִדְרַשְׁתִּי, *quæsitus,* vel *exquisitus sum,* id est, adeò obviam et expositus fui, ut ultrò me invenirent, Ies. LXV. 1. similis locutio Psal. CXI. 2. infinit. cum futur. הַאִדָּרוֹשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם, *num consulendo consulor ab illis,* Ez. XIV. 3. cum א loco ה facilioris pronunciationis causâ.

מִדְרָשׁ, m. *commentarius, historia,* quasi inquisitorium vel repertorium dicas: constr. בְּמִדְרַשׁ, *in commentario,* 2 Par. XIII. 22. XXIV. 27.

דָּשָׁא *herbascere:* præt. דָּשְׁאוּ, *herbascunt,* Joël. II. 22. Hiph. fut. תַּדְשֵׁא, *herbascat,* Gen. I. 11.

דֶּשֶׁא, m. *herba tenera, herbula,* Gen. I. 11. voluntaria propriè et insativa, unde generaliter de omni terræ virore dicitur, juxta R. Salomonem: עֵשֶׂב autem quamlibet suo nomine appellatam. Chald. בְּדִתְאָא דִּי בָרָא, *in tenera herba agri,* Dan. IV. 12, 20. mutato pro more שׁ in ת.

דָּשָׁה, f. *herbilis,* juxta quosdam: כְּעֶגְלָה דָשָׁה, *sicut vitula herbilis,* Jerem. L. 11. quæ herbis pascitur, et augescit, juxta Kimchium in Comment. R. Sol. *sicut vitula triturans,* quæ scil. jugiter ex tritura comedit et pinguescit, quasi à דּוּשׁ.

דָּשֵׁן *saginatus, pinguefactus fui:* præter. וְדָשֵׁן, *et saginabitur,* Deut. XXXI. 20. Pih. דִּשֵּׁן, *pinguefecit:* item *decineravit, a cineribus purgavit, cineres removit: incineravit: in cineres redegit:* præterit. דִּשַּׁנְתָּ, *pingue* sive *delibutum reddis,* Psalm. XXIII. 5. וְדִשְּׁנוּ, *et accipient* sive *removebunt cineres,* Num. IV. 13. infin. לְדַשְּׁנוֹ, *ad excipiendos cineres ejus,* Exod. XXVII. 3. futur. יְדַשְּׁנֶה, *in cinerem redigat,* Psalm. XX. 4. pro יְדַשֵּׁן cum ה paragogico præter normam: simile vide suprà in בּוֹא futuro: תְּדַשֶּׁן־עָצֶם, *pinguefacit ossa,* Prov. XV. 30. Pyh. futur. יְדֻשָּׁן, *pinguefiet,* Ies. XXXIV. 7. תְּדֻשָּׁן, *pinguis efficietur,* Prov. XI. 25. Ex Hoph. et Hithp. compositum est præterit. הֻדַּשְּׁנָה, *pinguefiet,* Ies. XXXIV. 6.

דָּשֵׁן, masc. *pinguis,* Ies. XXX. 23. plur. דְּשֵׁנִים, *pingues,* Psalm. XCII. 15. constr. דִּשְׁנֵי־אֶרֶץ, *pingues terræ,* Psalm. XXII. 30.

דֶּשֶׁן, m. *pinguedo,* Psalm. LXIII. 6. item *cinis,* Levit. I. 16. construct. אֶת־דִּשְׁנִי, *pinguedinem meam,* Jud IX. 9.

דָּת f. *lex, edictum, jus,* Deuter.

XXXIII. 2. יֹדְעֵי דָת, *noscentes jus, periti juris,* Esth. I. 13. כְּדָת, *secundum jus, ex jure,* ver. 8. affix. אַחַת דָּתוֹ, *unum est jus ejus* sive *de eo,* Esth. IV. 11. constr. וְדָתֵי הַמֶּלֶךְ, *et jura regis,* Esth. III. 8. aff. וְדָתֵיהֶם, *et jura eorum,* ibid. Chald. דָּת, idem, Daniel. VII. 25. כְּדָת מָדַי, *secundum jus Medorum,* Dan. VI. 13. וְדָתָא נֶפְקַת, *et sententia egrediebatur,* Dan. II. 13. aff. דָּתְכוֹן, *sententia vestra,* ver. 9. plur. constr. דָּתֵי אֱלָהָךְ, *leges Dei tui,* Esr. VII. 25.

*דִּתְאָא, Chald. *herba,* Dan. IV. 12, 20. ex Hebræo דֶּשֶׁא mutato שׁ in ת.

*דְּתָבְרַיָּא, Chald. *legisperiti,* Dan. III. 2. R. Saadia, *consiliarii regii* דְּדָתֵיהֶם בָּרִיא, *quorum jus purum est.* וְדָתָם וַעֲצָתָם בְּרוּרָה, *quorum lex et consilium illustre.*

ה

הֵא *en, ecce:* Gen. XLVII. 23. Ezechiel. XVI. 43. Chald. הָא־כְדִי, *ecce sicut, perinde ac,* Dan. II. 43. et cum Kametz, הָא, Dan. III. 25.

*הֶאָח, vide in אָח.

*הַבְהָבַי הַבְהַב, vide in יָהַב.

הֶבֶל m. *vanitas,* Jer. XVI. 19. et aliâ formâ הֲבָל, unde construct. הֲבֵל, ut mox: aff. הֶבְלְךָ, *vanitatis tuæ,* Eccles. IX. 9. plural. הֲבֵל הֲבָלִים, *vanitas vanitatum,* Eccles. I. 2. constr. הַבְלֵי־שָׁוְא, *vanitates, res nihili,* Psalm. XXXI. 7. affix. בְּהַבְלֵיהֶם, *vanitatibus suis,* Deut. XXXII. 21.

הָבַל, Kal, *evanescere, vanum fieri vel effici:* futur. וַיֶּהְבָּלוּ, *et vani effecti sunt,* Jer. II. 5. תֶּהְבָּלוּ, *evanescatis,* Psal. LXII. 11. Hiph. partic. מַהְבִּלִים הֵמָּה אֶתְכֶם, *vanos efficiunt ipsi vos,* Jer. XXIII. 16.

הבן הָבְנִים, m. p. *ebena ligna,* juxta Kimehium, Ezech. XXVII. 15. Virg. sola India nigrum fert ebenum.

הבר *observare, contemplari:* particip. הֹבְרֵי שָׁמַיִם, *observatores cœlorum,* Ies. XLVII. 13. Aben Esra חַכְמֵי הַמַּזָּלוֹת, *peritos signorum cœlestium,* id est, *astrologos* exponit. Vox peregrina videtur, unde Kimchi ex Arabico deducit.

הָגָה *meditari,* et à mente ad os translatum, *effari, eloqui: mussitare: gemere,* de columbis: *rugire,* de leonibus: item *auferre, removere.* præt. הָגָה בְּרוּחוֹ, *aufert vento suo,* Ies. XXVII. 8. infin. הָגוֹ סִיגִים, *auferre scorias,* Prov. XXV. 4, 5. הֹרוֹ וְהֹגוֹ מִלֵּב, *concipere et effari ex animo verba falsa,* Ies. LIX. 13. cum Cholem ab initio loco Kametz. futur. אֶהְגֶּה כַּיּוֹנָה, *gemebam ut columba,* Ies. XXXVIII. 14. כַּאֲשֶׁר יֶהְגֶּה הָאַרְיֵה, *sicut rugit leo,* Ies. XXXI. 4. Pyh. præter. הֹגָה, *amotus fuit,* 2 Sam. XX. 13. pro הוּגָה. Hiph. particip. plur. הַמַּהְגִּים, *qui mussitant,* Ies. VIII. 19.

הֶגֶה, m. *sermo, loquela, gemitus,* Job. XXXVII. 2. Ezech. II. 10.

הָגִיג, m. *meditatio:* aff. הֲגִיגִי, *meditationem meam,* Psalm. V. 2. per geminationem secundæ radicalis.

הִגָּיוֹן, m. idem, Psalm. IX. 17. construct. וְהֶגְיוֹן לִבִּי, *et meditatio cordis mei,* Psalm. XIX. 15.

הָגוּת, f. idem: וְהָגוּת לִבִּי, *et meditatio cordis mei,* Psalm. XLIX. 4.

הגן הֲגִינָה, *recta,* Ezech. XLII. 12. הָגוּן, *rectum, decens, conveniens, honestum,* apud Rabbinos: et Targum אִתְּתָא מְהַגְּנָא, *mulier honesta et conveniens,* Gen. XXIV. 12. in Jonathane. הוֹגֶן, *decentia, decus, honestas,* apud Rabbinos.

הדד הֵידָד, *celeusma,* vox ovantium et se invicem hortantium, Ies. XVI. 9, 10. לֹא־יִדְרֹךְ הֵידָד, *non calcabit* (cum) *celeusmate,* Jerem. XLVIII. 33. contractè juxta quosdam וְלֹא הֵד הָרִים, *et non celeusmatis montium,* Ezech. VII. 7. id est, *echûs.*

הדה הָדָה *immisit, injecit:* præter. יָדוֹ הָדָה, *manum suam injiciet,* Ies. XI. 8. Aben Esra putat esse pro יָדָה. Chaldæus reddit אוֹשִׁיט, *extendet.*

הדך הָדַךְ *contrivit, contudit:* imper. וַהֲדֹךְ רְשָׁעִים, *et contunde improbos,* Job. XL. 12.

הדם הֲדֹם masc. *scabellum:* הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ, *scabellum pedibus tuis,* Ps. CX. 1.

הדם Chald. *membrum, frustum:* plur. הַדָּמִין תִּתְעַבְדוּן, *frusta efficiemini,* Dan. II. 5. sic Syrè דְנֵאבַד חַד הַדָּמָךְ, *ut pereat unum membrum tuum,* Matth. V. 29. Verbum הַדֵּם, *in membra, frusta concidere, discindere* in Targum: וְהַדְּמֵיהּ, *ac discidit illum,* Jud. XIV. 6. sic Jud. XIX. 29. וְהַדֵּימְתַּהּ, *ac discidi eam,* Jud. XX. 6. כְּמָא דִמְהַדְּמִין, *sicut qui discindunt,* Jud. XIV. 6.

הדס הֲדַס m. *myrtus,* Neh. VIII. 15. plural. בֵּין הַהֲדַסִּים, *inter myrtos,* Zach. I. 8.

הדף הָדַף *deturbavit, depulit, expulit, impulit:* præter. הֲדָפוֹ, *depulit eum,* Num. XXXV. 22. futur. יֶהְדָּפֶנּוּ, *depulerit eum,* ver. 20. cum Chateph-kametz sub Daleth, loco Scheva.

הדר הָדַר *honoravit, honorem habuit, exhibuit:* præter. וְהָדַרְתָּ פְּנֵי זָקֵן, *et honorem habebis faciei senis,* Levit. XIX. 32. particip. præt. הָדוּר, *honoratus, honorificè ornatus,* Ies. LXIII. 1. plur. הֲדוּרִים, vide in fine hujus radicis. futur. תֶּהְדַּר, *honorem exhibebis,* Levit. XIX. 15. Niph. præter. נֶהְדָּרוּ, *honore afficiuntur,* Thren. V. 2. Chald. in Pah. *honore afficere, glorificare:* præter. הַדַּרְתָּ, *glorificasti,* Dan. V. 23. הַדְּרֵת, *glorificavi,* Dan. IV. 31. particip. מְהַדַּר, *glorifico,* ver. 34. Hithp. futur. תִּתְהַדַּר, *decorem* vel *honorem tibi arroges,* Prov. XXV. 6.

הָדָר, m. *honor, decus, decor, majestas:* construct. וּמֵהֲדַר גְּאוֹנוֹ, *et propter decorem excellentiæ ejus,* Ies. II. 10. affix. הֲדָרִי, *decorem meum,* Mich. II. 9. plural. constr. בְּהַדְרֵי־קֹדֶשׁ, *in decoris* scil. *locis sanctitatis,* Psal. CX. 3.

הֶדֶר, mascul. idem: constr. הֲדַר מַלְכוּת, *decorem regni* sive *regium,*

Dan. II. 20. Chald. הַדְרָא, *decorem*, Dan. V. 18. affix. הַדְרִי וְזִיוִי, *decor meus et splendor meus*, Dan. IV. 33.

הֲדָרָה, fœmin. idem: construct. בְּהַדְרַת־קֹדֶשׁ, *in decoro sanctitatis*, Psal. XXIX. 2.

הֲדוּרִים, m. p. *tortuosa, inæqualia.* וַהֲדוּרִים אֲיַשֵּׁר, *et tortuosa rectificabo*, Ies. XLV. 2. ex usu Chaldaico. Nam הֲדַר, *redire, reverti*: unde הָדוּר, *tortuosum, reflexum* et variè rediens.

הָהּ *ah*, vox naturalis dolentis, Ezech. XXX. 2. aliâs אֲהָהּ, ut est suo loco.

הוּא *ille, ipse*: הַמָּקוֹם הַהוּא, *loci illius*, Genes. XXXII. 3. plural. הֵם, *ipsi*, et cum ה paragogico הֵמָּה, Genes. VI. 4. Chald. וְהוּה, *et ipse*, Dan. II. 21. plural. הִמּוֹן, Dan. II. 34. et per apocopam הִמּוֹ, Esr. IV. 10.

הוֹד m. *decus, decor, gloria, majestas*, frequenter cum superiore הָדָר conjungitur, ut הוֹד וְהָדָר, *decus et majestatem*, Psal. XXI. 6. affix. הוֹי הֹדֹה, *heu decus ejus*, Jer. XXII. 18. cum He loco Vau הוֹדְךָ, *decorem tuum*, Psal. VIII. 2.

הָוָה *fuit*: partic. וְאַתָּה הֹוֶה, *tu futurus es*, Neh. VI. 6. מָה הֹוֶה, *quid est*, vel *superest*, Eccles. II. 22. imperat. הֱוֵה גְבִיר, *esto herus* vel *dominus*, Gen. XXVII. 29. et cum א loco ה ex forma Chald. הֱוֵא־אָרֶץ, *esto terræ*, id est, *in terra* vel *super terram*, Job. XXXVII. 6. הֱוִי סֵתֶר, *esto latibulum*, Ies. XVI. 4. futur. יְהוּא, *erit*, Eccles. XI. 3. planè irregulariter pro יֶהֱוֶא. Chald. præt. הֲוָה vel הֲוָא, *fuit*, Esr. V. 11. fœm. הֲוָת, *erat*, ver. 5. הֲוַיְתָ, *fuisti*, Dan II. 31. הֲוֵית, *eram*, Dan. IV. 1. הֲווֹ, *fuerunt*, Esr. IV. 20. infin. לֶהֱוֵא, *ad essendum*, Dan. IV. 22. Cum ן paragogico לֶהֱוֹן, *ad existendum*, Dan. II. 43. aut est contractum pro לֶהֱוְיָהוֹן, *ut sint illa*, cum affixo, sicut et illud לָךְ לֶהֶוְיָן, *tibi ad existendum illa*, id est, *tua sunto*, pro לֶהֱוְיָן, Dan. V. 17. futur. תֶּהֱוֵה, *erit*, Dan. IV. 24. et in Aleph תֶּהֱוֵא, *sit*, Esr. VI. 8.

הֹוָה, f. *ærumna, pravitas*, Ezech. VII. 26. Ies. XLVII. 11.

הַוָּה, f. idem: constr. הַוַּת נַפְשׁוֹ, *ærumnam animæ suæ*, Mich. VII. 3. item *substantia*, id quod homini ex labore suo reliquum existit et remanet, quasi *existentiam* dicas, ut Græci οὐσίαν vocant: וְהַוַּת בּוֹגְדִים, *et substantiam perfidorum*, Proverb. X. 3. Chaldæus וְקִנְיָנָא דְרַשִׁיעֵי, *et possessionem impiorum*: וּבְהַוַּת, *et ærumnâ suâ*, Prov. XI. 6. pro בְּהַוָּתָם, ut R. Levi complet, adjuncto affixo, et sic Chaldæus, וּבִרְשִׁעֵיה, *et in impietate sua*: conferatur etiam præcedens versus: affix. בְּהַוָּתוֹ, *in substantia sua*, Psalm. LII. 9. וְהַיָּתִי, *et ærumnam meam*, Job. VI. 2. scriptum cum י, legendum per ו, הַוָּתִי. Sic Job. XXX. 13. plural. עַד יַעֲבֹר הַוּוֹת, *donec transeant ærumnæ*, Psal. LVII. 2. id est, *omnis et quæque ærumna*. Verbum תְּהוֹתְתוּ, quod hîc adducunt, vide infrà in התת.

יְהוָה, nomen *Dei* proprium ipsum ab essentia sua denominans, q. d. *ens, existens* ab æterno et in æternum. Interpres fidus D. Johannes in principio Apocalypseos, scribens: εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, *pax a qui est, qui erat et qui venturus est*, cap. I. 4. Idem Deus in-

nuere voluit nomine אֶהְיֶה, cùm dicere Mosen jussit: *Ehjeh misit me ad vos,* Exod. III. 14. et אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה, *sum qui sum, ero qui sum.* Hinc paraphrasticè redduntur in Exodo magno, Exod. III. Parascha 3. dixit Deus benedictus Mosi: dic eis, אני שהייתי ואני הוא עכשיו ואני הוא לעתיד לבוא, *ego qui fui, et ego idem nunc, et ego idem in futurum,* etc. Huc respexit paraphrastes in legem, qui Jonathanis titulo gaudet, inquiens: אֲנָא הוּא דַהֲוֵינָא וְעָתִיד לְמֶהֱוֵי שַׁדְּרַנִי לְוָתְכוֹן, *ego ille qui sum et qui futurus sum, misit me ad vos.* R. Bechai in Exodum, fol. 65. col. 4. Deus benedictus (inquit) imperat tribus temporibus, præterito præsenti et futuro, et nomen אהיה solum, complectitur tria ista tempora. Et mox; etiam בשם המיוחד nomine appropriato (יהוה) comprehenduntur tria ista tempora ut notum est omnibus. Inde David rex dixit: יְהוָֹה מָלָךְ, *Dominus regnavit,* Psalmus XCVII. 1. et XCIX. 1. יְהוָֹה מֶלֶךְ עוֹלָם וָעֶד, *Dominus rex est in perpetuum et sempiternum,* Psalm. X. 16. יִמְלֹךְ יְהוָֹה לְעוֹלָם *regnabit Dominus in sempiternum,* Psalm. CXLVI. 10. In libro טעמי מצות fol. 31. horum locorum mysterium explicatur, his verbis: Textus hic docet de Deo creatore, quòd est primus sine principio, et ultimus sine fine. Sic nomen ejus testatur de tribus existentiis seu existendi differentiis ejus, הֹוֶה הָיָה וְיִהְיֶה, præsenti, præterito et futuro, quæ sunt literæ ipsiusmet nominis appropriati יהוה, et profert tres הוויותיו existentias ejus voce regni et dominii, ad indicandum, quod ipse regnat et gubernat in mundo suo, sicut rex regit servos suos. Hæc ibi. Ob hanc causam apud priscos Hebræos in majori reverentia, longéque sanctiùs habitum fuit, quàm reliqua Dei nomina, quæ partim ab effectis, partim ab attributis ejus petita sunt, et pio quodam studio ab eo pronunciando abstinuerunt, ne quotidiano usu vilesceret et in vanum sumeretur, ut ea quæ subinde in ore sunt. Appellatum fuit שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת, *nomen filius quatuor literarum,* vel שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת, vel concisiùs, שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע, nempe *constans ex quatuor* scil. *literis,* Iod, He, Vau, He. Sic et Græcis τετραγράμματον dictum. Item שְׁמָא רַבָּא, *nomen magnum:* שֵׁם הַנִּכְבָּד, *nomen gloriosum:* שֵׁם הַמְיוּחָד, *nomen appropriatum:* שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ, *nomen separatum* vel *explicatum:* הַשֵּׁם, *nomen illud,* per synecdochen generis. Hoc postremum desumunt ex illo Levitici: וַיִּקֹּב בֶּן־הָאִשָּׁה הַיִּשְׂרְאֵלִית אֶת־הַשֵּׁם, *et exsecratus est filius mulieris istius Israëlitidis nomen,* τὸ ὄνομα, c. XXIV. 11. quod Jonathan reddit שְׁמָא רַבָּא וִיקִירָא, *nomen magnum et gloriosum:* Targum Jeruschalmi, שְׁמָא מְפָרְשָׁא, *nomen expositum.* Abstinentes ergo ab ejus pronunciatione, legerunt pro eo אֲדֹנָי, *Adonai,* cujus puncta vocalia nomini יהוה adjecta fuêre, nisi quòd pro Chateph-patach positum sit Scheva simplex sub י et sic יְהוָֹה lectum et pronunciatum fuit אֲדֹנָי, *Adonai.* At ipso nomine אֲדֹנָי continuò (sine interjecto accentu distinguente, ut Psalm. XVI. 2.) antecedente vel sequente, legerunt pro eo אֱלֹהִים, *Elohim,* ejusque puncta vocalia ipsi subjecta sunt, ut אֲדֹנָי יֱהֹוִה, quod lectum *Adonai Elohim:* alioquin enim bis legendum fuisset *Adonai Adonai.* Hæc inde patent, quòd Chatephsægol pro-

priè non competit literæ י, deinde ה in fine nunquam quiescit in Chirek. Præterea literæ serviles בוכלם nomini יהוה præfixæ, sequuntur naturam et affectiones vocis אֲדֹנָי in punctatione: ut בַּיהוָה quod legendum בַּאדֹנָי: nam aliâs scribendum fuisset בִּיהוָה ut dicitur בִּיהוּדָה. Item מֵיהוָה quod legendum מֵאֲדֹנָי: nam Tzere hîc ante י improprium est, et nonnisi gutturalem respicit ob ejectum Dagesch. Tum etiam literæ בגד כפת post יהוה scriptæ notantur cum Dagesch leni, quod non fieret, si litera ה in eo nomine esset quiescens, ut ex grammaticis notum. Lectum ergo et pronunciatum fuit vel per *Adonai*, *Dominus*, vel per *Elohim*, *Deus*. LXX. Græci ante Christum semper expresserunt illud per Κύριος, non, ut verisimile est, superstitiosâ Judæorum ratione moti, sed quòd suâ linguâ neque scribere neque enunciare possent. Carent enim aspiratione in media voce, quam litera ה requirit: carent etiam valore, quam litera ו in pronunciando requirit. Hinc suum υ in alienam naturam detorserunt in alienis nominibus exprimendis: ut Λευὶ לֵוִי, Δαυὶδ דָּוִד, Νινευῖται. Inde etiam in Romanis Οὐαλέριος, *Valerius*. Reddiderunt tamen illud per Κύριος, ut Hebræi per אדני. Sic et in Christiana ecclesia ab interpretibus per *Dominus* redditum fuit, usque ad Petrum Galatinum, ante quem non putatur aliquis scripsisse *Jehova* vel *Jehovi*. Prima hujus nominis reverentia, apud Judæos mox, ut omnia ferè, in superstitionem abiit. Plebi sub pœna mortis ejus pronunciatio vetita fuit: summi sacerdotes illud in templo Hierosolymitano, non alibi, et semel duntaxat in anno, in solenni illa benedictione populi, Num. VI. 24, 25. in festo propitiationis, pronunciarunt. Superstitio autem ut facilè se dilatat, ita hîc quoque mox excrevit. Dum nomen per se et juxta suas literas pronunciari illicitum esset, effictæ sunt ejus per certas literas et numeratas voces, mysticæ expositiones quædam, in quarum scientia magnæ latuerunt virtutes, magna inclusa miracula. Duæ autem potissimùm tetragrammati factæ sunt expositiones, una per literas duodecim, altera per literas quadraginta duas, id est; per voces quasdam, quæ totidem literas continebant. Harum crebra apud Rabbinos mentio, sed rara interpretatio, quoad veritatem. De ea nisi lis esset inter ipsos, facerent virtutes, ut Moses et Christus, quos credunt vi hujus nominis omnia sua facta miraculosa edidisse. De Mose legitur in libro Caphtor, fol. 56. 1. his verbis: ומשה לא נשתמש אלא בשמו הגדול וכל נפלאותיו אשר עשה היו בשם המפורש שהוא שם יהוה ואהיה אשר אהיה, *Moses non est usus nisi nomine isto maximo, et omnia miracula sua, quæ fecit, fuerunt per Schemhamphorasch*, id est, *nomen expositum, quod est ipsum nomen* יהוה, *et Ehjeh ascher Ehjeh*. Quod Christus per hoc nomen quoque miracula sua ediderit, probavit ante multos annos Purchetus, cujus locum adducit Lutherus in libro suo de Schemhamphorasch, ad quem lectorem remitto. Ejus tamen fabulæ illustrandæ causâ, hoc addo, quod apud Talmudicos reperi. Ut Christus in ea historia refertur descriptum Shemhamphorasch, inclusisse in discissam cutem pedis, et ex templo eduxisse, ut sic per ejus vim miracula postmodum ediderit: sic legitur quidam filius Satdæ per cæsuras cutis suæ præstigias eduxisse ex Ægypto. Verba textus sunt: הלוא בן סטדא הוציא כשפים ממצרים בסריטה שעל בשרו, *nonne filius Satdæ exportavit magias ex Ægypto per cæsuras, quas fecerat in carne sua:* Schabbath fol. 104. 2. Satda

hæc dicitur fuisse מִרְיַם מְגַדְּלָא נְשַׁיָּא, *Maria ornatrix mulierum, plicatrix capillorum muliebrium*, ut fieri solet puellis sponsis. Nam מְגַדְּלָא exponitur in glossa מְקַלַּעַת שֵׂיעָר נָשִׁים. *Implicans capillos mulierum*: Sanhedrin fol. 67. 1. editionis Venetæ. Maria hæc dicitur vixisse in templo secundo, אִמּוֹ שֶׁל פְּלוֹנִי. *mater τοῦ N.* (id est, Christi, cujus nomen sic solent reticere) Chagiga fol. 4. סְטַדָא, *Satda* dicitur, quasi סְטַת דָא, *declinavit ista*, scilicet ad scortationes, quia scortata est, ut scribit R. Salomon in Sanhedrin. Videntur hæc omnino eodem referenda, quò historia ista Purcheti. Sed videamus nominis tetragrammati expositionem per duodecim vel quadraginta duas literas.

Petrus Galatinus in libro De Arcanis Catholicæ Veritatis, cap. 11. et 12. expositionem hanc affert: prima est, אָב בֵּן וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ, id est, *Pater, Filius, et Spiritus Sanctus*, quæ voces duodecim continent literas. Altera quadraginta duarum literarum est, אַב אֵל בֵּן אֵל וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֵל אֲבָל לֹא שְׁלֹשָׁה אֱלֹהִים כִּי אִם אֱלֹהַּ אֶחָד, id est, *Pater Deus, Filius Deus, ac Spiritus Sanctus Deus: at non* (sunt) *tres dii, sed Deus unus*: alibi vidi, אָב אֱלֹהִים בֵּן אֱלֹהִים רוּחַ הַקֹּדֶשׁ אֱלֹהִים שְׁלֹשָׁה בְּאֶחָד אֶחָד בִּשְׁלֹשָׁה, id est, *Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, tres in uno, unus in tribus.* Magnum operæ pretium esset, hanc expositionem posse ex Rabbinorum libris firmari. R. Bechai in principio Geneseos fol. 5. col. 2. scribit, nomen quadraginta duarum literarum desumi ex primo et secundo versu principii Geneseos à litera ב vocis בראשית usque ad ב vocis וּבֹהוּ, quæ sunt 42. literæ, ex quarum varia et multiplici combinatione, Cabalistis notâ, fit nomen expositum per 42. literas. Nomen autem duodecim literarum, fit ex triplicata combinatione nominis יְהוָה. Sed videamus nunc varia Talmudistarum et Rabbinorum testimonia.

In codice Talmudico Kidduschin, cap. 4. fol. 71. legitur. Nomen quatuor literarum sapientes tradiderunt discipulis suis semel in septimana: alii dixerunt, bis. Rabh Nachman filius Jitzchak assensit illis qui dixerunt, semel, juxta illud: *hoc est nomen meum* לְעֹלָם, *in seculum*, Exod. III. 13. scriptum est לְעֹלָם, absque Vau in medio, quasi לְעַלֵּם, *ad abscondendum*, quod absconditum manere debuerit. Rabba existimans publicis concionibus nomen tetragrammaton explicandum esse; illi senex quidam regessit, scriptum esse לְעַלֵּם, *abscondi* debere. Rabbi Abhina objecit: scriptum est, *hoc est nomen meum*, item, *et hoc est memoriale meum*, Exod. III. 13. ergo duo fuerunt nomina? Respondit Deus: non sicut scribor, ita pronuncior: scribor per Iod He Vau He, nempe יהוה, sed pronuncior per Aleph Daleth, id est, אֲדֹנָי. Amplius docuerunt Rabbini: Nomen duodecim literarum principio tradiderunt cuilibet homini: cum autem multiplicarentur homines perfrictæ frontis et impudentes, tradebant illud tantùm verecundioribus et modestioribus ex genere sacerdotali: (nempe, ut eo benedicerent populo post sacrificium matutinum, addit Scholiastes) hi celerrimè et præcipitanter efferebant illud, dum fratres ipsorum sacerdotes, nomen tetragrammaton in solenni illa benedictione modularentur. Traditio alia. Dixit Rabbi Tarphon: Aliquando ascendi post avunculum meum in suggestum, et adverti aurem ad sacerdotem summum, et audivi quod celeriter pronunciaret et quasi absorberet nomen tetragrammaton inter modulationem sacerdotum. Dixit Rabh Jehuda: dixit Rabh; nomen quadraginta duarum

literarum non traditur nisi verecundo, humili, mediæ ætatis viro, non iracundo, non ebrioso, non pertinaci: quicunque illud novit et in pretio habet, conservatque purè, is dilectus est suprà et acceptus infrà (id est, in cælo et in terra) eumque reverentur ac metuunt homines, ac hæres fit utriusque seculi, hujus et futuri. Hæc illic. Scholiastes addit: Nomen autem duodecim et quadraginta duarum literarum non revelarunt nobis.

In Codice Pesachim, cap. 3. fol. 50. dixit Rabh Nachman filius Jitzchak: Non sicut mundus hic, ita mundus futurus erit. In mundo hoc scribitur nomen ejus per Iod He, nempe יְהוָה, et legitur per Aleph Daleth, nempe אֲדֹנָי: in mundo futuro erit unum idemque pronunciatum et scriptum, יְהוָה.

In Codice Sotah, cap. 7. fol. 37. benedicto sacerdotum (Numer. VI. 24.) quomodo fit? In provincia (id est, extra urbem Jerusalem) dicitur triplici benedictione, sed in sanctuario (id est, templo Hierosolymitano) unicâ tantùm: In sanctuario pronuntiat sacerdos nomen tetragrammaton uti scribitur, in provincia per cognomen ejus. Et paulò post: *sic benedicitote filiis Israëlis,* Num. VI. 23. anne per שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ id est, שֵׁם הַמְיוּחָד nomen proprium et essentiale sive ipsum tetragrammaton, an per כִּנּוּי cognomen ejus? Respon. Textus id docet me, ubi dicit: *et ponent nomen meum super filios Israël,* Num. VI. 27. *nomen meum,* id est, שְׁמִי הַמְיוּחָד לִי, *nomen proprium meum.*

In Codice Sanhedrin cap. 4. fol. 55. Blasphemans non fit reus, nisi quum expressè protulerit nomen tetragrammaton.

In eodem libro cap. 11. fol. 90. in principio capitis: Quicunque profert nomen tetragrammaton per literas suas vel secundum scripturam suam non est ipsi pars in futuro seculo. Scholiastes ad hunc aphorismum notat fol. 101. Quicunque profert, scilicet extra sanctuarium, non autem in sanctuario. Nam sacerdotes in sanctuario benedicebant populo per nomen istud. Vide etiam in Schevuoth fol. 36. 1.

In Codice Abhoda Sarah: cap. 1. fol. 18. editionis Venetæ: Abduxerunt R. Chaninam filium Teradjon, dicentes ipsi: qua ratione sic egisti in lege? respondit ipsis: sicut præcepit mihi יְהוָה, *Deus meus,* egi. Quo audito, protinus ipsum ad combustionem damnarunt, uxorem ejus ad necem, filiam ad lupanar. Ipsum ad combustionem, propterea quòd protulerat nomen tetragrammaton per literas suas, ex vi decreti per Abba Schaul lati: quicunque protulerit nomen tetragrammaton per literas suas, non habebit partem in futuro seculo, etc. Scholiastes addit, eum tenuisse quoque explicationem ejus per quadraginta duas literas, ejusque virtute fecisse quæcunque voluerit.

זְעֵר *modicum, pauxillum, pauculum, paulisper:* זְעֵיר שָׁם זְעֵיר שָׁם, *pauculum hîc, pauculum illic,* Ies. XXVIII. 10. כַּתַּר־לִי זְעֵיר, *exspecta, sustine me paulisper,* Job. XXXVI. 2. verbum זְעַר in Targum, *minui, diminui, parum, parvum esse* vel *fieri,* אַזְעֵר, *minuere, diminuere.* זְעֵיר, *parvus,* זְעֵירוּת, *paucitas.* זְעוּרָא, *minorennitas, pueritia.*

זְעֵירָה, Chald. fœm. *parvum,* Dan. VII. 8.

מִזְעָר, idem: וְנִשְׁאַר אֱנוֹשׁ מִזְעָר

…t remanebit homo pusillus, id est, perpauci reliqui fient, Ies. XXIV. 6.

זֶפֶת f. *pix*, Exod. II. 3. וְנֶהֶפְכוּ נְחָלֶיהָ לְזֶפֶת, *et convertentur flumina ejus in picem*, Ies. XXXIV. 9.

זָקֵן *senuit, consenuit:* præterit. כִּי זָקֵן, *quum senuisset*, Gen. XXVII. 1. אֲנִי זָקַנְתִּי, *ego senui*, Jos. XXIII. 2. futur. וַיִּזְקַן, *et senuit*, 2 Paral. XXIV. 15. Hiph. futur. יַזְקִין, *senuerit*, Job. XIV. 8.

זָקֵן, m. *senex*, Ies. III. 2. constr. זְקַן בֵּיתוֹ, *senem domus suæ*, Genes. XXIV. 2. plur. נְעָרִים וּזְקֵנִים, *pueros et senes*, Ies. XX. 4. לַזְּקֵנִים, *senioribus*, Ruth. IV. 9. const. אֶת־זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל, *seniores Israël*, Exod. III. 16. affix. וּזְקֵנָיו, *et seniores ejus*, Jos. VIII. 33. fœm. זְקֵנִים וּזְקֵנוֹת, *senes et anus*, Zach. VIII. 4.

זֹקֶן, masc. *senium, senectus:* כָּבְדוּ מִזֹּקֶן, *graves erant præ senio*, Genes. XLVIII. 10.

זָקָן, c. *barba:* זָקָן גְּדוּעָה, *barba rasa*, Ies. XV. 2. ubi fœmin. constr. זְקַן עֲמָשָׂה, *barbam Amasæ*, 2 Sam. XX. 9. affix. עַד יְצַמַּח זְקַנְכֶם, *donec reflorescat barba vestra*, 2 Sam. X. 5. ubi mascul. אֶת־פְּאַת זְקָנָם, *latus barbæ suæ*, Lev. XXI. 51.

זִקְנָה, f. *senectus*, Ies. XLVI. 4. construct. לְעֵת זִקְנַת שְׁלֹמֹה, *tempore senectutis Salomonis*, 1 Reg. XI. 4. aff. אַחֲרֵי זִקְנָתָהּ, *post senectutem ejus*, Gen. XXIV. 36.

זְקֻנִים, m. p. *senectus:* בֶּן זְקֻנִים, *filius senectutis*, Genes. XXXVII. 3. affix. לִזְקֻנָיו, *in senectute ejus*, Genes. XXI. 2.

זָקַף *erexit:* part. זֹקֵף כְּפוּפִים, *erigens incurvatos*, Psal. CXLVI. 8. Chald. partic. Pehil וּזְקִיף, *et erigetur*, Esr. VI. 11.

זָקַק *fudit, effudit, liquavit*, futur. יָזֹקּוּ, *liquant*, Job. XXVIII. 1. יָזֹקּוּ מָטָר *fundebant pluviam*, Job. XXXVI. 27. Pih. זִקֵּק, *liquavit, liquando purgavit, defæcavit*, præter. וְזִקַּק אֹתָם, *liquabit* vel *defæcabit eos*, Mal. III. 3. Pyh. particip. זָהָב מְזֻקָּק, *aurum defæcatum*, 1 Paral. XXVIII. 18. plur. שְׁמָרִים מְזֻקָּקִים, *fæcium fusarum, expurgatarum* sive *defæcatarum*, Ies. XXV. 6.

זִקִּים, m. p. *catenæ, compedes:* בְּזִקִּים, *cum catenis*, Psalm. CXLIX. 8. אֲסוּרִים בַּזִּקִּים, *vincti compedibus*, Job. XXXVI. 8. Et cum א quiescente, אָסוּר בָּאזִקִּים, *vinctus catenis*, Jer. XL. 1. מִן־הָאזִקִּים, *a catenis istis*, ver. 4. Chaldaicum est, unde pro נְחֻשְׁתַּיִם, 2 Sam. III. 34. Targum habet, לְזִקִּין דִּנְחָשׁ, *compedibus chalibeis* Et זְקַק, *vincire, ligare:* וּמַלְכֵיהוֹן זְקִיקִין, *et reges ipsorum vincti fuerunt*, Ies. LX. 11.

זָרַב *diffluere, diffundi.* Pyh. fut. בְּעֵת יְזֹרְבוּ, *quo tempore diffluunt*, Job. VI. 17. Ampliùs non reperitur. Talmudici habent, דִּמְזַדְּרֵב זְעֵירָא, *ut diffluat*, vel *effundatur parum:* לְאִזְדַּרְבוּיֵי, *ad effundendum*. זַרְבָּאָה, *affluentia*, Prov. XV. 16. in Targum, זַרְבוּב, *fusorium, fistula canthari.*

זָרָה *ventilavit, sparsit, dispersit:* partic. זֹרֶה אֶת־גֹּרֶן, *ventilans aream* sive *in area*, Ruth. III. 2. infin. לֹא לִזְרוֹת, *non ad ventilandum*, Jer. IV. 11. imper. זְרֵה הָלְאָה, *disperge illuc*, Num. XVII. 2. futur. וָאֶזְרֵם

בְּמִזְרֶה, *et ventilabo eos ventilabro,* Jer. XV. 7. per apocopam, וַיִּזֶר, *et dispersit,* Exod. XXXII. 20. Niph. infin. בְּהִזָּרוֹתֵיכֶם, *quum dispersi fueritis,* Ezech. VI. 8. futur. וַיִּזָּרוּ, *et dispersi sunt,* Ezech. XXXVI. 19. Pih. præt. וְזֵרָם, *et disperget eos,* 1 Reg. XIV. 15. Et aliâ significatione, *cingere,* unde זֵרִיתָ, *cingis, circumplecteris,* Psalm. CXXXIX. 3. partic. מְזָרֵה יִשְׂרָאֵל, *dispergens Israëlem,* Jerem. XXXI. 10. plural. וּמִמְּזָרִים קָרָה, *et à dispergentibus frigus,* Job. XXXVII. 9. id est, *ventis aquilonaribus,* qui nubes dispellunt et frigus efficiunt, ut R. Levi explicat. Pyh. particip. præsens, זֹרֶה, *quæ ventilata fuerit,* Ies. XXX. 24. et cum Schurek loco Cholem, ut quidam volunt, וְהַזּוּרֶה, *et qui aspergitur,* Ies. LIX. 5. de quo vide etiam in זוּר. futur. יְזֹרֶה, *spargitur,* Job. XVIII. 15. Hiph. futur. וַתְּזָרֵנִי, vide in אָזַר.

זֵר, m. *limbus, corona,* à cingendo, Exod. XXV. 24. aff. מִתַּחַת לְזֵרוֹ, *infra limbum ejus,* Exod. XXX. 4.

זָרָא, *dispersio* juxta quosdam: vide et suprà in זוּר.

זֵרִים, m. *ventilatores,* Ies. LI. 2.

מִזְרֶה, m. *ventilabrum,* Jerem. XV. 7.

זַרְזִיף m. *irrigatio,* juxta Aben Esram, Psalm. LXXII. 6. vel *stillæ, stillatio,* juxta R. Salomonem.

זַרְזִיר masc. *accinctus:* זַרְזִיר מָתְנַיִם, *accinctus lumbis,* scilicet *equus,* Prov. XXX. 31. id est, *generosus, pugnax, sternax, ad malitiam strenuus,* à verbo זָרַז, quod Chaldaicè est *cingere, accingere,* R. Levi *vertagus lelaps,* id est, *canis venaticus, tener lumbis,* hoc est, *alacer et habilis ad cursum et venationem.* Chaldæus, אַכְבָּא, *gallus.*

זָרַח *ortus, exortus fuit:* futur. יִזְרַח שֶׁמֶשׁ, *orietur sol,* 2 Sam. XXIII. 4.

זֶרַח, m. *ortus:* aff. לְנֹגַהּ זַרְחֵךְ, *ad splendorem ortus tui,* Ies. LX. 3.

אֶזְרָח, m. *indigena,* quasi ibi, ubi vivit oriundus, Levit. XVI. 29. כְּאֶזְרָח רַעֲנָן, *sicut arbor indigena virens,* Psalm. XXXVII. 35. constr. וּכְאֶזְרַח הָאָרֶץ, *et sicut indigena terræ,* Exod. XII. 48.

מִזְרָח, m. *ortus, oriens,* pars mundi orientalis: לַמִּזְרָח, *ad orientem,* Neh. III. 26. constr. מִזְרַח שֶׁמֶשׁ, *ad ortum solis,* Deut. IV. 47.

זָרַם *inundavit:* præt. זְרַמְתָּם, *inundasti eos,* Psal. XC. 5. Pih. præt. זֹרְמוּ מַיִם עָבוֹת, *exundarunt aquas nubes,* Psalm. LXXVII. 18. Cholem est loco Tzere.

זֶרֶם, m. *inundatio,* Hab. III. 10.

זִרְמָה, f. *fluxus:* constr. et cum aff. וְזִרְמַת סוּסִים זִרְמָתָם, *et sicut fluxus equorum fluxus eorum,* Ezech. XXIII. 20.

זָרַע *seminavit, sevit:* præter. אִם־זָרַע, *quum sevisset,* Jud. VI. 3. זָרְעוּ חִטִּים, *seminarunt tritica,* Jer. XII. 13. Niph. præter. נִזְרַעְתֶּם, *seminabimini,* Ezechiel. XXXVI. 9. נִזְרְעָה זָרַע, *seretur semine,* Num. V. 28. futur. זֶרַע זֵרוּעַ אֲשֶׁר יִזָּרֵעַ, *semen sativum, quod seminari solet,* Lev. XI. 37. Pyh. præter. אַף בַּל־זֹרָעוּ, *etiam non sati sunt,* Ies. XL. 24. Hiph. particip. מַזְרִיעַ זֶרַע, *sementans semen,* Genes. I. 11. futur. כִּי תַזְרִיעַ, *quum seminificaverit,* Levit. XII. 2.

זֶרַע, m. *semen, sementis:* זֶרַע אַחֵר,

semen aliud, Genes. IV. 25. affixo, זַרְעוֹ־בוֹ, *semen ejus in eo,* Gen. I. 11. plural. cum affix. וְזַרְעֵיכֶם, *et semina vel sata vestra,* 1 Sam. VIII. 15. Chald. בִּזְרַע אֲנָשָׁא, *semine humano,* Dan. II. 43.

זֵרָע, idem: construct. כְּזֶרַע גַּד, *sicut semen coriandri,* Num. XI. 7.

זֵרוּעַ, m. *sativum,* Levit. XI. 37. plural. cum affix. זֵרוּעֶיהָ, *sata sua,* Ies. LXI. 11.

זְרוֹעַ, c. sed f. sæpiùs, *brachium, lacertus, armus,* Deut. XXXIII. 20. אֶת־הַזְּרֹעַ בְּשֵׁלָה, *armum coctum,* Num. VI. 19. affix. וְנַחַת זְרוֹעוֹ, *et descensum brachii sui,* Ies. XXX. 30. plural. וּזְרֹעִים, *et brachia,* Dan. XI. 31. construct. זְרֹעֵי יָדָיו, *brachia manuum ejus,* Genes. XLIX. 24. affix. בֵּין זְרֹעָיו, *inter brachia ejus,* 2 Reg. IX. 24. et formâ fœm. זְרֹעֹת עוֹלָם, *brachia æterna,* Deut. XXXIII. 27. affix. וְשִׁבַּרְתִּי אֶת־זְרֹעֹתָיו, *et conteram brachia ejus,* Ezechiel. XXX. 22.

זֵרֹעִים, m. p. *legumina,* Dan. I. 12.

זֵרְעֹנִים, m. p. idem, Dan. I. 16.

אֶזְרוֹעַ, f. *brachium,* Jer. XXXII. 21. affix. וְאֶזְרֹעִי, *et brachium meum,* Job. XXXI. 22.

מִזְרָע, m. *sementis:* constr. מִזְרַע יְאוֹר, *sementis rivorum,* Ies. XIX. 7.

זָרַק *sparsit, aspersit, conspersit, inspersit:* præt. וַחֲצִי הַדָּם זָרַק, *et dimidium sanguinis sparsit,* Exod. XXIV. 6. Pyh. לֹא זֹרַק, *non fuit aspersa,* Num. XIX. 13.

מִזְרָק, m. *crater,* quia ex eo aspersiones fiebant: מִזְרָק אֶחָד, *crater unus,* Num. VII. 13. plur. כַּמִּזְרָקִים, *quasi crateres,* Zach. XIV. 20. const. מִזְרְקֵי כֶסֶף, *crateres argentei,* Num. VII. 84. בְּמִזְרְקֵי יַיִן, *in crateribus vini,* Amos VI. 6. et fœmin. וְאֶת־הַמִּזְרָקוֹת, *et crateres,* 1 Reg. VII. 40. affix. וּמִזְרְקֹתָיו, *et crateres ejus,* Exod. XXVII. 3.

זֶרֶת m. *spithama,* mensura digitorum extensorum, continens dimidium cubiti majoris sive sacri, qui constabat sex palmis: unde spithama fuit trium palmorum, sive duodecim digitorum, ut notat Kimchi in libro Radicum: זֶרֶת אָרְכּוֹ, *spithama longitudo ejus,* Exod. XXVIII. 16. זֶרֶת הָאֶחָד, *spithamæ unius,* Ez. XLIII. 13.

ח

חבא Hiph. הֶחְבִּיא, *abscondit, abdidit, occultavit,* præter. הֶחְבִּיאָנִי, *abscondit me,* Ies. XLIX. 2. fœmin. cum duplicata litera fœmin. gen. הֶחְבְּאָתָה, *abscondit,* Jos. VI. 17. simile vide in פלא. futur. וָאַחְבִּא, *et occultavi,* 1 Reg. XVIII. 13. Hoph. præt. הָחְבָּאוּ, *abduntur,* Ies. XLII. 22. Niph. נֶחְבָּא, *abscondi, abscondere se, latitare, delitescere:* præter. כִּי נֶחְבָּא, *quia absconderat sese,* Jud. IX. 5. לָמָּה נַחְבֵּאתָ לִבְרֹחַ, *quare abscondisti te fugiendo?* Gen. XXXI. 27. id est, *ut quid clam fugisti?* part.

נֶחְבָּאִים, *absconditi, latitantes,* Jos. X. 17. infin. נֵחָבֹה לֹא יוּכָל, *latitare non poterit,* Jer. XLIX. 10. cum ה loco א, et characteristica conjugationis, נ. Pyh. præt. חֻבְּאוּ, *occultantur,* Job. XXIV. 4. Hith. præt. הִתְחַבְּאוּ, *absconderant sese,* 1 Sam. XIV. 11. part. מִתְחַבֵּא, *latitans,* 2 Reg. XI. 3.

מַחֲבֶא, masc. *absconsio:* constr. מַחֲבֵא, Ies. XXXII. 2.

מַחֲבֹאִים, m. p. *latibula, latebræ,* 1 Sam. XXIII. 23.

חָבַב *dilexit,* part. חֹבֵב עַמִּים, *diligis populos,* Deuter. XXXIII. 3. infinit. בְּחֻבִּי, *in diligere me,* id est, *præ dilectione mei,* Job. XXXI. 33. Targum, בְּעִטְפִּי, *in sinu meo,* et sic Vulgata Latina. Sic certe חוּבָּא vel חֻבָּא sumitur in Jonathane et Targum Hierosol. in legem, pro Hebr. חֵיק, ut Exod. IV. 6, 7. Dicitur ergo sic *sinus,* a חבה vel חבא, quia in eo aliquid recondere solemus.

חָבָה *latitavit, abscondit se:* imperat. fœm. חֲבִי כִמְעַט־רֶגַע, *latita quasi exiguo momento,* Ies. XXVI. 20.

חֶבְיוֹן, m. *absconsio,* Hab. III. 4.

מַחֲבַת, vide infrà in חבת.

חָבַט *excussit, decussit:* partic. חֹבֵט חִטִּים, *excutiebat triticum,* Jud. VI. 11. futur. תַחְבֹּט זֵיתְךָ, *decuties olivas tuas,* Deut. XXIV. 20. Niph. fut. יֵחָבֶט קֶצַח, *excutitur melanthium sive nigella,* Ies. XXVIII. 27.

חָבַל *pigneratus est, pro pignore, in pignus accepit:* item ex usu Chaldaico, *corrupit, perdidit, destruxit.* Præt. חֲבֹל לֹא חָבָל, *pignus non pignoretur,* id est, *accipiat,* Ezechiel. XVIII. 16. חֲבֹל חָבַלְנוּ לָךְ, *corruptione corrupimus nos tibi,* id est, *omnibus modis corruptè contra te egimus,* ut Hebræi explicant, Nehem. I. 7. partic. נֶפֶשׁ הוּא חֹבֵל, *animam ipse pignore acciperet,* Deut. XXIV. 6. plural. חֹבְלִים vide inter nomina. particip. Pahul, בְּגָדִים חֲבֻלִים, *vestes in pignus acceptas:* infin. אִם־חָבֹל תַּחְבֹּל. *Si pignerando pigneraberis,* i. e. *in pignus acceperis,* Exod. XXII. 25. imper. חֲבְלֵהוּ, *pignerare eum,* Prov. XX. 16. et Pathach est loco Chirek ex terminatione פְּעַל. Quidam volunt ex Pihel esse, deficiente Dagesch: at ea significatio in Pihel inusitata est. futur. לֹא אֶחְבֹּל, *non destruam,* Job. XXXIV. 31. Niph. futur. יֵחָבֶל לוֹ, *corrumpetur sibi,* id est, *ipse,* Proverb. XIII. 13. Pih. חִבֵּל, *corrumpere, perdere:* item, *parturire, eniti:* præter. וְחִבֵּל אֶת־מַעֲשֵׂה יָדֶיךָ, *et perdet opus manuum tuarum,* Eccl. V. 5. חִבְּלַתְךָ אִמֶּךָ, *enixa est te mater tua,* Cant. VIII. 5. part. מְחַבְּלִים כְּרָמִים, *corrumpentes vineas,* Cant. II. 15. fut. יְחַבֶּל־אָוֶן, *parturiet vanitatem,* Psalm. VII. 15. Chald. præter. חַבְּלוּנִי, *perdiderunt, læserunt me,* Dan. VI. 23. infinit. לְחַבָּלָא, *ad destruendum,* Esr. VI. 12. imp. וְחַבְּלוּהִי, *et perdite eam,* Dan. IV. 20. Pyh. præter. וְחֻבַּל, *et perdetur,* Ies. X. 27. רוּחִי חֻבָּלָה, *spiritus meus corruptus est,* Job. XVII. 1. Chald. ex Ithpah. futur. תִּתְחַבַּל, *destruetur, perdetur,* Dan. II. 44.

חֲבָל, m. Chald. *corruptio,* Dan. III. 25. et cum Aleph, חֲבָלָא, *perditio, ruina,* Esr. IV. 22.

חֲבוּלָה, f. Chald. *perditum, cor-*

ruptum, corruptela, læsio, Dan. VI. 23.

חֶבֶל, m. *corruptio, perditio:* Mich. II. 10. *funis, funiculus, laqueus,* Job. XVIII. 10. Eccles. XII. 6. בַּחֶבֶל, *fune,* Jos. II. 15. metonymicè, *pars, portio hæreditatis,* quæ funiculis mensoriis dividebatur, Amos VII. 17. Deut. XXXII. 9. Jos. XVII. 14. *tractus,* Deut. III. 4. Soph. II. 5. et hac significatione, gen. com. est. *Turba, caterva,* 1 Sam. X. 5. affix. חַבְלוֹ, *funiculus ejus,* Job. XVIII. 10. חַבְלֵהוּ vide in Kal: plurale, חֲבָלִים, *funes,* 2 Sam. VIII. 2. חֲבָלִים נָפְלוּ לִי, *funiculi acciderunt mihi,* Psalm. XVI. 6. id est, *possessiones peculiares:* construct. חֶבְלֵי רְשָׁעִים, *catervæ improborum,* Psal. CXIX. 61. חַבְלֵי מְנַשֶּׁה, *partes Menassis,* Jos. XVII. 5. בְּחַבְלֵי בוּץ, *funibus byssinis,* Esth. I. 6. affix. כָּל־חֲבָלָיו, *omnes funes ejus,* Ies. XXXIII. 20.

חֵבֶל, m. *dolor gravissimus, tormina,* quæ hominem quasi fune arctissimè constringunt, quomodo et de *doloribus parturientium* usurpatur, Ies. LXVI. 7. plural. חֲבָלִים, *dolores, tormina,* Ies. XIII. 8. Jerem. XXII. 23. construct. וְחֶבְלֵי־מָוֶת, *et dolores mortis,* Psalmus XVIII. 5. חֶבְלֵי יוֹלֵדָה, *dolores parturientis.* Hos. XIII. 13. aff. חֶבְלֵיהֶם, *dolores suos,* Job. XXXIX. 6. בַּחֲבָלֶיהָ, *in doloribus suis,* Ies. XXVI. 17.

חֲבֹל, m. *pignus,* Ezech. XVIII. 12. et XXXIII. 15. fœm. חֲבֹלָה unde cum aff. חֲבֹלָתוֹ, *pignus suum,* Ezech. XVIII. 7.

חִבֵּל, m. *malus,* arbor navis à multis funibus ei alligatis sic dictus, Prov. XXIII. 34.

חֹבֵל, m. *gubernator nauticus, nauta, nauclerus.* רַב הַחֹבֵל, *magister gubernatoris nautici,* id est, *supremus nauclerus, reliquis præfectus,* Jon. I. 6. plur. חֹבְלִים nomen baculi pastoralis, Zach. XI. 7, 14. de cujus etymologia variant interpretes. כֹּל חֹבְלֵי הַיָּם, *omnes gubernatores maris,* id est, *marini,* Ezech. XXVII. 29. aff. חֹבְלָיִךְ, *gubernatores nautici tui,* ver. 8.

תַּחְבּוּלוֹת, f. p. *solertiæ, consilia industria ac prudentia,* Prov. I. 5. וּבְתַחְבֻּלוֹת, *et prudentibus consiliis,* Prov. XX. 18. aff. בְּתַחְבּוּלֹתָו, *prudentibus consiliis suis,* Job. XXXVII. 12.

חבץ חֲבַצֶּלֶת, f. *rosa, lilium,* Cant. II. 1. Ies. XXXV. 1. priori loco in Targum redditur, וַרְדָּא, *rosa,* in altero שׁוֹשַׁנַּיָּא, *lilia.* Deinde Hebræum שׁוֹשַׁנִּים, Cant. VI. 1. in Targum redditur וַרְדִּין, *rosæ.*

חָבַק *amplexus, amplexatus fuit:* particip. חֹבֵק אֶת־יָדָיו, *amplectitur, complicat manus suas,* Eccles. IV. 5. fœm. חֹבֶקֶת בֵּן, *amplexatura es filium,* 2 Reg. IV. 16. infin. עֵת לַחֲבוֹק, *tempus amplectendi,* Eccles. III. 5. Pih. חִבְּקוּ־צוּר, *amplectuntur rupem,* Job. XXIV. 8. infin. מֵחַבֵּק, *ab amplectendo,* Eccles. III. 5.

חִבּוּק, m. *amplexus, complicatio,* Prov. VI. 10.

חָבַר *sociatus, associatus, consociatus, conjunctus fuit:* præt. חָבְרוּ אֶל־עֵמֶק, *sociarunt se ad vallem,* Genes. XIV. 3. part. חֹבֵר, *socians.* Hoc in specie dicitur de eo, qui adjurando et incantando serpentes aut alia noxia animali consociat, ut ip-

sorum opera sine noxa utatur, unde *incantans*, redditur. Semper adjunctum habet nomen conjugatum חֶבֶר. Vide illic. fœm. plural. חֹבְרֹת, *conjuncta*, Exod. XXVI. 3. part. Pahul constr. חֲבוּר עֲצַבִּים, *conjunctus idolis*, Hos. IV. 17. Pih. חִבֵּר, *consociavit, conjunxit, composuit.* præter. וִירִיעוֹת חִבֵּר, *aulæa conjunxit*, Exod. XXXVI. 10. inf. לְחַבֵּר, *ad conjungendum*, Exod. XXXVI. 18. Pyh. præter. וְחֻבָּר, *et conjungatur*, Exod. XXVIII. 7. fœm. שֶׁחֻבְּרָה לָּהּ, *quæ conjuncta est sibi*, Psalm. CXXII. 3. futur. הֲיְחָבְרְךָ, *an consociaretur tibi*, Psalm. XCIV. 20. pro הֲיִתְחַבֵּר עִמְּךָ, *num consociabitur tecum.* Hiph. futur. אַחְבִּירָה עֲלֵיכֶם בְּמִלִּים, *componerem contra vos sermones*, Job. XVI. 4. Hithp. præter. אֶתְחַבַּר, *consociavit se*, 2 Paral. XX. 35. pro הִתְ ex forma Chaldaica: simile in שֻׁלַּל. infin. בְּהִתְחַבֶּרְךָ, *cum consociaveris te*, ibid. ver. 37. futur. יִתְחַבָּרוּ, *consociabunt se*, Dan. XI. 6. cum Kametz propter accentum.

חָבֵר, m. *socius, sodalis, consors*, Prov. XXVIII. 24. aff. יָקִים אֶת חֲבֵרוֹ, *eriget socium suum*, Eccles. IV. 10. plural. חֲבֵרִים, Cant. VIII. 13. construct. חַבְרֵי גַנָּבִים, *socii furum*, Ies. I. 23. aff. חֲבֵרָיו, *socii ejus*, Ies. XLIV. 11. Chald. חַבְרוֹהִי, *sociis suis*, Dan. II. 17. fœm. חֲבֶרֶת, *socia*: aff. וְהִיא חֲבֶרְתְּךָ, *et ipsa est socia tua*, Malach. II. 14. Chald. plural. מִן חַבְרָתַהּ, *præ sociis suis*, Dan. VII. 20.

חַבָּר, m. idem. plural. חַבָּרִים, *socii*, Job. XL. 30.

חֶבֶר, m. *societas, sodalitium, consociatio*, Prov. XXI. 9. *incantatio*: חֹבֵר חָבֶר, *incantans incantatione*, id est, *utens incantatione, incantator, adjurator incantando*, Deut. XVIII. 11. plural. חֹבֵר חֲבָרִים, *incantans incantationibus*, Psalm. LVIII. 6. dicitur ut קֹסֵם קְסָמִים, *divinans divinatione* vel *divinationes*, id est, *utens divinationibus*, Deut. XVIII. 10. aff. בְּעָצְמַת חֲבָרַיִךְ, *propter multitudinem incantationum tuarum*, Ies. XLVII. 9. Talmudici duplicem faciunt incantationem, magnam, quâ magna animalia; parvam, qua reptilia, serpentes, scorpii incantando consociantur. Hæc faciens dicitur חובר: Sanhedrin fol. 65. Meminit horum Kimchi in lib. Radicum. fœmin. חֶבְרָה, *sodalitium*, Job. XXXIV. 8.

חַבּוּרָה, f. *plaga, tumex, tumor livens*, Exod. XXI. 25. unde Aben Esra scribit, Ies. I. 6. חבורה מכה שתתחבר אליה הלחה, *Chabbura est plaga in qua congregatur sanies.* aff. לְחַבֻּרָתִי, *ad tumicem meum*, Gen. IV. 23. plural. חַבֻּרוֹת, Prov. XX. 30. aff. חַבּוּרֹתָי, *tumices mei*, Ps. XXXVIII. 6.

חַבּוּרָה, f. idem: affix. וּבַחֲבֻרָתוֹ נִרְפָּא לָנוּ, *et in tumice ejus fit curatio nobis*, Ies. LIII. 5.

חוֹבֶרֶת, f. *junctura; commissura*, Exod. XXVI. 4. est formæ חֹתֶמֶת, *obsignatio*, כֹּתֶרֶת, *cinctura.*

חֲבַרְבֻּרוֹת, f. p. *liventes maculæ*, Jer. XIII. 23.

הִתְחַבְּרוּת, f. *consociatio*, Dan. XI. 23. nomen ex conjugatione Hithp. factum, quæ forma Chaldæis et Rabbinis frequens est.

מַחְבֶּרֶת, f. *junctura, commissura*, Exod. XXVI. 4. aff. מַחְבַּרְתּוֹ, *commissuræ ejus*, Exod. XXVIII. 27.

מְחַבְּרוֹת, f. p. idem, 1 Par. XXII. 3. 2 Par. XXXIV. 11.

חָבַשׁ *ligavit, alligavit, obligavit: stravit, instravit* jumentum, quod fit ligatione cingulorum: *accinxit.* præterit. וְחָבַשְׁתָּ לָהֶם, *et alligabis eis,* Exod. XXIX. 9. part. לֹא אֶהְיֶה חֹבֵשׁ, *non ero obligans* scil. *vulnera vestra,* Ies. III. 7. futur. אֶחְבְּשָׁה־לִּי הַחֲמוֹר, *sternam mihi asinum,* 2 Sam. XIX. 27. וָאֶחְבָּשֵׁךְ בַּשֵּׁשׁ, *et accinxi te xylino,* Ezech. XVI. 10. יַחֲבוֹשׁ, *obligaret* scil. *vulnus,* id est, *mederetur, medelam faceret,* Job. XXXIV. 17. Pih. חִבֵּשׁ, *obligat,* Job. XXVIII. 11. part. וּמְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם, *et obligat dolores eorum,* Psal. CXLVII. 3. Pyh. præt. וְלֹא חֻבָּשׁוּ, *et non alligantur,* Ies. I. 6. לֹא חֻבָּשָׁה, *non obligabitur,* Ezech. XXX. 21.

חבת חֲבִתִּים, m. p. *sartagines* vel *cacabi,* 1 Par. IX. 31. alii ponunt in חָבָה.

מַחֲבַת, f. *sartago,* Lev. VI. 14. et VII. 9.

חָגָב m. *cicada,* Levit. XI. 22. *locusta,* 2 Paral. VII. 13. Eccles. XII. 5. plur. כַּחֲגָבִים, *quasi cicadæ* vel *locustæ,* Num. XIII. 34. Ies. XL. 22.

חָגַג *festum celebravit, feriatus est: tripudiavit,* quòd hoc diebus festis agerent: catachresticè, *titubavit more ebriorum.* Præt. וְחַגֹּתֶם אֹתוֹ חַג, *et celebrabitis ipsum festum Domino,* Exod. XII. 14. particip. הָמוֹן חוֹגֵג, *multitudo ferians,* Psal. XLII. 5. plur. וְחוֹגְגִים, *et diem festum celebrantes, tripudiantes,* 1 Sam. XXX. 16. futur. יָחוֹגּוּ כַּשִּׁכּוֹר, *titubent sicut ebrius,* Psal. CVII. 27.

חַג, m. *festum, dies festus, festivitas:* item *sacrificium festi,* Exod. XXIII. 18. Psal. CXVIII. 27. affix. וְשָׂמַחְתָּ בְּחַגֶּךָ, *et lætaberis in die festo tuo,* Deut. XVI. 14. plur. חַגִּים יִנְקֹפוּ, *sacrificia festi jugulent,* Ies. XXIX. 1. vide etiam de eo in נָקַף: aff. חַגֵּיכֶם, *festivitates vestras,* Amos V. 21.

חָגָא, m. *titubatio: commotio, trepidatio,* Ies. XIX. 17. cum א loco ה. Simile in יָשֵׁן.

חגה חֲגָוִים, m. p. *fissuræ:* constr. בְּחַגְוֵי הַסֶּלַע, *in fissuris petræ,* Cant. II. 14. Jer. XLIX. 16. et ו est loco ה.

חָגַר *cinxit, accinxit, accinctus fuit:* præter. וְחָגַרְתָּ אֹתָם, *et cinges eos,* Exod. XXIX. 9. וְחָגְרוּ שַׂקִּים, *et accingent saccos* vel *cilicia,* Ezech. VII. 18. fut. וַיַּחְגְּרוּ, 2 Sam. XXII. 46. vide infrà in חָרַג.

חָגוּר, m. *accinctus:* plur. constr. חֲגוֹרֵי אֵזוֹר, *accincti cingulo,* Ezech. XXIII. 15.

חֲגוֹר, masc. *cingulum, zona:* Prov. XXXI. 24. affix. וְעַד־חֲגֹרוֹ, *usque ad cingulum suum,* 1 Sam. XVIII. 4.

חֲגוֹרָה, fœm. idem, Ies. III. 24. affix. בַּחֲגֹרָתוֹ, *in zona sua,* 1 Reg. II. 5. plur. חֲגֹרוֹת, *cinctoria, subligacula,* Gen. III. 7.

מַחֲגֹרֶת, fœm. *cinctus, cinctura:* מַחֲגֹרֶת שָׂק, *cinctus sacci* vel *cilicii,* Ies. III. 24.

*חַד, חֲדָא, חַדָה, Chald. vide in אֶחָד.

חָדַד *acui, exacui, acutum esse:* præter. וְחַדּוּ, *et acuti erunt,* Habac. I. 8. futurum anomalum, יָחַד, *acuit*

vel *acuitur*, Prov. XXVII. 17. quod significatione huc pertinet, at formam habet a חָדָה per apocopam, pro יַחֲדֶה, Kametz autem est propter pausam. Hoph. præter. fœmin. חֶרֶב הוּחַדָּה, *gladius exacutus est*, Ezech. XXI. 14.

חַדָּה, f. *acutum*: וַיָּשֶׂם פִּי כְּחֶרֶב חַדָּה, *et posuit os meum sicut gladium acutum*, Ies. XLIX. 2.

חַדּוּדִים, m. p. *acumina*: constr. חַדּוּדֵי חָרֶשׂ, *acumina testæ* seu *testacea*, Job. XLI. 22.

חָדָה *lætari, gaudere*: Chaldæum propriè est: futur. per apocopam, יִחַדְּ, *gavisa fuisset*, Job. III. 6. וַיִּחַדְּ, *et lætatus est*, Exod. XVIII. 9. Pih. futur. תְּחַדֵּהוּ, *exhilarasti eum*, Psal. XXI. 7.

חֶדְוָה, f. *lætitia*, 1 Par. XVI. 27. constr. חֶדְוַת יְהֹוָה, *gaudium Domini*, Neh. VIII. 10. Chald. בְּחֶדְוָה, *cum gaudio*, Esr. VI. 16. בַּחֲדָה, vide in חָדָה יחד, vide in אחד.

חֲדִיא, חֲדִי, Chald. *pectus*: affix. חֲדוֹהִי, *pectus ejus*, Dan. II. 32. est pro Hebræo: חָזֶה, literis ז et ד permutatis.

חָדַל *cessavit, desiit, destitit, abstinuit*: præter. ex duplici terminatione: הֶחָדֵל יֶחְדַּל, *qui destiturus est, desistat*, Ezechiel. III. 27. חָדַל לִסְפֹּר, *desiit numerare*, Gen. XLI. 49. חָדְלוּ רֹגֶז, *cessarunt* (*à*) *commotione*, Job. III. 17. imper. חֲדַל מִמֶּנּוּ, *desiste à nobis*, Exod. XIV. 12. ex Hiph. et Hoph. compositum. præter. הֶחֳדַלְתִּי, *desistere coactus fui*, vel interrogativè, *cogerérne desistere?* Jud. IX. 9.

חָדֵל, m. *cessans, desistens, desinens*: מֶה חָדֵל אָנִי, *quàm desinens sim, quàm citò desinam esse, quàm parum durem*, Psal. XXXIX. 5. constr. נִבְזֶה וַחֲדַל אִישִׁים, *contemptus et desitus virorum*, Ies. LIII. 3. id est, qui minus quàm homo est, qui hominum abjectissimus est, à quo omnes homines cessant.

חֶדֶל, m. *mundus, tempus, seculum desinens, et instabile*: עִם־יוֹשְׁבֵי חָדֶל, *cum habitatoribus mundi*, Iesaias XXXVIII. 11. vide חֶלֶד.

חֵדֶק m. *spina*: aut *certa spinæ species*: כִּמְשֻׂכַת חָדֶק, *sicut sepimentum spinæ*, id est, *spinosum*, Prov. XV. 19. טוֹבָם כְּחֵדֶק, *optimus eorum quasi spina est*, Mich. VII. 4.

חדר חֶדֶר, m. *cubiculum, conclave, penetrale*: חֶדֶר בְּחָדֶר, *conclave in conclavi*, id est, *in intimum conclave*, 1 Reg. XX. 30. et XXII. 25. מִן־הַחֶדֶר, *e penetrali*, Job. XXXVII. 9. scil. *austri*, ut loquitur cap. IX. 9. הֶחָדְרָה, *in cubiculum*, Jud. XV. 1. cum ה locali, vel הַחַדְרָה, Gen. XLIII. 30. aff. מֵחֻדְרוֹ, *de conclavi suo*, Joël. II. 16. plurale vide in sequenti.

חֲדַר, m. idem: construct. בַּחֲדַר מִשְׁכָּבְךָ, *in conclavi cubilis tui*, 1 Reg. VI. 12. בַּחֲדַר הַמְּקֵרָה, *in conclavi æstivo*, Jud. III. 24. plur. quod competit tam huic quàm præcedenti formæ, חֲדָרִים, *penetralia*, Proverb. XXIV. 4. construct. אֶל־חַדְרֵי־מָוֶת, *ad penetralia mortis*, Prov. VII. 27. וְחַדְרֵי תֵימָן, *et penetralia austri*, Job. IX. 9. id est, *sidera in penetralibus austri sita*, quæ sic dicuntur, quia non videntur à septentrionem inhabitantibus, ut Aben Esra explicat: aff. וַחֲדָרָיו הַפְּנִימִיִּים, *et con-*

lavia interiora ejus, 1 Par. XXVIII. .1.

חֲדֶרֶת, f. *penetralia petens*, vel ermeans, Ezech. XXI. 19. *in penetralibus intimis vos persequens et perutiens*, Kimchi in com.

חָדַשׁ *innovavit, renovavit, intauravit, restauravit:* præt. וְחִדְּשׁוּ עָרֵי, *et renovabunt civitates*, Ies. LXI. 4. infin. לְחַדֵּשׁ אֶת־בֵּית יְהוָה, *ad nstaurandum domum Domini*, 2 Par. XXIV. 4. Hithp. futur. תִּתְחַדֵּשׁ, *renovas te*, Psal. CIII. 5.

חָדָשׁ, m. *novus, recens:* מֶלֶךְ חָדָשׁ, *rex novus*, Exod. I. 8. plur. עֲבֹתִים חֲדָשִׁים *funibus recentibus*, Jud. XV. 13. fœm. וְאֶרֶץ חֲדָשָׁה, *et terram novam*, Ies. LXV. 17. plur. וַחֲדָשׁוֹת אֲנִי מַגִּיד, *et nova ego annuncio*, Ies. XLII. 9. Chald. דִּי־אָע חֲדַת, *lignorum novorum*, Esr. VI. 4. per mutationem usitatam שׁ in ת.

חֹדֶשׁ, m. *novilunium, mensis*, ab innovatione lunæ: חֹדֶשׁ יָמִים, *mensem dierum*, Genes. XXIX. 14. per hypallagen pro, *dies mensis unius*, id est, *mensem integrum:* חֹדֶשׁ מָחָר, *novilunium est cras*, 1 Sam. XX. 5. et sic 2 Reg. IV. 23. affix. מִדֵּי־חֹדֶשׁ בְּחָדְשׁוֹ, *de novilunio in novilunium*, Ies. LXVI. 23. vel *de uno mense in alterum:* plurale, רֹאשׁ חֳדָשִׁים, *principium mensium*, Exod. XII. 2. וּבֶחֳדָשִׁים, *et in noviluniis*, Ezech. XLV. 17. constr. לְחָדְשֵׁי הַשָּׁנָה, *mensium anni*, Exod. XII. 2. affix. מִסְפַּר־חֳדָשָׁיו, *numerus mensium eius*, Job. XIV. 5.

חָדְשִׁי, m. *novus, recens:* אֶל־אֶרֶץ תַּחְתִּים חָדְשִׁי, *ad terram inferiorem recentem*, 2 Sam. XXIV. 6. id est, *recens habitatam* vel *acquisitam*, juxta Hebræos. Quibusdam est proprium nomen.

*חֲדַת, Chald. vide in præcedenti radice, in nomine חָדָשׁ.

חוב m. *debitor:* חֲבֹלָתוֹ חוֹב יָשִׁיב, *pignus suum debitori restituerit*, Ezech. XVIII. 7. Kimchi in Com. et R. Sal. exponunt substantivè, *pignus debiti*, quod scil. habebat בְּחוֹבוֹ, *pro debito suo*. Apud Rabbinos בַּעַל חוֹב, est *creditor, debitor*, pro diverso respectu.

חִיֵּב, *debitorem, reum effecit:* præt. וְחִיַּבְתֶּם אֶת־רֹאשִׁי, *et reum efficietis caput meum*, Dan. I. 10. Chaldæis et Rabbinis frequentissimum verbum est. Sic a קוּם dicitur קַיֵּם, *stabilire*.

חוג *circinare:* præter. חֹק חָג עַל־פְּנֵי־מָיִם, *statutum circinavit super superficiem aquarum*, Job. XXVI. 10. id est, *circino terminum aquæ descripsit*.

חוּג, m. *circulus, ambitus:* Ies. XL. 22. וְחוּג שָׁמַיִם, *et ambitum cœli*, Job. XXII. 14.

מְחוּגָה, fœm. *circinus:* וּבַמְּחוּגָה יְתָאֳרֵהוּ, *et circino format illud*, Ies. XLIV. 13.

חוד *ænigmaticè loqui, ænigma proponere* q. *ænigmatizare* dicas: præt. הַחִידָה חַדְתָּה, *ænigma istud proposuisti mihi*, Jud. XIV. 16. imp. חוּד חִידָה, *propone ænigma*, Ezech. XVII. 2. futur. אָחוּדָה־נָּא לָכֶם חִידָה, *proponam nunc vobis ænigma*, Jud. XIV. 12.

חִידָה, f. *ænigma, sermo occultus, unde intelligitur res alia*, scribit Kimchi, Ezech. XVII. 2. affix. חִידָתְךָ, *ænigma tuum*, Jud. XIV. 13. חִידָתִי, *ænigma meum*, ver. 18. plur. חִידוֹת,

ænigmata, Ps. LXXVIII. 2. בְּחִידוֹת, *per ænigmata,* Num. XII. 8. affix. וְחִידֹתָם, *et ænigmata eorum,* Prov. I. 6.

אֲחִידָן, f. p. Chald. *ænigmata,* Dan. V. 12. cum א formativo.

חָוָה Pih. *indicavit, annunciavit:* Chald. usitatum verbum: infin. מְחַוּוֹת דֵּעִי אֶתְכֶם, *indicare sententiam meam vobis,* Job. XXXII. 6. futur. אֲחַוֶּא דֵעִי, *indicabo sententiam meam,* ver. 10. cum א loco ה: אֲחַוְּךָ, *indicabo tibi,* Job. XV. 17. Chald. futur. אֲחַוֵּא, *indicabo,* Dan. II. 24. וּפִשְׁרָא נְחַוֵּא, *et interpretationem indicabimus,* ver. 4. דִּי יְחַוִּנַּהּ, *qui indicare possit eam,* ver. 11. Aphel infin. יוּכַל לְהַחֲוָיָה, *possit indicare,* ver. 10. imp. וּפִשְׁרֵהּ הַחֲוֹנִי, *et interpretationem ejus indicare mihi,* ver. 6. futur. תְּהַחֲוֹן, *indicaveritis,* ibid. נְהַחֲוֵה, *indicabimus,* ver. 7. דִּי פִשְׁרֵהּ תְּהַחֲוֻנַּנִי, *quod interpretationem possitis indicare mihi,* ver. 9.

אַחֲוָה, f. *indicatio:* affix. וְאַחֲוָתִי, *et indicationem meam,* Job. XIII. 17. Chald. constr. וְאַחֲוָיַת אֲחִידָן, *et indicatio ænigmatum,* Dan. V. 12.

חַוֹּת חַיָּה, vide in חָיָה.

חוז מָחוֹז, m. *terminus, portus:* constr. אֶל־מְחוֹז חֶפְצָם, *ad terminum voluntatis ipsorum,* Psalm. CVII. 30.

חוח m. *spina,* Job. XXXI. 40. Prov. XXVI. 9. metaphoricè, *hamus, uncus piscatorius,* Job. XL. 21. similem usum vide in סִיר: plural. כְּשׁוֹשַׁנָּה בֵּין הַחוֹחִים, *sicut lilium inter spinas,* Cant. II. 2. בַּחוֹחִים, *in spinis, inter vepres,* 2 Paral. XXXIII. 11. et cum ו mobili, וּבַחֲוָחִים, *et inter spineta,* 1 Sam. XIII. 6. sic שׁוֹר, שְׁוָרִים.

חָח, masc. *hamus, uncus, fibula:* הֵבִיאוּ חָח, *attulerunt fibulas,* Exod. XXXV. 22. aff. חַחִי, *hamum meum,* Ies. XXXVII. 29. plur. חַחִים, *hami,* Ezech. XXIX. 4. בַּחַחִים, *uncis,* Ezech. XIX. 4. ubi Chaldæus, שַׁלְשְׁלָן, *catenis.*

חוט m. *filum, funiculus:* חוּט הַשָּׁנִי, *filum coccineum, fœniculum fili dibaphi,* Jos. II. 18. וְהַחוּט הַמְשֻׁלָּשׁ, *et filum triplicatum,* Eccles. IV. 12. אִם־מִחוּט, *si à filo usque ad corrigiam calcei,* Gen. XIV. 23.

אַחִיט, Chald. in Aphel *consuere:* metaphoricè, *conjungere, componere,* quovis modo: futur. וְאֻשַּׁיָּא יַחִיטוּ, *et fundamenta ipsa componunt,* Esr. IV. 12. cum Kametz sub Iod ad formam Hebraicam, sicut est תָּסֵף, *consumet,* Dan. II. 44. unde mendosè in quibusdam exemplaribus videtur scribi Pathach. In Targum חֲטַט, est *consuere,* ex defectivorum genere: חַיָּט, *sartor:* מַחַט, *acus sartoria,* apud Rabbinos.

חול *parturivit, doluit: timuit, contremuit,* atque ita, ut alia verba *metus,* construitur cum præpos. מִן: item, *mansit, permansit, resedit,* quomodo construitur cum עַל vel בְּ. Confunduntur hîc formæ diversorum thematum, nempe, חָלַל ·חָלָה ·חוּל, et יָחַל, unde varia significata concurrunt, quæ accuratè juxta suas radices distinguenda sunt. præt. לֹא חַלְתִּי, *non parturio,* Ies. XXIII. 4. חָלוּ בָהּ, *manserunt in ea,* Thren. IV. 6. וְלֹא־חָלוּ, *et non dolent,* Jerem. V. 3. וְחָלוּ מִפָּנֶיךָ, *et contremiscent à facie*

tua, Deut. II. 25. חָלָה לְטוֹב, *dolebit propter bonum*, Mich. I. 12. וְחָלָה חֶרֶב, *et residebit gladius in urbibus ejus*, Hos. XI. 6. estque acutitonum propter Vau hippuch. inf. חוֹל תָּחוּל, *dolendo dolebit*, Ezech. XXX. 16. לָחוּל, vide in חָלַל. imper. חוּלִי וָגֹחִי, *parturi et edito partum*, Mich. IV. 10. *a facie Domini*, חוּלִי הָאָרֶץ, *intreme terra*, Psalm. CXIV. 7. futur. עַל רֹאשׁ רְשָׁעִים, *super caput impiorum* יָחוּל, *permanebit*, Jer. XXIII. 19. וַתָּחֶל, *et indolescet*, Jerem. LI. 29. יָחֻלוּ עַל־רֹאשׁ, *maneant super caput*, 2 Sam. III. 29. Pih. חוֹלֵל, *genuit, peperit, enixa est, parere fecit:* metaphoricè, *formavit*, et Deo tribuitur, cujus partus sunt res creatæ omnes: *dolere fecit, dolore affecit:* item, *solicitè expectavit*, et ita construitur cum dativo: præter. חוֹלֵל אַיָּלוֹת, *enititur cervæ*, id est, *cerva quæque*, Job. XXXIX. 4. חוֹלְלָה יָדוֹ, *formavit manus ejus*, Job. XXVI. 13. particip. רַב מְחוֹלֵל־כֹּל, *magister format omnia*, Prov. XXVI. 10. variant Hebræi: מְחוֹלְלֶךָ, *formatoris tui*, Deut. XXXII. 18. fœm. מְחוֹלֶלֶת תַּנִּין, *dolore afficiens balænam*, Ies. LI. 9. futur. תְּחוֹלֵל גָּשֶׁם, *parturit* vel *gignit pluviam*, Prov. XXV. 23. Sic Chaldæus בְּטְנָא, *concipit*, Græci ἐξεγείρει, *suscitat*. Quidam reddunt, *avertit, fugat*, respicientes ad significatum vocis derivatæ חֲלִילָה (de qua in חלל,) cujus meminit Aben Esra: תְּחוֹלֵל אֶרֶץ, *formasses terram*, Psalm. XC. 2. וַתְּחוֹלֵל לוֹ, *et expecta eum*, Job. XXXV. 14. Pyh. præt. חוֹלָלְתָּ, *formatus es*, Job. XV. 7. particip. מְחוֹלָל מִפְּשָׁעֵנוּ, *dolore afficitur propter defectiones nostras*, Ies. LIII. 5. futur. יְחוֹלָלוּ, *reformabuntur*, Job. XXVI. 5. Hiph. imperat. חִילוּ מִפָּנָיו, *contremiscite à conspectu ejus*, Psalmus XCVI. 9. ubi deficit ה characteristicum, cui simile fuit in דּוּג: futurum יָחִיל מִדְבָּר, *dolore afficit desertum*, id est, *deserti feras*, Psalmus XXIX. 8. vel *parturire facit*, ut sequitur versu sequenti: לִבִּי יָחִיל, *animus meus dolet intra me*, Psalm. LV. 5. לֹא יָחִיל טוּבוֹ, *non permanet bonum ejus*, Job. XX. 21. Ab. Esra, *exspectat, præstolatur:* R. Levi, *prosperatur:* טוֹב וְיָחִיל, *bonum est ut exspectet*, Thren. III. 26. ubi וְיָחִיל, id est, שֶׁיָּחִיל, *ut exspectet*, ut R. Sal. notat: וַיָּחֶל, *timuitque*, 1 Sam. XXXI. 3. Hoph. futur. הֲיוּחַל, *an efficeretur ut pariat*, Ies. LXVI. 8. Hithp. partic. מִתְחוֹלֵל, *doloribus conficit se*, Job. XV. 20. וְסַעַר מִתְחוֹלֵל, *et turbo permanens*, Jerem. XXIII. 19. imperat. הִתְחוֹלֵל לוֹ, *exspecta eum*, Psal. XXXVII. 7. et geminatis duabus radicalibus literis, futur. וַתִּתְחַלְחַל, *et dolore affecta est, dolens intremuit*, Esth. IV. 4.

חִיל, m. *dolor*, Exod. XV. 14. fœm. חִילָה, idem, Job. VI. 10.

חוֹל, m. *arena*, sic dicta, quòd dolorem et molestiam ambulantibus afferat: חוֹל הַיָּם, *arena maris*, Jer. XXXIII. 22.

חוֹלָה, f. *dolorificum*, nomen adjectivum instar טוֹבָה: unde רָעָה חוֹלָה, *malum dolorificum, dolorem afferens*, Eccles. V. 12. קוֹל כְּחוֹלָה, *vocem quasi parturientis audivi*, Jer IV. 31.

חַלְחָלָה, fœmin. *dolor vehemens cruciatus*, Nah. II. 10.

מְחוֹלָה, f. vide in חָלַל.

*חוּם, *nigrum,* vide in radice חמם.

חוּס *pepercit, misertus fuit,* construitur cum præpos. עַל, et sæpius adjunctum habet nomen עַיִן, *oculus.* præter. חַסְתָּ עַל־, *pepercisti super ricinum,* Jon. IV. 10. לֹא־חָסָה עָלַיִךְ עַיִן, *non pepercerat tibi oculus,* Ezech. XVI. 5. futur. וַתָּחָס עָלֶיךָ, *et pepercit tibi,* sc. עֵינִי, *oculus meus,* 1 Sam. XXIV. 11.

חוּץ *foris, foràs, extra: præter, præterquam: platea, vicus,* sic dicta, quòd sint locus exterior respectu ædium: עַל־פְּנֵי־חוּץ, *in superficie plateæ, in plateis,* Job. XVIII. 17. חוּץ מִמֶּנִּי, *præter me, præterquam ego,* Eccles. II. 25. pleonasmum varium admittit: מִן־הַחוּץ, *de foris;* הַחוּצָה, *foràs,* Jud. XII. 9. הַחוּץ, *foràs,* Jud. XIX. 25. מֵהַחוּץ, (*de*) *foris,* Ezech. XLI. 25. אֶל־הַחוּץ, *ad extra, extrinsecus,* ver. 9. בַּחוּץ, (*in*) *foris,* Gen. IX. 22. לַחוּץ, (*ad*) *foràs,* Psal. XLI. 7. eleganter post se regit ל: אֶל־מִחוּץ לַמַּחֲנֶה, (*ad de*) *extra castra,* Lev. IV. 12. מִחוּץ לָעִיר, *extra civitatem,* Gen. XIX. 16. לַחוּצָה הַחוֹמָה, *extra murum,* 2 Par. XXXII. 5. plur. בְּרֹאשׁ כָּל־חוּצוֹת, *in capite omnium platearum,* Ies. LI. 20. aff. בְּחוּצֹתָיו, *in plateis ejus,* Ies. XV. 3.

חִיצוֹן, m. *exterior, exterius,* Ezech. XLIV. 1. בַּפְּנִימִי וּבַחִיצוֹן, *interno et externo,* Ezech. XLI. 17. fœmin. הַחִיצוֹנָה, *exterius,* Ezech. XL. 17.

חָוַר *albescere,* estque propriè Chaldæum: futur. יֶחֱוָרוּ, *albescent, expallescent,* Ies. XXIX. 22.

חִוָּר, m. Chald. *album, candidum,* Dan. VII. 9.

חוּר, m. *albus, candidus,* Esth. I. 6. et VIII. 15. in priori loco quidam intelligunt *aulæa alba, candida:* alii *foraminosa* (a חֹר, *foramen*) *plena foraminibus, perspicua.* Hinc apud Talmudicos: מאי חור רב אמר חרי חרי ושמואל אמר מלת לבנה, *quid chur? Rabh dixit, foramina, foramina,* id est, aulæa foraminosa: *Samuel autem respondit, esse vocabulum candoris,* id est, candida aulæa significare.

חֹר, חֹר, חֹרִים, חֹרִי, חֹרִי, vide in חָרַר.

חוּשׁ *festinavit:* præterit. חָשׁ, *festinavit,* Ies. VIII. 1. חַשְׁתִּי, *festinavi, et non tardavi,* Psalm. CXIX. 60. particip. כְּנֶשֶׁר חָשׁ, *sicut aquila festinans* vel *celer,* Hab. I. 8. imper. חוּשָׁה לְעֶזְרָתִי, *festina ad auxilium meum,* Psal. XXXVIII. 23. futurum irregulare, וַתַּחַשׁ, *et festinavit,* Job. XXXI. 5. quasi a חָשָׁה per apocopam. Hiph. הֵחִישׁ, *præfestinavit, acceleravit, maturavit:* præt. הֵחִישׁוּ, *festinabant,* Jud. XX. 37. fut. אָחִישָׁה מִפְלָט לִי, *maturabo effugium mihi,* Psalm. LV. 9. אֲחִישֶׁנָּה, *accelerabo istud,* Ies. LX. 22.

חִישׁ, *citò, festinè, celeriter,* Psalm. XC. 10.

חֻשִׁים, m. p. *celeres, festini,* Num. XXXII. 17.

חָזָה *vidit, intuitus, contemplatus est, aspexit, prospexit, respexit.* Construitur cum accusativo, et præpos. ב: præt. חֲזִיתִיךָ, *videbam te,* Psalm. LXIII. 3. חָזוּ בוֹ, *viderunt in eo,* id est, *illud,* Job. XXXVI. 25. חָזוּ לָךְ שָׁוְא, *vident tibi vanum,* Thren. II. 14. part. אֲשֶׁר־הוּא חֹזֶה, *quam ipse*

videt, Ezech. XII. 27. Sæpè transit in nomen, et dicitur de *prophetis,* qui חֹזִים, *videntes* dicti sunt, quia Deus per visiones ipsis res futuras et occultas patefaciebat: vide 1 Sam. IX. 9. infin. לַחֲזוֹת בְּנֹעַם, *ut videam amœnitatem,* Psal. XXVII. 4. futur. per apocopam, אֶחֱז, *videbo,* Job. XXIII. 9. pro אֶחֱזֶה et Kametz est propter pausam: בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה, *domum lapidum respicit,* Job. VIII. 17.

חֲזָא ,חֲזָה, Chald. *vidit,* Dan. IV. 20. דִּי חֲזַיְתָ, *quod vidisti,* ver. 17. דִּי חֵלֶם חֲזֵית, *somnium vidi,* ver. 2. חָזַיִתוּן, *quod videtis,* Dan. II. 8. part. חָזֵה הֲוַיְתָ, *videns eras,* Dan. II. 31. plur. חָזַיִן לְגֻבְרַיָּא, *aspicientes viros istos,* Dan. III. 27. particip. Pehil, עַל דִּי חֲזֵה, *suprà quàm visum fuit,* scil. *dignum,* vel *conveniens,* Dan. III. 19. pro חֲזֵי sumiturque ut Hebræum רָאוּי, de quo in רָאָה: inf. לְמֶחֱזֵא, *videre,* Esr. IV. 14.

חֹזֶה, masc. *videns, propheta,* ut in Kal dictum: *provisio:* עָשִׂינוּ חֹזֶה, *fecimus provisionem, prospeximus, providè egimus,* Ies. XXVIII. 15. Chald. vertit שְׁלָמָא, *pacem.*

חָזֶה, m. *pectus,* Exod. XXIX. 26. constr. חֲזֵה הַתְּנוּפָה, *pectus agitationis,* Ex. XXIX. 27. plur. עַל הֶחָזוֹת, *super pectora,* Lev. IX. 20.

חָזוֹן, masc. *visio,* Ezech. VII. 26. constr. חֲזוֹן, Ies. I. 1.

חִזָּיוֹן, mascul. *visio,* Ies. XXII. 1. constr. חֶזְיוֹן לַיְלָה, *visio noctis,* Job. XXXIII. 15. affix. מֵחֶזְיֹנוֹ, *a visione sua,* Zach. XIII. 4. plural. חֶזְיֹנוֹת יִרְאוּ, *visiones videbunt,* Joël. III. 1.

חֵזֵו ,חֶזְוָא, Chald. *visio,* Dan. II. 19. חֶזְוֵהּ, *aspectus, species ejus,* Dan. VII. 20. בְּחֶזְוִי, *in visione mea,* ver. 2. plur. constr. בְּחֶזְוֵי לֵילְיָא, *in visionibus noctis,* ver. 7.

חָזוּת, f. *visio, provisio,* קֶרֶן חָזוּת, *cornu visionis,* id est, *conspicuum, illustre et insigne,* Dan. VIII. 5. R. Saadia, *cornu magnum et altum, eminus aspectui patens:* affix. וְחָזוּתְכֶם, *provisio vestra,* Ies. XXVIII. 18. ut antea in חֹזֶה.

חֲזוֹת, fœm. *visio,* 2 Par. IX. 29. Chald. cum aff. וַחֲזוֹתֵהּ, *et species, aspectus ejus,* Dan. IV. 8, 17.

מַחֲזֶה, masc. *visio,* Genes. XV. 1. const. מַחֲזֵה שַׁדַּי יֶחֱזֶה, *visionem Omnipotentis videt,* Num. XXIV. 4.

מֶחֱזָה, fœm. *aspectus, prospectus, fenestra,* sic dicta, quod per eam prospiciamus, 1 Reg. VII. 5.

חזז חָזִיז, m. *fulgetrum, coruscatio, nubes, nubilum:* constr. לַחֲזִיז קֹולוֹת, *fulgetro tonitruum,* Job. XXVIII. 26. sic Job. XXXVIII. 25 plur. עֹשֶׂה חֲזִיזִים, *facit nubes,* Zach. X. 1. juxta R. Sal. inde legitur in Bereschit Rabba sect. 13. quinque nominibus nubes appellatur, אֵד, עָנָן ,נָשִׂיא ,חָזִיז ,עָב. Notandum, pravè in Aruch, in voce אֵד citari Parascham. 12. Et in Codice Talmudico Taanith, cap. 1. fol. 9. quid sunt חֲזִיזִים? R. Juda dixit: *nubes cursitantes.* In Targ. חֲזִיזָא קְלִילָא, *nubes levissima,* Cant. II. 9. Dicitur sic, quia facit חֶזְיוֹנוֹת, *visiones* sive *aspectus varios,* ut virides, flavos, aut rubentes, in firmamento, scribitur dicto loco in Beresch. Rabba.

חזק *invaluit, prævaluit, validus, fortis fuit, roboratus, confirmatus, obfirmatus fuit,* præt. חָזַק הָרָעָב, *in-*

valuerat fames, Gen. XLI. 57. חָזַק, *prævaluit ipsi*, pro חָזַק מִמֶּנּוּ, 2 Par. XXVIII. 20. חֲזַקְתַּנִי, *fortior fuisti me*, Jerem. XX. 7. infin. לְחָזְקָה, *ut confirmetur illud*, Ezech. XXX. 21. imper. חֲזַק וֶחֱזָק, *confirmare et confirmare*, id est, *etiam atque etiam confirmare et recolligere*, Dan. X. 19. Pih. חִזֵּק, *firmavit, confirmavit, obfirmavit, obduravit, fortificavit, roboravit, restauravit*: præt. חִזַּק בְּרִיחֵי, *confirmat vectes portarum tuarum*, Ps. CXLVII. 13. חִזְּקוּ פְנֵיהֶם, *obfirmant facies suas*, Jer. V. 3. particip. מְחַזֵּק אֶת־לֵב, *obfirmo cor (Ægyptiorum,)* Exod. XIV. 17. infin. לְחַזֵּק הַבַּיִת, *ad confirmandum* sive *restaurandum domum*, 2 Par. XXXIV. 10. Hiph. הֶחֱזִיק, idem, atque ita cum accusativo construitur, sed frequentiùs est, *apprehendit, comprehendit, tenuit, detinuit, retinuit*, firmiter et per vim, et sæpius construitur cum præp. ב: præt. לֹא הֶחֱזִיק לָעַד אַפּוֹ, *non retinet in æternum iram suam*, Mich. VII. 18. fœmin. וְהֶחֱזִיקָה בּוֹ, *et prehendit eum*, Prov. VII. 13. part. מַחֲזִיק בָּם, *vi detinens eos*, Exod. IX. 2. infin. בְּיוֹם הֶחֱזִיקִי בְיָדָם, *in die apprehendere me manum eorum*, Jer. XXXI. 32. quod præter morem paroxytonon est, et cum Sægol loco Pathach. futur. וַתַּחֲזֶק־בּוֹ, *et prehendit eum*, 2 Reg. IV. 8. Hith. הִתְחַזֵּק, *firmum* vel *fortem se exhibuit, fortificavit* aut *confirmavit se, confirmatus fuit*: præt. וְלֹא הִתְחַזַּק, *et non confirmavit se*, 2 Par. XIII. 7. imper. הִתְחַזְּקוּ וִהְיוּ לַאֲנָשִׁים, *confirmate vos et estote viri*, 1 Sam. IV. 9.

חָזֵק, m. *invalescens*, Exod. XIX. 19. הֹלֵךְ וְחָזֵק, *vadens et invalescens*, 2 Sam. III. 1. id est, *pergebat invalescere*.

חָזָק, m. *validus, valens, fortis, robustus, vehemens*: חָזָק הוּא מִמֶּנּוּ, *fortior est nobis*, Numer. XIII. 31. plur. חֲזָקִים, Jud. XVIII. 26. const. חִזְקֵי־מֵצַח, *fortes frontis*, id est, *obfirmata fronte*, Ezech. III. 7. fœm. בְּיָד חֲזָקָה, *manu forti*, Exod. XIII. 9.

חֵזֶק, m. *firmitas*: affix. חִזְקִי, *firmitas mea*, Psal. XVIII. 2.

חֹזֶק, m. *robur*, Hag. II. 22. בְּחֹזֶק יָד, *in robore manus, robusta manu*, Exod. XIII. 14. affix. הֲלֹא בְחָזְקֵנוּ, *nonne robore nostro*, Amos VI. 13. fœm. בְּחָזְקָה, *cum vehementia*, id est, *vehementer, fortiter, violenter*, Jud. VIII. 1. Ezech. XXXIV. 4.

חֶזְקָה, f. idem: construct. כְּחֶזְקַת הַיָּד, *secundum robur manus*, Ies. VIII. 11. aff. וּבְחֶזְקָתוֹ, *et in robore suo*, 2 Par. XXVI. 16.

חזר חֲזִיר, masc. *porcus, sus*: חֲזִיר מִיַּעַר, *porcus de sylva*, id est, *sylvestris*, Psalm. LXXX. 14. בְּשַׂר הַחֲזִיר, *carnem porci*, Ies. LXV. 4. a redeundo ad sordes sic dici videtur: nam חֲזַר, *redire, reverti*, in Targum. Inde illud, *sus lota redit ad volutabrum cœni*, 2 Pet. II. 22

*חָח, vide suprà in חוּחַ.

חָטָא *peccare*: propriè est *errare* vel *aberrare a scopo*, ut in Hiph. videre est, unde et *error* ipsi tribuitur, Lev. V. 13. *et Deus reducit ipsos in viam*, Psal. XXV. 8. *et redeunt in viam*, Psalm. LI. 15. hinc Kimchi pueritiæ tribuit, quando cognitio hominis adhuc imperfecta est. Ultra vigesimum annum, quando peccat scienter et contumaciter, tunc dicitur פֶּשַׁע id est, *defectio*, vel מֶרֶד,

rebellio. Construitur cum בְּ, et לְ, præt. מִי אֲשֶׁר חָטָא־לִי, *is qui peccaverit mihi* vel *adversus me,* Exod. XXXII. 33. חֵטְא חָטְאָה, *peccatum peccavit,* Thren. I. 8. particip. אֲשֶׁר חֹטֶא, *qui peccat,* Eccles. VIII. 12. ubi Sægol est ex forma quiescentium tertiâ radicali ה, ut sæpè hæc duo genera formas inter se permutant. Sic infin. מֵחֲטוֹ־לִי, *a peccando mihi,* Gen. XX. 6. ubi ו est loco ה, cui simile fuit in הָגֹה. futur. אַל־תֶּחֶטְאוּ בַיֶּלֶד, *ne peccate in puerum istum,* Genes. XLII. 22. Pih. חִטֵּא, *mundavit, purgavit à peccato, expiavit:* præter. וְחִטֵּא אֶת־הַבַּיִת, *et mundabit domum istam,* Lev. XIV. 52. part. הַכֹּהֵן הַמְחַטֵּא, *sacerdos expians,* id est, *expiationis sacrificium offerens,* Levit. VI. 19. futur. אָנֹכִי אֲחַטֶּנָּה, *ego expiabam illud,* id est, *luebam pro illo,* Genes. XXXI. 39. וַיְחַטְּאֵהוּ, *et expiavit,* id est, *in expiationis sacrificium obtulit eum,* Levit. IX. 15. Hiph. הֶחֱטִיא, *peccare fecit* vel *sivit, ad peccandum induxit:* præt. הֶחֱטִיא אֶת־יִשְׂרָאֵל, *ad peccandum induxit Israëlem,* 1 Reg. XIV. 16. et per apocopam הֶחֱטִי, 2 Reg. XIII. 6. הֶחֱטִיאָם חֲטָאָה גְדוֹלָה, *induxit eos ad peccandum peccato magno,* 2 Reg. XVII. 21. futur. וְלֹא יַחֲטִא, *et non sinebat aberrare* vel *peccare* sc. *lapidem, dum fundâ eum mitteret,* Jud. XX. 16. quidam intransitivè vertunt, *et non aberrabat,* ex quo loco propria verbi significatio perspicitur. Hithp. fut. יִתְחַטָּא, *purgaverit se,* Numer. XIX. 13. יִתְחַטָּאוּ, *purificant se,* Job. XLI. 16. תִּתְחַטְּאוּ, *purgatote vos,* Num. XXXI. 19.

חֵטא, (pro חֵטְא) m. *peccatum,* Deut. XV. 9. aff. בְּחֶטְאוֹ־מֵת, *in peccato suo mortuus est,* Numer. XXVII. 3. plur. חֲטָאִים גְּדוֹלִים, *peccata magna,* Eccles. X. 4. constr. חֲטָאֵי גִּלּוּלֵיכֶן, *peccata stercoreorum idolorum vestrorum,* Ezech. XXIII. 49. aff. אֶת־חֲטָאַי, *peccata mea,* Gen. XLI. 9.

חַטָּאָה, f. *peccatum,* Ies. V. 18. *sacrificium pro peccato,* Ezech. XLV. 23. מַמְלָכָה הַחַטָּאָה, *regnum peccati,* Amos IX. 8. Chald. לְחַטָּאָה, *in sacrificium pro peccato,* Esr. VI. 17. per metonymiam. Et contractum in ת, חַטָּאת, Mich. I. 5. חַטָּאת רֹבֵץ, *peccatum cubat,* Gen. IV. 7. id est, *pœna peccati,* per metonymiam: const. מִדַּם חַטַּאת, *è sanguine peccati,* id est, *sacrificii pro peccato,* Exod. XXX. 10. חַטַּאת עַמִּי, *peccatum populi mei,* Hos. IV. 8. sic etiam usurpatur quandoque tanquam absolutum, ut, לְחַטָּאת, *pro peccato,* Zach. XIII. 1. aff. עַל־חַטָּאתוֹ, *propter peccatum suum,* Levit. IV. 3. plur. כֶּסֶף חַטָּאוֹת, *pecunia pro peccatis,* 2 Reg. XII. 17. const. חַטֹּאת, 2 Reg. XIII. 2. aff. עַל־חַטֹּאתָיו, *propter peccata sua,* 1 Reg. XVI. 19.

חֲטָאָה, f. *peccatum,* Exod. XXXII. 31. לַחֲטָאָה, *in peccatum,* Psalmus CIX. 7. Chald. plur. mas. וַחֲטָיָךְ, *et peccata tua,* Dan. IV. 24.

חַטָּאִים, m. p. *peccatores,* Numer. XXXII. 14. construct. חַטָּאֵי עַמִּי, *peccatores populi mei,* Amos IX. 10.

חָטַב *cæcîdit, putavit,* et de *lignis* propriè dicitur, ut חָצַב, de *lapidibus:* particip. מֵחֹטֵב עֵצֶיךָ, *a cæsore lignorum tuorum. Cædente vel putante ligna tua,* Deut. XXIX. 1

plurale, לַחֹטְבִים, *putatoribus istis*, 2 Par. II. 11. constr. חֹטְבֵי עֵצִים, *putatores lignorum*, Jos. IX. 21. part. præteritum sive Pahul חֲטֻבוֹת, *excisorum, segmentorum spondam*, Prov. VII. 16. id est, *segmentatam, tessellatam, affabrè et artificiosè excisam et exsculptam*, juxta Kimchi. inf. לַחְטֹב, *ad cædendum ligna*, Deut. XIX. 5. fut. יַחְטְבוּ מִן הַיְּעָרִים, *cedent è sylvis*, Ezech. XXXIX. 10. Pyh. particip. כְּזָוִיּוֹת מְחֻטָּבוֹת, *sicut anguli, antarii lapides excisi*, Psalm. CXLIV. 12.

*חִטָּה, *triticum*, vide in חנט.

חָטַם *distulit, protraxit, prolongavit:* futur. אֶחֱטָם־לָךְ, *differam tibi*, scil. *furorem meum*, Ies. XLVIII. 9. ut Kimchi et Ab. Esra explicant, ut idem sit quod אַאֲרִיךְ in præcedenti versus membro. Rabbi Sol. Jarchi: *nares meas obstruam* vel *obthurabo tibi, ne* scil. *egrediatur fumus iræ meæ:* deducit à חוֹטֶם quod Rabbinis est *nasus, nares, ira*, ut אַף Hebraicè. Quidam, *obsignabo*, id est, *concludam, neque exseram iram meam propter laudem meam.* quasi idem sit quod חָתַם.

חָטַף *rapuit, diripuit:* præter. וַחֲטַפְתֶּם לָכֶם, *et rapiatis vobis*, Jud. XXI. 21. infin. לַחֲטֹף עָנִי, *ad diripiendum pauperem*, Psalm. X. 9.

חטר חֹטֶר, m. *virga, virgula, baculus:* וְיָצָא חֹטֶר, *et prodibit virgula*, Ies. XI. 1. חֹטֶר גַּאֲוָה, *baculus superbiæ*, Prov. XIV. 3.

חָיָה *vixit, revixit, revaluit:* præt. וְחָיָה, *et is vivet*, Esth. IV. 11. וְחָיִיתָ וְרָבִיתָ, *et vivas et crescas* vel *augearis*, Deut. XXX. 16. quâ phrasi Judæi uti solent in fine suarum epistolarum, pro eo quod nos dicimus, vive et vale. infin. חָיוֹ יִחְיֶה, *vivendo vivet*, Ezech. XVIII. 28. futurum per apocopam יְחִי הַמֶּלֶךְ, *vivat rex*, pro יִחְיֶה, 1 Samuel. X. 24. Chald. imper. חֱיִי, *vive*, Dan. II. 4. Pih. חִיָּה, *vivere fecit* vel *sivit, vivificavit, vitæ restituit, vivum, in vita conservavit:* metaphoricè, *restauravit:* præter. וְנַפְשׁוֹ לֹא חִיָּה, *et animam suam in vita non conservavit*, Psalm. XXII. 30. futur. יְחַיֶּה אֶת שְׁאָר הָעִיר, *instauravit reliquum civitatis*, 1 Par. XI. 8. הַיְחַיּוּ אֶת־הָאֲבָנִים, *an vivificabunt lapides?* Nehem. III. 34. id est, *redivivos statuent.* Hiph. הֶחֱיָה, idem: præt. הֶחֱיָה יְהוָה אֹתִי, *vivum Dominus conservavit me*, Jos. XIV. 10. infin. וְהַחֲיֵה אוֹתָם, *servando eos in vita*, Jos. IX. 20. Chald. particip. præsens, הֲוָה מַחֵא, *erat vivificans, in vita conservabat*, Dan. V. 19. pro מַחְיֵא, et sic R. Saadia per מְחַיֶּה, explicat.

חַיָּה, f. *vita, vivens, vivum, animans, animal, bestia, fera:* item, *cœtus, caterva:* שֶׁרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה, *reptile animæ viventis*, id est, *animatum*, Gen. I. 20. כָּעֵת חַיָּה, *secundum hoc tempus vitæ*, Gen. XVIII. 10. id est, hinc post annum: רוּחַ חַיָּה, *spiritus vitæ*, id est, *vitalis*, Ezech. I. 20. חַיָּה רָעָה, *bestia mala*, Genes. XXXVII. 20. צֵיד חַיָּה, *venationem feræ*, Levit. XVII. 13. לַחַיָּה, *in catervam*, 2 Sam. XXIII. 11. juxta R. Salomonem: at Kimchi in Com. *In villam, vicum*, et putat fuisse locum cujus mentio fit, 1 Sam. XVII. 1. et 1 Chronic. XI. 13. constr. אֶת־חַיַּת הָאָרֶץ, *bestias terræ*, Gen. I. 25. חַיַּת קָנֶה, *catervam arundinis*, id est, *arundiferam*, Psalm. LXVIII. 31. חַיַּת יָדֵךְ, *cater-*

vam manus tuæ, Ies. LVII. 10. id est, Assyrios, qui tibi ad manum præstò fuerunt: R. Sal. *vitam manus tuæ,* id est, robur: Aben Esra, *vitam manus tuæ,* hoc est, necessaria tibi, ac prosperitatem in operibus tuis. Cum ו paragogico, כָּל־חַיְתוֹ שָׂדָי, *omnibus bestiis agri,* id est, *agrestibus,* Psalm. CIV. 11, 20. et Ps. LXXIX. 2. cui simile vide in עַיִן in nomine מַעְיָן, cum affix. חַיָּתוֹ, *caterva sua,* חַיָּתָם, *caterva ipsorum,* Ezech. VII. 13. Hebræi, *anima:* plural. חַיּוֹת קְטַנּוֹת, *animantia parva,* Ps. CIV. 25. אַרְבַּע חַיּוֹת, *quatuor animalium,* Ezech. I. 5.

חֵיוָה ,חֵיוָא, f. Chald. *bestia,* Dan. IV. 13. et VII. 5. emph. חֵיוְתָא, Dan. IV. 11. constr. חֵיוַת בָּרָא, *bestia agri,* ver. 9. plur. חֵיוָן רַבְרְבָן, *bestiæ magnæ,* Dan. VII. 3. emph. מִן כָּל חֵיוָתָא, *ab omnibus bestiis,* ver. 7.

ככר כִּכָּר f. *massa, frustum, tracta: planities,* cùm de terra dicitur, Gen. XIII. 12. *talentum,* cùm de metallis, Exod. XXXVIII. 25. ubi notant Hebræi, talentum continuisse sexaginta minas sacras, id est, vulgares centum viginti. Minam viginti quinque siclos. Ergo talentum ter mille siclos. Aben Esra, R. Salomon. construct. כִּכַּר עֹפֶרֶת, *massa plumbi,* Zach. V. 7. עַד־כִּכַּר לֶחֶם, *usque ad frustum panis,* Proverb. VI. 26. כִּכַּר־לֶחֶם אַחַת, *tractam panis unam,* Exod. XXIX. 23. vulgò *tortam* vertunt: duale קַח כִּכָּרַיִם, *accipite duo talenta,* 2 Reg. V. 23. constr. כִּכְּרַיִם כֶּסֶף, *talenta duo argenti,* ibid. plural. כִּכָּרִים, *talenta,* 1 Par. XXII. 14. constr. כִּכְּרֵי כֶסֶף, *talenta argenti,* 2 Reg. V. 5. Chald.

כִּכְּרִין, *talenta*, Esr. VII. 22. fœmin. כִּכְּרוֹת לֶחֶם, *tractas panis*, Jud. VIII. 5.

כָּלָא *clausit, inclusit, occlusit: cohibuit, continuit, coërcuit:* confundit interdum formam cum כָּלָה: ut præt. כָּלָאתִי, *cohibui*, Psal. CXIX. 101. כָּלוּ, *occluserunt*, 1 Sam. VI. 10. pro כָּלְאוּ et intransitivè כָּלְאוּ, *clauserunt* vel *cohibuerunt se*, Hag. I. 10. כְּלִתְנִי, *continuisti me*, 1 Sam. XXV. 33. Niph. futur. יִכָּלֵא, *cohibebitur*, Gen. VIII. 2. וַיִּכָּלְאוּ, *et coërcentur*, Ezech. XXXI. 15. Pih. imper. כַּלֵּה, *cohibe*, Psalm. LXXIV. 11. cum ה loco א. infin. לְכַלֵּא, *ad cohibendum*, Dan. IX. 24.

כֶּלֶא, m. *coërcitio, cohibitio, carcer*, coërcitionis locus, 2 Reg. XVII. 4. aff. כִּלְאוֹ, *carceris sui*, 2 Reg. XXV. 29. plurale, כְּלָאִים, *carceres*, Ies. XLII. 22.

כְּלִיא, m. idem, Jer. XXXVII. 4. quod legitur כְּלוּא.

מִכְלָה, f. *caula:* מִמִּכְלָה, *e caula*, Habac. III. 17. cum ה loco א, vel potiùs contractum pro מִכְלָאָה, ut liquet ex plurali, constr. מִמִּכְלְאוֹת צֹאן, *ex caulis ovium*, Psal. LXXVIII. 70. aff. מִמִּכְלְאֹתֶיךָ, *e caulis tuis*, Psal. L. 9.

כִּלְאַיִם, m. *diversa genera, heterogenea*, Lev. XIX. 19.

כלב כֶּלֶב, m. *canis*, Exod. XI. 7. plur. כְּלָבִים, *canes*, Ies. LVI. 10. construct. עִם כַּלְבֵי צֹאנִי, *cum canibus gregis mei*, Job. XXX. 1.

כְּלוּב, m. *canistrum, fiscus, corbis, caveu:* כְּלוּב קָיִץ, *canistrum æstivorum fructuum*, Amos VIII. 1. כִּכְלוּב, *sicut cavea (plena avibus,)* Jer. V. 27.

כָּלָה *consumi, deficere; absolvi, perfici, finiri:* et ex usu Chaldaico, *confidere, sperare, anxiè exspectare*, quomodo in Targum respondet Hebræis verbis בָּטַח et יִחֵל. præterit. נִכְסְפָה גַם כָּלְתָה נַפְשִׁי, *desiderat et anxiè exspectat*, aut *confidit anima mea*, Psalm. LXXXIV. 3. vel, *deficit, consumitur desiderio.* כָּלְתָה לִתְשׁוּעָתְךָ נַפְשִׁי, *anxiè exspectat salutem tuam anima mea*, Psal. CXIX. 81. sic mox in Pihel, כָּלִינוּ, *consumimur*, Ps. XC. 7. infin. עַד לִכְלוֹת, *usque ad absolvi, donec absolvatur*, 1 Par. XXVIII. 20. Pih. כִּלָּה, *absolvit, complevit, perfecit, finivit, consummavit, consumsit: solicitè expetivit, anxiè exspectavit*, ut antè. Præter. כִּלִּיתִי, *consumpsi*, Num. XXV. 11. particip. מְכַלֶּה, *consumpturus*, Jer. XIV. 12. fut. וַתְּכַל דָּוִד הַמֶּלֶךְ, *et solicitè expetivit David rex*, 2 Sam. XIII. 39. per apocopam pro תְּכַלֶּה, quod fœmininum, et subintelligitur נֶפֶשׁ, *anima*, ut Chaldæus complet. Pyh. præteritum, כֻּלּוּ, *absolutæ sunt, finiuntur*, Psalm. LXXII. 20. וַיְכֻלּוּ, *et perfecti sunt*, Gen. II. 1.

כָּלֶה, m. *consumptus, deficiens:* plur. fœm. כָּלוֹת, *deficientes*, Deuter. XXVIII. 32.

כָּלָה, f. *consumptio, consummatio*, Ies. XXVIII. 22. plur. כָּלוֹת ut in præcedenti voce.

כְּלָה, Chaldaicum, vide infrà in לא.

כִּלָּיוֹן, m. *consummatio*, Ies. X. 22. constructum, וְכִלְיוֹן עֵינַיִם, *et consumptionem oculorum*, Deut. XXVIII. 65.

תִּכְלָה, f. *perfectio*, Psalm. CXIX. 96.

תַּכְלִית, f. *perfectio, consummatio, finis*, Job. XXVI. 10.

מִכְלוֹת, f. p. *perfectiones*, מִכְלוֹת, זָהָב, *ex perfectionibus auri*, id est, auro perfectissimo et purissimo, 2 Par. IV. 21.

כְּלִי, m. *instrumentum, vas*, Num. XIX. 15. plur. כֵּלִים, *vasa, instrumenta, supellectilia*, Exod. XXII. 6. construct. כְּלֵי כֶסֶף, *vasa argentea*, Genes. XXIV. 53. aff. כֵּלָיו, *instrumenta illius*, Exod. XXXIX. 33. כְּלֵיהֶם *vasa eorum*, Gen. XLII. 25.

כְּלָיוֹת, f. *renes*, Jerem. XI. 20. construct. כִּלְיוֹת חִטָּה, *renum tritici*, Deut. XXXII. 14. id est, optimi et crassi tritici, cujus genicula extuberant ad formam renum: aff. כִּלְיוֹתָי, *renes meos*, Psal. XXVI. 2.

כֶּלַח m. *senium:* אָבַד כָּלַח, *periit senium*, Job. XXX. 2. תָּבוֹא, בְכֶלַח אֱלֵי־קָבֶר, *ingredieris in senectute in sepulchrum*, Job. V. 26. hic בכלח in numeris continet 60. unde Talmudici collegerunt, senectutis initium esse anno sexagesimo. Tunc etiam soliti fuerunt prisci Judæi instituere convivium et diem lætitiæ, (quod etiamnum hodie divites faciunt) propterea quòd pœnæ divinæ loco ducant, si Deus hominem ante 60 annum è vita tollat. Ejus autor quidem R. Joseph, ut legitur in Moed Katon, fol. 28. 1.

כָּלַל *perfecit, absolvit:* propriè est *summatim, totaliter et universaliter aliquid complecti et absolvere:* præter. כָּלְלוּ יָפְיֵךְ, *perfecerunt pulchritudinem tuam*, Ezech. XXVII. 11. Pyh. præter. ex geminatis duabus radicalibus וְכָלְכְּלוּ, *et summati fuerunt*, 1 Reg. XX. 27. id est, *in una summa omnes*, vel *universi comprehensi et inventi fuerunt;* vide et de eo in כּוּל.

כָּלִיל, m. *perfectum, absolutum, totum, integrum, consummatum, consummatio*, et adverbialiter *absolutè, integrè, penitus, prorsus, in universum, universaliter:* item, *holocaustum*, sacrificium totum consumendum igne, ut Deut. XXXIII. 10. interdum cum עוֹלָה, quòd propriè *holocaustum* significat, conjungitur, ut Psalm. LI. 21. ubi Ab. Esra notat, עוֹלָה, fuisse *sacrificium juge*, כָּלִיל, *sacrificium sacerdotis.* construct. עָלָה כְלִיל־הָעִיר, *ascendit consummatio urbis (ad cælum)*, Jud. XX. 40. id est, totali incendio urbs consumpta fuit: וּכְלִיל יֹפִי, *et perfectus pulchritudine*, Ezech. XXVIII. 12. fœm. const. כְּלִילַת יֹפִי, *perfecta pulchritudine*, Thr. II. 15.

כַּלָּה, f. *sponsa*, respectu sponsi: *nurus*, respectu soceri vel socrus, sic dicta, quòd priorem vitæ statum, sive virginitatis sive viduitatis, tunc cum fit sponsa vel uxor alterius, perficiat, et absolvat, vel, ut Kimchi lib. Rad. scribit à perfecto ornatu. Tunc enim omnia sua ornamenta producit, et ornat se perfectissimè: כַּכַּלָּה, *sicut sponsa*, Ies. XLIX. 17. affix. כַּלָּתוֹ, *nurum suam*, Gen. XI. 31. plural. cum aff. וְכַלּוֹתֵיכֶם, *et sponsæ vestræ*, Hos. IV. 13. לִשְׁתֵּי כַלּוֹתֶיהָ, *ambabus nuribus suis*, Ruth. I. 8.

כְּלוּלוֹת, f. *sponsalia;* aff. כְּלוּלֹתָיִךְ, *sponsaliorum tuorum*, Jer. II. 2.

כֹּל, *omnis, omne, totum, universum; omnes, omnia*, si plurali adjungatur. Cum negandi particula, לֹא, אֵין, בִּלְתִּי est, *quicquam, ullum: nullum, nihil quicquam:* ut, וְלָרָשׁ אֵין־כֹּל, *pauperi autem nihil quicquam erat*,

2 Samuel. XII. 3. לֹא תַעֲשֶׂה כָל מְלָאכָה, *non facies omne opus*, id est, ullum, Exod. XX. 10. aff. כֻּלֹּה, *totus ipse*, Jer. VIII. 10. כֻּלָּךְ, *tota ipsa*, Mal. III. 9. כֻּלָּם, *universi ipsi*, 1 Reg. XXII. 28. quod et irregulariter כֻּלְּהֵם, 2 Sam. XXIII. 6. semel cum א, כֻּלָּא, *totam*, Ezech. XXXVI. 5. simile vide in מָדָר cum paragoga: כֻּלָּנָה, *omnia hæc*, Gen. XLII. 36. et cum epenthesi לְכֻלְּהֵנָה, *omnibus ipsis*, 1 Reg. VII. 37. Chald. כֹּל, כָּל, כֹּלָּא, כֻּלָּא, idem, Dan. II. 10. Esr. V. 7. בְּכָלְהוֹן, *in omnibus illis*, Dan. II. 38. כָּל־קֳבֵל, vide קבל.

מִכְלוֹל, masc. *perfectio*: לְבֻשֵׁי מִכְלוֹל, *inducti perfectione*, id est, perfectissimo ornatu, Ezech. XXIII. 12.

מַכְלוּל, m. idem. plur. בְּמַכְלֻלִים, *cum perfectionibus, rebus perfectissimis*, Ezech. XXVII. 24.

מִכְלָל, m. idem. construct. מִכְלַל יֹפִי, *perfectione decoris*, Ps. L. 2.

כלם Niph. נִכְלַם, *erubuit, rubore affectus fuit, ignominiâ, pudore suffusus* vel *perfusus fuit*: præteritum, נִכְלַמְתִּי, *rubore suffundor*, Jer. XXXI. 19. בֹּשְׁתִּי וְגַם נִכְלַמְתִּי, *erubesco*, etiam ignominioso pudore suffundor, Jer. XXXI. 19. hinc Kimchi colligit, gravius hoc verbum significare quàm בּוֹשׁ: vide etiam, Jer. XXII. 22. Hiph. הִכְלִים, *pudefecit, pudore, ignominiâ affecit, pudore suffudit*: præter. הִכְלִימוֹ אָבִיו, *ignominiâ affecit eum pater ipsius*, 1 Sam. XX. 34. הִכְלַמְנוּם, *ignominiâ affecimus eos*, 1 Sam. XXV. 7. etc. Hoph. præter. וְהָכְלְמוּ, *et pudore suffusi sunt*, Jer. XIV. 3. הָכְלַמְנוּ, *ignominiâ affecti fuimus*, 1 Sam. XXV. 15.

כְּלִמָּה, f. *ignominia, pudor*: constr. כְּלִמַּת הַגּוֹיִם, *ignominiam gentium*, Ezech. XXXIV. 29. affix. כְּלִמָּתִי, *ignominia mea*, Psalm. XLIV. 16. plur. כְּלִמּוֹת, *ignominiæ*, Mich. II. 6.

כְּלִמּוּת, f. *ignominia*, Jer. XXIII. 40.

כלף כֵּילַפּוֹת, f. p. *mallei*, Psal. LXXIV. 6. R. Salomon. vult esse usus Arabici: alii, *instrumentum ad perdendum*.

כָּמַהּ *desiderari, desiderio teneri*. præteritum, כָּמַהּ לְךָ בְשָׂרִי, *desiderio tui tenetur caro mea*, Psalm. LXIII. 2. R. Sal. *arescere* exponit.

כַּמֶּה, כַּמָּה, vide in מָה.

*כְּמוֹ, *sicut*, vide in מִן.

כמז כּוּמָז, m. *cingula pendula* vel *bullata muliebris*, Exod. XXXV. 22.

כמן מִכְמַנִּים, m. p. *recondita, thesauri reconditi*: constr. בְּמִכְמַנֵּי הַזָּהָב, *in recondita auri*, Dan. XI. 43. verbum כְּמַן, *latere, abscondere se, insidiari*, Chaldæis usitatum est: לְמִכְמַן תַּקְלִין, *ad abscondendum laqueos*, Psal. LXIV. 6.

כַּמֹּן, m. *cyminum*: עַל כַּמֹּן יוּסָב, *super cyminum circumagitur*, Ies. XXVIII. 27.

כָּמַס *recondere*. partic. Pahul, כָּמֻס עִמָּדִי, *reconditum est penes me*, Deut. XXXII. 34.

כמר Niph. נִכְמַר, *incalescere, calefieri, flagrare, æstuare*: metaphoricè dicitur de cordis et viscerum æstuatione ex commiserationis affectu. Et ulterius *atrari, denigrari, con-*

trahi, convolvi ex æstu vel adustione. præterit. נִכְמְרוּ רַחֲמָיו, *æstuabunt viscera ejus,* Chald. אִתְגּוֹלַלְוּ, *convoluta sunt,* Gen. XLIII. 30. sic 1 Reg. III. 26. Hos. XI. 8. עוֹרֵנוּ כְּתַנּוּר נִכְמָרוּ, *pelles nostræ ut furnus atratæ sunt,* Thren. V. 10. sic Targum.

כְּמָרִים, m. p. *sacrificuli,* quasi atrati dicti, quod pullis vestibus ex superstitioso ritu incederent: אֶת־שֵׁם הַכְּמָרִים, *nomen sacrificulorum atratorum,* Soph. I. 4. affix. וּכְמָרָיו, *et sacrificuli atrati ejus,* Hos. X. 5. in Targum כּוּמְרָא et pluraliter כּוּמְרִין, *sacerdotes gentiles et idololatrici.* Hodie Judæi *monachos* sic vocant, et כּוּמְרִית, est *monialis.*

כִּמְרִירִים, m. p. *æstus:* vel juxta quosdam, *atrores, nigredines:* const. יְבַעֲתֻהוּ כִּמְרִירֵי יוֹם, *terreant eum æstus diei,* vel atrores, tenebræ diei, veluti teterrimarum nubium, aut eclipseôn, Job. III. 5. sic tertia radicalis geminata est, ut in סַגְרִיר, vide et מרר.

מִכְמָר, m. *rete,* Ies. LI. 20.

מַכְמוֹר, masc. idem: plurale cum affix. בְּמַכְמֹרָיו, *in retia ejus,* Psalm. CXLI. 10.

מִכְמֹרֶת, fœm. *rete jaculum,* Ies. XIX. 8.

מִכְמֶרֶת, fœm. idem: cum affix. בְּמִכְמַרְתּוֹ, *in rete jaculum suum,* Hab. I. 15.

כָּנָה *cognominavit, cognomine* vel *titulo appellavit, titulis usus fuit,* ut vel honoris vel adulationis causâ fieri solet: fut. לֹא אֲכַנֶּה, *non cognominabo, cognomina attribuam, titulis* aut *præfatione utar,* Job. XXXII. 21. אֲכַנְּךָ, *cognominavi te,* Ies. XLV. 4. יְכַנֶּה, *cognominabit,* Ies. XLV. 5.

כַּנָּה, vide suprà in כּוּן כֵּן, ibid.

כְּנָוָה, f. Chald. *collegium, societas:* affix. וּשְׁאָר כְּנָוָתְהוֹן, *et reliquum collegii ipsorum,* Esr. IV. 9. וּכְנָוָתֵהּ, *et collegium ejus,* Esr. V. 6. plural. כְּנָוָתֵהּ, *societatum ejus,* Esr. IV. 7.

כְּנֵמָא Chald. *hujusmodi, hunc in modum, in hanc sententiam:* וּכְנֵמָא פִתְגָמָא, *et hujusmodi sermone,* Esr. V. 11. כְּנֵמָא אֲמַרְנָא, *hujusmodi respondimus,* ver. 4. Rabbini ex כ et אמר compositum volunt, quasi כְּנֵאמַר, primâ radicis elisâ et tertiâ mutatâ in א, quod Talmudicis usitatum, qui dicunt אֵימָא pro אֹמַר, *dicam,* נֵימָא pro נֹאמַר, *dicemus.*

כנן כִּנִּים, m. p. *pediculi,* Exod. VIII. 13. et defectivè לְכִנָּם, *in pediculos,* ver. 12.

כִּנָּם, c. *pediculorum multitudo,* q. d. pediculium, Exod. VIII. 13, 14. jungitur verbo fœminino, quia tota species significatur, aut magna multitudo; tunc enim talia utroque genere usurpantur.

כָּנַס *collegit, congregavit, comportavit, congessit:* præter. כָּנַסְתִּי, *congessi,* Eccles. II. 8. Pih. præter. וְכִנַּסְתִּי, *et congregabo,* Ez. XXII. 21. futurum, יְכַנֵּס, *colliget,* Ps. CXLVII. 2. Hith. infinit. כְּהִתְכַּנֵּס, *dum* vel *ut colligat se,* Ies. XXVIII. 20.

כְּנֶסֶת, f. *cætus, congregatio:* בֵּית הַכְּנֶסֶת, *domus congregationis, synagoga, ecclesia,* apud Rabbinos.

מִכְנָסַיִם, m. *femoralia:* construct. מִכְנְסֵי בַד, *femoralia linea,* Exod. XXVIII. 42.

כנע Hiph. הִכְנִיעַ, *depressit, prostravit, abjectum, humilem reddidit.*

præt. וְהִכְנַעְתִּי, *et depressi*, 1 Par. XVII. 10. imper. הַכְנִיעֵהוּ, *deprime illud*, Job. XL. 7. fut. אַכְנִיעַ, *depressurus sum*, Psal. LXXXI. 15. Niph. נִכְנַע, *depressit, demisit, humiliavit, abjecit se: depressus, abjectus fuit:* infinit. כְּהִכָּנַע, *sicut depresserat se*, 2 Par. XXXIII. 23. fut. יִכָּנַע, *abjiciatur*, Levit. XXVI. 41.

כְּנַעַן, *Canaan*, nepos Noæ ex Cham, Genes. IX. 18. Ab eo terra, quam ipse cum suis posteris, (qui describuntur Gen. X. 15.) occupavit, regio vel terra Canaan dicta fuit, Gen. XI. 31. cujus termini delineantur Genes. X. 19. Ejus terræ incolæ ob maris viciniam mercaturæ dediti fuerunt, unde כְּנַעַן, *negociator, mercator* per synecdochen, Hos. XII. 8. אֶל־אֶרֶץ כְּנַעַן, *in terram Canaan*, id est, negotiatoris sive negotiatorum, Ezech. XVII. 4.

כְּנַעֲנִי, masc. *Cananæus*, Genes. XXXVIII. 2. לַכְּנַעֲנִי, *negotiatori*, Prov. XXXI. 24. plur. כְּנַעֲנִים, *mercatores*, Job. XL. 25. fœm. כְּנַעֲנִית, *Cananæa*, Gen. XLVI. 10.

כִּנְעָן, idem: plurale cum affix. כִּנְעָנֶיהָ, *negotiatores ejus*, Ies. XXIII. 8.

כִּנְעָה, f. *merx:* aff. כִּנְעָתֵךְ, *mercem tuam*, Jer. X. 17.

כָּנָף c. sed f. sæpiùs, *ala, ora*, Genes. I. 21. construct. אֶת־כְּנַף הַמְּעִיל, *oram pallii*, 1 Sam. XXIV. 5. aff. בִּכְנָפוֹ, *alâ suâ*, Hag. II. 12. duale, פֹּרְשֵׂי כְנָפַיִם, *pandentes utrasque alas*, Exod. XXV. 20. constr. כַּנְפֵי, Exod. XIX. 4. aff. כְּנָפָיו, *alas suas*, Deut. XXXII. 11. כַּנְפֵיהֶם, *alarum ipsorum*, Ezech. I. 24. fœmin. constructum, כַּנְפוֹת הָאָרֶץ, *alas* vel *oras terræ*, Ezech. VII. 2. Hinc verbum in Niphal, unde futur. יִכָּנֵף, *extremæ oræ includetur*, aut *alatus erit, alis utetur, alis aufugiet*, Ies. XXX. 20.

כנר כִּנּוֹר, m. *cithara*, Gen. IV. 21. affix. כִּנֹּרִי, *cithara mea*, Job. XXX. 31. plurale cum affix. וְקוֹל כִּנּוֹרַיִךְ, *et sonitum cithararum tuarum*, Ezech. XXVI. 13. fœmin. וְכִנֹּרוֹת, *et citharas*, 1 Reg. X. 12. affix. כִּנֹּרוֹתֵינוּ, *citharas nostras*, Psalm. CXXXVII. 2.

כְּנַשׁ Chald. *congregavit:* infin. שְׁלַח לְמִכְנַשׁ, *misit ad congregandum*, Dan. III. 2. Hithp. part. מִתְכַּנְּשִׁין, *congregabant se*, Dan. III. 3. Heb. כָּנַס ut antè.

כִּסֵּא m. *solium, thronus*, Deut. XVII. 10. aff. כִּסְאוֹ, *thronum ejus*, Ex. XI. 5. plur. כִּסְאוֹת, *throni*, Ps. CXXII. 5.

כִּסֵּה m. idem, 1 Reg. X. 19. Job. XXVI. 9.

כֵּס, m. idem, Exod. XVII. 16.

כֶּסֶא, m. vide in כסס.

כָּסָה *texit, obtexit, operuit, occultavit, celavit:* partic. כֹּסֶה דַּעַת, *tegens scientiam*, Proverb. XII. 23. particip. Pahul, כְּסוּי חֲטָאָה, *tectus peccato*, Psalm. XXXII. 1. Niph. præter. נִכְסָתָה, *operitur*, Jerem. LI. 42. infinit. לְבִלְתִּי הִכָּסוֹת, *ut non tegatur*, Ezech. XXIV. 8. Pih. construitur cum accusativo et præpositione עַל. præter. כִּסָּה הֶעָנָן, *texit nubes ipsa*, Numer. IX. 15. כִּסִּיתָ כָל־חַטָּאתָם, *texeras omne peccatum eorum*, Psalm. LXXXV. 3. Pyh. præter. כֻּסּוּ, *operiebantur*, Psalm. LXXX. 11. futurum, שְׁמוֹ יְכֻסֶּה,

nomen ejus obtegitur, Eccles. VI. 4. Hithp. particip. מִתְכַּסֶּה, *operiebat se,* seu *opertus erat,* 1 Reg. XI. 29. plur. מִתְכַּסִּים, *tectos, opertos,* 2 Reg. XIX. 2. fut. per apocopam, וַיִּתְכַּס, *et texit se,* 2 Reg. XIX. 1. תִּכַּסֶּה, *teget se,* Proverb. XXVI. 26. pro תִּתְכַּסֶּה.

כְּסוּי, m. *tegmen,* Num. IV. 6.

כְּסוּת, f. *tegumentum, operimentum,* Gen. XX. 16. aff. כְּסוּתָם, *operimentum eorum,* Ies. L. 3. et cum Aphæresi סוּת unde סוּתֹה, *operimentum suum,* Gen. XLIX. 11.

מִכְסֶה, masc. *tegmen, operculum,* Exod. XXVI. 14. construct. וּמִכְסֵה עֹרֹת, *et operimentum è pellibus,* ibid. aff. מִכְסֵהוּ, *operimentum ejus,* Num. IV. 25.

מִכְסָה, f. vide mox infrà in כסס.

מְכַסֶּה, m. idem: וְלִמְכַסֶּה עָתִיק, *et ad tegumentum vetus,* Ies. XXIII. 18.

כָּסַח *succîdit, excîdit.* particip. plur. קוֹצִים כְּסוּחִים, *spinæ succisæ,* Ies. XXXIII. 12. fœm. כְּסוּחָה, *succisa,* Psalm. LXXX. 17. sic Chald. תִּכְסַח כַּרְמָךְ, *putabis vitem tuam,* Lev. XXV. 3. pro Heb. זְמֹר.

כַּסּוּחָה, fœm. *succisum:* נִבְלָתָם כַּסּוּחָה, *cadaver eorum succisum,* Ies. V. 25. Ab. Esra vult כ esse radicale, formæ שַׁבּוּלָה. Sic et Kimchi, qui exponit in Com. כרותה. vide et סחה.

כָּסַל *stultescere, stultum, stolidum fieri:* fut. יִכְסְלוּ, *stolidi fiunt,* Jer. X. 8.

כְּסִיל, m. *stultus, stolidus,* Psalm. XLIX. 11. item, *Orion,* stella, Amos V. 8. plurale, כְּסִילִים, *stulti, stolidi,* Prov. I. 32. aff. וּכְסִילֵיהֶם, *et Oriones eorum,* sidera eorum, Ies. XIII. 10.

כֶּסֶל, m. *stoliditas, stultitia,* Psalm. XLIX. 14. *ilia,* Job. XV. 27. *spes, fiducia, exspectatio:* aff. כִּסְלוֹ, *spes sua,* Job. VIII. 14. plural. כְּסָלִים, *ilia,* Lev. III. 4. aff. כְּסָלַי, *ilia mea,* Ps. XXXVIII. 8.

כִּסְלָה, f. *stultitia, fatuitas, spes:* aff. כִּסְלָתְךָ, *spes tua,* Job. IV. 6.

כְּסִילוּת, f. *stoliditas,* Prov. IX. 13.

*כִּסְלֵו, m. *Kisleu,* mensis noni nomen, incipiens à novilunio Novembris nostri, Zach. VII. 1.

כָּסַם *totondit:* infin. et futur. כָּסוֹם יִכְסְמוּ, *tondendo tondento,* Ez. XLIV. 20.

כֻּסֶּמֶת, f. *spelta, zea,* frumenti genus, Exod. IX. 32. plural. masc. וְכֻסְּמִים, *et speltas,* Ezech. IV. 9.

כָּסַס *numeravit: supputavit: in summam redegit:* futur. תָּכֹסּוּ, *numerabitis,* Exod. XII. 4.

כֶּסֶה, כֶּסֶא, m. *feria stativa, tempus statum, quod in numeratum anni diem semper recurrit,* Prov. VII. 20. Psalm. LXXXI. 4. Rabbini vocant מוֹעֵד קָבוּעַ, *solennitatem fixam.* Ab. Esra *novilunium* interpretatur à כָּסָה, *tegere,* שֶׁמִּתְכַּסֶּה בּוֹ הַלְּבָנָה, *quod tunc luna sole tegitur.*

מֶכֶס, m. *numerus, portio numerata, summa,* Numer. XXXI. 28. affix. וּמִכְסָם, *et portio eorum,* ver. 40.

מִכְסָה, fœm. *summa, numeratum:* constr. אֶת־מִכְסַת, *summam,* Lev. XXVII. 23. כְּמִכְסַת, *secundum numerum,* Exod. XII. 4.

כָּסַף *appetivit, expetivit:* futu-

rum, יִכְסֹף, *appetet*, Psalm. XVII. 12. תִּכְסֹף, *expetes*, Job. XIV. 15. Niph. נִכְסַף, *desiderio affici* vel *teneri:* infin. et præter. נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה, *desiderando desiderio tenebaris*, Gen. XXXI. 30. נִכְסְפָה, *desiderio afficitur*, Psalm. LXXXIV. 3. particip. נִכְסָף, *affecta desiderio*, Soph. II. 1.

כֶּסֶף, masc. *argentum*, tam signatum quàm non signatum, quasi expetibile et desiderabile dictum, *pecunia, nummi argentei*, Genes. XVII. 12. aff. כַּסְפְּךָ, *argentum tuum*, 1 Reg. XX. 5. plur. כַּסְפֵּיהֶם, *pecunias eorum*, Gen. XLII. 25.

כסת כְּסָתוֹת, f. p. *pulvilli*, Ezech. XIII. 18. aff. כִּסְּתוֹתֵיכֶנָה, *pulvillos vestros*, ver. 20. simile vide in זְמָם.

כְּעַן Chald. *jam, nunc*, Dan. II. 23. מִן אֱדַיִן וְעַד כְּעַן, *inde à tunc usque ad nunc*, Esr. V. 16. כְּעֶנֶת, vide in עֶתֶת.

כָּעַס *indignatus fuit:* præter. וְכָעַס, *et indignatur*, Psalm. CXII. 10. infin. לִכְעוֹס, *indignando*, Eccl. VII. 9. futurum, אֶכְעַס, *indignabor*, Ezech. XVI. 42. Pih. כִּעֵס, *irritare:* præt. וְכִעֲסַתָּה, *et ad indignationem provocabat, irritabat eam*, 1 Sam. I. 6. כִּעֲסוּנִי, *irritarunt me*, Deuter. XXXII. 21. Hiph. præter. הִכְעִיס idem, 1 Reg. XV. 30.

כַּעַס, m. *indignatio*, Eccles. VII. 3. et cum שׂ, כַּעַשׂ, Job. V. 2. מִכַּעַשׂ, *præ indignatione*, Job. XVII. 7. plur. הַכְּעָסִים, *irritamenta*, 2 Reg. XXIII. 26.

כָּפָה *subigere, supprimere:* vel, *exstinguere.* Priori modo convenit cum כפף sicut etiam dicitur שׁגה et שׁגג item חקה et חקק. Altero modo Chaldæum est, et convenit cum כבה. futur. יִכְפֶּה אַף, *supprimit* vel *exstinguit iram*, Prov. XXI. 14.

כָּפַל *duplicavit, conduplicavit.* præt. וְכָפַלְתָּ, *et conduplicabis cortinam*, Exod. XXVI. 9. Niph. futur. וְתִכָּפֵל חֶרֶב, *et duplicabitur* vel *iterabitur gladius*, Ezech. XXI. 19.

כֶּפֶל, masc. *duplum*, Job. XLI. 5. duale, כִּפְלַיִם, *duplicia, duplo majora*, Job. XI. 6.

מַכְפֵּלָה, f. *Machpelá*, nomen proprium loci, Gen. XXIII. 17. quibusdam substantivum est, *duplicitas*.

כָּפַן *collegit, aggregavit, congregavit:* juxta Ab. Esra et R. Salomonem, idem quod כְּנַף in Targum et apud Rabbinos. præterit. כָּפְנָה שָׁרָשֶׁיהָ, *applicuit radices suas*, Ezech. XVII. 7.

כָּפָן, m. *fames*, Job. XXX. 3. ex usu Chaldaico.

כפס כָּפִיס, m. *tignum, trabs*, וְכָפִיס מֵעֵץ, *tignum è ligno*, Hab. II. 11. Ab. Esra: locus inquit, durior est in trabibus, qui vocatur nodus.

כָּפַף *curvavit, incurvavit*, Psal. LVII. 7. particip. כְּפוּפִים, *incurvatos*, Psal. CXLVI. 8. infin. הֲלָכֹף, *an incurvare?* Ies. LVIII. 5. Niph. futurum, אִכַּף, *incurvabo me*, Mich. VI. 6.

כַּף, f. *curvatura, cavum*, 1 Sam. XXV. 29. *vola*, et synecdochicè, *manus: planta*, Ezech. I. 7. *acerra*, vas concavum, Num. VII. 14. *acetabulum*, Genes. XXXII. 25. כַּפּוֹ, *manum suam*, Levit. IX. 17. duale כַּפַּיִם, *manus*, Psalm. XXIV. 4. Hebræi etiam *nubes* interpretantur,

Job. XXXVI. 32. Thren. III. 41. Exod. XXXIII. 22. ubi videatur Aben Esra. construct. כַּפֵּי, Levit. VIII. 27. aff. כַּפֵּיכֶם, *manus vestras*, Ies. I. 15. fœm. plur. כַּפּוֹת, *spathæ, ramuli palmarum*, Levit. XXIII. 40. *plantæ*, Jos. III. 13. *volæ*, 2 Reg. IX. 35. *acerræ*, Num. VII. 84. *manubria*, Cant. V. 5.

אַכְפִּי, vide in אָכַף.

כִּפָּה, f. *ramus*, Ies. IX. 13. affix. וְכִפָּתוֹ, *et ramus ejus:* Job. XV. 32.

כָּפַר *picavit, pice obduxit.* præt. וְכָפַרְתָּ, *et picato*, Gen. VI. 14. Pih. כִּפֵּר, *placavit, expiavit, expiationem fecit*, Exod. XXX. 10. futurum, אֲכַפְּרָה, *placabo*, Gen. XXXII. 21. Pyh. præter. כֻּפַּר, *expiatio facta fuit*, Exod. XXIX. 33. וְכֻפַּר, *et abolebitur*, Ies. XXVIII. 18. futur. יְכֻפַּר, *expietur*, Ies. XXII. 14. ex Niphal et Hithpahel compositum, præterit. וְנִכַּפֵּר, *expiabitur*, Deuter. XXI. 8. Hithp. futur. יִתְכַּפֵּר, *expiabitur*, 1 Sam. III. 14.

כֹּפֶר, m. *pix*, Gen. VI. 14. *expiatio, redemptura, redemptionis pretium*, Exod. XXI. 30. *vicus, villa*, 1 Sam. VI. 18. *cyprus*, arbor odorata, Cant. I. 14. aff. כָּפְרוֹ, *redempturam suam*, Psal. XLIX. 8.

כְּפָר, m. *pagus, vicus:* construct. כְּפַר quod quibusdam est proprium nomen, Jos. XVIII. 24. plural. בַּכְּפָרִים, *in pagis*, vel, *ad cypros*, Cant. VII. 11. וּבַכְּפָרִים, *et in pagis*, 1 Par. XXVII. 25.

כְּפִר, m. idem, plur. בַּכְּפִירִים, *in vicis*, vel aliquo vicorum, Nehem. VI. 2.

כְּפִיר, masc. *leo juvenis*, prædari discens, Ezech. XIX. 3. ubi a catulo distinguitur. plural. הַכְּפִירִים, *juvenes leones*, Psalm. CIV. 21. affix. כְּפִירֶיהָ, *juvenes leones ejus*, Ezech. XXXVIII. 13. vide אָרָה.

כְּפֹר, m. *pruina*, Psalm. CXLVII. 16. *crater: pelvis*, 1 Par. XXVIII. 17. plur. construct. וְלִכְפוֹרֵי, *et pro pelvibus*, ibid. כְּפוֹרֵי כֶסֶף, *crateres argentei*, Esr. I. 10.

כִּפֻּרִים, m. p. *expiationes*, Levit. XXIII. 28.

כַּפֹּרֶת, f. *propitiatorium, expiatorium, placatorium:* vocatur sic *operculum, tegumentum* arcæ fœderis ex auro puro factum, quòd illic Dominus propitium se ostenderet, Exod. XXV. 17.

כפש Hiph. הִכְפִּישׁ, *depressit, subegit*, præterit. הִכְפִּישַׁנִי, *depressit me*, Thren. III. 16. id est, כָּבַשׁ כָּנַע כָּפָה, juxta Hebræos quosdam. R. Salomon, *operuit me, cumulavit super me pulverem.* Apud Rabbinos, מִדָּה כְּפוּשָׁה, *mensura accumulata et pressa.*

כְּפַת Chald. *vinxit, ligavit.* præt. כְּפִתוּ, *vinxerunt*, Dan. III. 21. quidam ex passivo Pehil exponunt, *vincti fuerunt.* Pahel infinit. לְכַפָּתָה, *ad ligandum*, Daniel. III. 20. particip. מְכַפְּתִין, *ligati*, Daniel. III. 23. in Targum quandoque respondet Hebr. אָסַר.

כַּפְתֹּר m. *malum, pomum, malogranatum*, sed artificiale tantùm cujus generis inter pinnacula templorum ac structurarum magnificarum, ornatus causâ locari solent: *globus, sphærula*, Exod. XXV. 33. Amos IX. 1. plur. כַּפְתֹּרִם. aff. כַּפְתֹּרֶיהָ, *mala, spherulæ ejus*, Exod. XXV. 31.

בְּכַפְתֹּרֶיהָ, *in malis* vel *globis ejus*, Soph. II. 14.

*כַּר, vide כרר.

כרב כְּרוּב, m. *cherub, cherubinus*, imago humana, sed alata, operculo propitiatorio arcæ fœderis imposita, Exod. XXV. 18. repræsentans angelos invisibiles, unde Moses angelos ante paradisum collocatos, *cherubim*, appellavit, ut populos nomine noto et quasi visibili, melius comprehenderet angelos invisibiles, Gen. III. 24. plur. כְּרֻבִים, Exod. XXV. 18. vide et Ezech. IX. et X.

כרבל Pihel, *amicire, tegere*: Pyh. particip. מְכֻרְבָּל בִּמְעִיל, *opertus, paludatus pallio*, 1 Paral. XV. 27.

כַּרְבְּלָה, f. Chald. *paludamentum, tegumentum*: aff. כַּרְבְּלָתְהוֹן, *paludamentis suis*, Dan. III. 21.

כרה *fodit, effodit, perfodit: convivium apparavit: emit, comparavit*: præt. בּוֹר כָּרָה, *cisternam fodit*, Psal. VII. 16. אֲשֶׁר כָּרִיתִי לִי, *quod emi mihi*, Gen. L. 5. juxta Targum et Talmudicos in Rosch haschana fol. 26. cujus meminit. R. Sal. Ab. Esra exponit *fodi*. futur. וָאֶכְּרֶהָ לִי, *et comparavi eam mihi*, Hos. III. 2. וַיִּכְרֶה לָהֶם כֵּרָה גְדוֹלָה, *et apparavit illis apparatum magnum*, 2 Reg. VI. 23. יִכְרוּ עָלָיו, *convivium apparabunt super eum*, Job. XL. 29. Niph. futur. עַד יִכָּרֶה, *donec fodiatur*, Ps. XCIV. 13. Chaldaicè ex Ithpehal אֶתְכְּרִיַּת רוּחִי, *transfixus, infirmatus est spiritus meus*, Dan. VII. 15. vel etiam, *abbreviatus*, ut sumitur in Targum, Prov. XIV. 29.

כֵּרָה, fœm. *convivium*, 2 Reg. VI. 23.

כְּרוֹת, f. p. *fossuræ*, Soph. II. 6.

מִכְרֶה, m. *fodina*: constr. מִכְרֵה מֶלַח, *fodina salis*, Soph. II. 9.

כרז Chald. *proclamavit*: præter. Aphel וְהַכְרִזוּ עֲלוֹהִי, *et proclamarunt de eo*, Dan. V. 29.

כָּרוֹזָא, m. *præco*, Dan. III. 4.

כרך תַּכְרִיךְ, m. *stola, pallium*, quasi involucrum dictum, Esther. VIII. 15. nam כְּרַךְ in Targum et apud Rabbinos est *involvere, involucro operire, amicire*.

כַּרְכֹּב m. *ambitus, circuitus*: Exod. XXVII. 5. aff. כַּרְכֻּבּוֹ, *ambitu illius*, Exod. XXXVIII. 4.

כַּרְכֹּם m. *crocus*, Cant. IV. 14. hinc pilei flavi, quos Judæi Venetiis gestant, vocantur ab illis כּוֹבָעִים כַּרְכְּמִים, *galeri crocei*.

*כִּרְכֵּר, vide paulo post in כָּרַר.

כֶּרֶם m. *vinea*, Genes. IX. 20. affix. תִּזְמֹר כַּרְמֶךָ, *putabis vineam tuam*, Lev. XXV. 3. plur. כְּרָמִים, *vineæ*, Job. XXIV. 18. constr. כַּרְמֵי, Jud. XIV. 5. aff. אֶת־כַּרְמֵיהֶם, *vineas suas*, Jud. IX. 27.

כֹּרֵם, mascul. *vinitor*: plural. כֹּרְמִים, *vinitores*, Joël. I. 11. affix. וְכֹרְמֵיכֶם, *et vinitores vestri*, Ies. LXI. 5.

כַּרְמֶל *Carmel*, nomen proprium oppidi in tribu Jehuda, Jos. XV. 55. et montis feracissimi, aut qui adjunctam vallem habuit eximiæ feracitatis, 1 Reg. XVIII. 9. unde quandoque cum monte Baschan, qui feracitate commendatissimus est, Nah. I. 4. inde appellativè est *arvum*, locus frugibus ac arboribus consitus, Ies. XXXII. 15. ac specialiùs *spica virens*, Lev. II. 14. וְכַרְמֶל, *aut spicas*

virentes, Levit. XXIII. 14. et sic 2 Reg. IV. 42. aff. וְכַרְמִלּוֹ, *et arva ejus,* 2 Reg. XIX. 23. vide et in seq. forma.

כַּרְמִיל, m. *coccineum,* 2 Par. II. 7. et ex formâ præcedenti, כַּבַּרְמֶל, *tanquam coccineum,* Cant. VII. 5.

כַּרְמְלִי, mascul. *Carmelita,* 1 Sam. XXX. 5. cujus fœmin. כַּרְמְלִית, 1 Sam. XXVII. 3.

כרס כָּרְסֵא, כָּרְסֵי, m. Chald. *solium, thronus,* Daniel. V. 20. affix. כָּרְסְיֵהּ, *solium ejus,* Daniel. VII. 9. plur. כָּרְסָוָן, *solia,* ibid.

כִּרְסֵם Pih. *suffodit:* futur. יְכַרְסְמֶנָּה, *suffodiat eam,* Ps. LXXX. 14.

כָּרַע *incurvavit se, procubuit in genua,* præt. כָּרַע רָבַץ כְּאַרְיֵה, *incurvavit se, cubuit ut leo,* Gen. XLIX. 9. quadrupedia majora, quando cubare volunt, in crura se primum demittunt: כָּרְעוּ עַל בִּרְכֵיהֶם, *incurvarunt se in genua sua,* Jud. VII. 6. futur. וְנִכְרָעָה, *et procumbamus in genua,* Psalm. XCV. 6. ubi Kimchi scribit, significare incurvationem capitis, cum quadam parte corporis. Hiph. הִכְרִיעַ, *incurvare fecit, prostravit, depressit:* præterit. הִכְרִיעַ, Psalm. LXXVIII. 31. infinit. הַכְרֵעַ הִכְרַעְתָּנִי, *deprimendo depressisti me,* Jud. XI. 35.

כְּרָעַיִם, f. d. *crura,* Levit. XI. 21. affix. כְּרָעָיו, *crura ejus,* Lev. IV. 11.

כַּרְפַּס m. *carbasus,* linum et velum ex lino factum: *carbasinum,* Esth. I. 6. sed quia præcedit ibi חוּר quod *candidum* significat, ideò hoc redditur *viride.*

כרר Pih. geminatâ primâ radicis, כִּרְכֵּר, *saltavit, subsiliit.* particip. מְכַרְכֵּר, *saltans,* 2 Sam. VI. 14.

כִּרְכָּרוֹת, f. p. *veredarii,* Ies. LXVI. 20. Aben Esra scribit, כַּר inter alia etiam significare *cameli præstantis* speciem, unde כִּרְכָּרוֹת.

כַּר, m. varia significat: *pascuum,* Ies. XXX. 23. *agnus,* Ies. XVI. 1. *clitellæ, stramentum,* Genes. XXXI. 34. plur. כָּרִים, *agni,* Ies. XXXIV. 6. *pascua,* Psalm. LXV. 14. *duces, primores exercitus,* Ezech. XXI. 27. et sic IV. 2. ubi quidam *arietem* pro instrumento bellico ad oppugnandum urbes explicant. Et per apocopam, לַכָּרִי, *ad primores,* 2 Reg. XI. 4. et sic, וְאֶת־הַכָּרִי, *et primores,* 2 Reg. XI. 19. pro כָּרִים juxta Chaldæum et Hebræos.

כָּרֵשׂ m. *ingluvies:* affix. מִלֵּא כְרֵשׂוֹ, *replevit ingluviem suam,* Jer. LI. 34.

כָּרַת *cæcidit, abscidit, discidit, exscidit, præcidit, succidit, amputavit.* Cum nomine fœderis per *pangere* redditur, q. d. scindere fœdus: nam in fœdere pangendo dissectione pecorum utebantur, Gen. XV. 10, 17. et Jer. XXXIV. 18. præt. כָּרַת עִמָּנוּ בְּרִית, *pepigit nobiscum fœdus,* Deut. V. 2. Niph. נִכְרַת, *abscissus, discissus; excisus, succisus fuit,* Joël. I. 5. infinit. cum futuro הִכָּרֵת תִּכָּרֵת, *exscindendo exscindetur,* Num. XV. 30. Pyh. præter. כָּרַּת שָׁרֵּךְ, *præcisus est umbilicus tuus,* Ezech. XVI. 4. fœm. כֹּרָתָה, *excisus est,* Jud. VI. 28. Hiph. præt. הִכְרִית אֶת־הָאֹבוֹת, *excidit pythones,* 1 Sam. XXVIII. 9. Hoph. præter. הָכְרַת, *excisum fuit,* Joël. I. 9.

כְּרִיתוּת, f. *repudium,* quasi con-

jugii scissio vel rescissio, Ies. L. 1. vel כְּרִיתֻת, Deut. XXIV. 1. plural. כְּרִיתֻתֶיהָ, *repudiorum ejus*, Jerem. III. 8.

כְּרֵתִי, *Keretæus*, 1 Sam. XXX. 14. plur. אֶת־כְּרֵתִים, *Keretæos*, Ezech. XXV. 16.

כֶּשֶׂב m. *agnus, ovis annicula*, Levit. III. 7. plur. מִן הַכְּשָׂבִים, *ex ovibus*, Lev. I. 10. fœmin. כִּשְׂבָּה, *agna* vel *ovis fœmina*, Lev. V. 6.

כַּשְׂדִּי כַּשְׂדָּיָא, Chald. *Chaldæus: divinus, divinandi peritus*, quòd in eo Chaldæi excellerent, Dan. II. 10. plural. כַּשְׂדָּיֵא, quod sic scribitur pro כַּשְׂדָּאֵי et integrè כַּשְׂדָּאִין, *Chaldæi*, Dan. III. 8. Heb. כַּשְׂדִּים, *Chaldæi*, Dan. II. 2. sumitur et pro regione, quam Chaldæi incolebant: unde cum ה locali כַּשְׂדִּימָה, *in Chaldæam*, Ezech. XI. 24.

כָּשָׂה *obduci, operiri:* præter. כָּשִׂיתָ, *obductus es* sc. adipe, Deut. XXXII. 15. convenit cum כָּסָה.

כָּשַׁל *impegit, offendit, corruit, lapsus est*, præter. וְכָשַׁל עֹזֵר, *et corruet adjutor*, Ies. XXXI. 3. Niph. præt. וְנִכְשַׁל, *et impinget*, Dan. XI. 9. part. וְהַנִּכְשָׁל, *et qui collapsus est*, Zach. XII. 8. infin. וּבְהִכָּשְׁלָם, *et quum corruerint*, Dan. XI. 34. Pih. futur. תְּכַשְּׁלִי, *impingere facies*, quod Masorethæ legendum docent תְּשַׁכְּלִי, *orbabis*, Ezech. XXXVI. 14. Hiph. הִכְשִׁיל, *impingere fecit, labefactavit:* præt. הִכְשִׁיל, *labefactavit*, Thren. I. 14. הִכְשַׁלְתֶּם, *fecistis ut impingerent*, Mal. II. 8. infinit. וּלְהַכְשִׁיל, *et ad faciendum ut impingas*, 2 Par. XXV. 8. Hoph. part. מֻכְשָׁלִים, *projecti*, Jer. XVIII. 23.

כַּשִּׁיל, m. *securis, bipennis* aut *vectis*, Psal. LXXIV. 6.

כִּשָּׁלוֹן, m. *lapsus*, Prov. XVI. 18.

מִכְשׁוֹל, m. *offendiculum, offensio*, Lev. XIX. 14. plur. מִכְשֹׁלִים, *offendicula*, Jer. VI. 21.

מַכְשֵׁלָה, f. *ruina*, Ies. III. 6. plur. וְהַמַּכְשֵׁלוֹת, *et ruinas* vel *offendicula*, Soph. I. 3.

כִּשֵּׁף Pih. *præstigiis usus est*, 2 Par. XXXIII. 6. particip. מְכַשֵּׁף, *præstigiis utens, præstigiator, maleficus*, Deuter. XVIII. 10. plurale, וְלַמְכַשְּׁפִים, *et præstigiatores*, Exod. VII. 11. fœmin. מְכַשֵּׁפָה, *præstigiatricem*, Exod. XXII. 18.

כַּשָּׁפִים, m. p. *præstigiatores, malefici*, Jer. XXVII. 9.

כְּשָׁפִים, m. p. *præstigiæ, maleficia*, Mich. V. 12.

כָּשֵׁר *rectum esse:* fut. יִכְשַׁר. *rectum sit*, Eccl. XI. 6. Hiph. infin. הַכְשִׁיר, *dirigere*, Eccles. X. 10.

כָּשֵׁר, m. *rectus, rectum*, Esth. VIII. 5.

כִּשְׁרוֹן, m. *rectitudo, æquitas*, Eccl. II. 21.

כִּישׁוֹר, m. *verticulum*, quasi fusi directorium, Prov. XXXI. 19. Chaldaicè כִּשְׁרָא.

כּוֹשָׁרוֹת, f. p. *compedes*, Psalm. LXVIII. 7. juxta Aben Esram: R. Sal. *recto, opportuno tempore*.

כָּתַב *scripsit, conscripsit, descripsit, inscripsit, perscripsit, præscripsit, rescripsit*. præt. כָּתַב לָכֶם, *scripsit vobis*, 2 Reg. XVII. 37. etc. Chald. præter. כְּתַב, *scripsit*, Dan. VI. 25. כְּתַבוּ, *scripserunt*, Esr. IV.

8. particip. כָּתְבִן, *scribentes,* Dan. V. 5. fœm. כָּתְבָה, *scribens erat,* ibid. particip. Peh. כְּתִיב, *scriptum erat,* Esr. V. 7. futur. נִכְתֻּב, *scriberemus,* Esr. V. 10. Niph. præt. נִכְתַּב, *scriptum est,* Esth. III. 12. partic. נִכְתָּב, *rescripta erat,* Esth. VIII. 8. futur. יִכָּתֵב, *scribatur,* Esth. III. 9. Pih. præter. כִּתְּבוּ, *præscripserunt,* Ies. X. 1. particip. מְכַתְּבִים, *scribentibus, scribis,* ibid.

כְּתָב, m. *scriptum, scriptura, præscriptum, rescriptum:* aff. כִּכְתָבָם, *secundum scripturam eorum,* Esth. VIII. 9. Chald. דִּי לָא כְתָב, *cujus non est scriptura,* id est, cujus mensura non est præscripta, sed indefinita, Esr. VII. 22. constr. כִּכְתָב, *secundum præscriptum,* Esr. VI. 18. fœmin. כְּתָבָה, *scriptura,* Dan. V. 7. vel כְּתָבָא, Dan. V. 8.

כְּתֹבֶת, f. *inscriptio,* Levit. XIX. 28.

מִכְתָּב, masc. *scriptura, scriptum,* Exod. XXXII. 16.

כֹּתֶל m. *paries:* affix. כָּתְלֵנוּ, *parietem nostrum,* Cant. II. 9. Chald. דִּי כְתַל, *parietis,* Dan. V. 5. plural. בְּכֻתְלַיָּא, *in parietibus,* Esr. V. 8.

כֶּתֶם m. *aurum-insigne:* כֶּתֶם פָּז, *aurum insigne, aurum purgatissimum,* Cant. V. 11. בְּכֶתֶם אוֹפִיר, *auro Ophir,* Job. XXVIII. 16. בְּכֶתֶם טָהוֹר, *auro puro,* ver. 19. vide זָהָב.

נִכְתָּם, Niph. *inaurari:* participium, נִכְתָּם עֲוֹנֵךְ, *insigni auro obducat se,* vel, *obducta est iniquitas tua coram me,* Jerem. II. 22. R. Salomon et Chaldæus, *maculosa est.* Nam כֶּתֶם, Chaldaicè apud Rabbinos, *macula,* ut R. Salom. notat.

מִכְתָּם, m. *aureum,* κειμήλιον, Ps. XVI. 1. quidam instrumenti musici, alii carminis nomen fuisse existimant.

כתן כְּתֹנֶת, f. *tunica:* כְּתֹנֶת פַּסִּים, *tunicam versicolorem,* Genes. XXXVII. 3.

כֻּתֹּנֶת, f. idem, Gen. XXXVII. 31. aff. כֻּתָּנְתּוֹ, *tunicam ipsius,* Gen. XXXVII. 23. plur. כֻּתֳּנוֹת, *tunicæ,* Exod. XXVIII. 40. aff. בְּכֻתֳּנֹתָם, *cum tunicis suis,* Lev. X. 5.

כָּתְנוֹת, f. p. idem, Gen. III. 21.

כָּתֵף כָּתֵף, f. *humerus, scapula: latus, littus,* Num. XXXIV. 11. aff. כְּתֵפִי, *humerus meus,* Job. XXXI. 22. plur. כְּתֵפוֹת, *humeralia,* Exod. XXVIII. 7. constructum, וְכִתְפוֹת, *et latera ostii,* Ezech. XLI. 2. masculinè cum aff. כְּתֵפָיו, *humeros suos,* Exod. XXVIII. 12. כְּתֵפֶיהָ, *scapulæ ejus,* 1 Reg. VII. 34.

כִּתֵּר Pih. *cinxit:* et ex Chaldaico usu, *exspectavit.* præter. כִּתְּרוּ, *cinxerunt,* Jud. XX. 43. כִּתְּרוּנִי, *cingunt me,* Psalm. XXII. 13. imper. כַּתַּר־לִי זְעֵיר, *exspecta me paululum,* Job. XXXVI. 2. Hiph. הִכְתִּיר, *cinxit: coronavit.* particip. מַכְתִּיר, *circumsidet,* Hab. I. 4. futur. יַכְתִּרוּ, *cingent,* Psalm. CXLII. 8. וַעֲרוּמִים יַכְתִּירוּ דָעַת, *et astutos coronant scientiâ,* Prov. XIV. 18. impersonaliter, *coronantur astuti.*

כֶּתֶר, *corona,* quasi cinctura dicta, Esth. XI. 1.

כֹּתֶרֶת, f. *coronamentum,* 1 Reg. VII. 16. plur. כֹּתָרוֹת, *coronamenta,* ibid.

כָּתַשׁ *contudit:* fut. אִם־תִּכְתּוֹשׁ, *si contunderes* (*stultum*), Proverb. XXVII. 22.

מַכְתֵּשׁ, m. *mortarium*, ibid. item *cavum, cavitas*, Jud. XV. 19. Soph. I. 11. à forma mortarii. Priori loco intelligunt quidam cavitatem, sive alveolum dentis: alii petram, quæ formam habuerit mortarii, in loco cui Lechi nomen. Altero loco Aben Esra intelligit vicum urbis, qui a mortario appellatus, ut ferè omnes insigniores plateæ nomen a certa aliqua re habere solent.

כָּתַת *tudit, contudit, contrivit:* præter. וְכַתּוֹתִי, *et contundam*, Psal. LXXXIX. 24. particip. וְכָתוּת, *et contusum*, Levit. XXII. 24. infinitiv. כָּתוֹת, *contundendo*, Ies. XXX. 14. futur. וָאֶכֹּת, *et contrivi*, Deut. IX. 21. ubi Dagesch et vocalis brevis sunt loco vocalis longæ: simile vide in קָבַב. Pih. præterit. כִּתַּת, *contudit*, 2 Paral. XXXIV. 7. וְכִתְּתוּ, *ut tundant*, Ies. II. 4. Hiph. formâ irregulari est futur. וַיַּכְּתוּ, *et contriverunt*, Deut. I. 44. וַיַּכְּתוּם, *et contuderunt eos*, Numer. XIV. 45. Hoph. futur. יֻכַּת, *conteretur*, Ies. XXIV. 12. יֻכַּתּוּ, *contundentur*, Jer. XLVI. 5. in his vocalis longa in brevem et Dagesch commutata est, ut sæpè. Alii a יכת alii a נכת deducunt.

כָּתִית, m. *tusum*, Exod. XXVII. 20.

מְכִתָּה, f. *contusio:* בִּמְכִתָּתוֹ, *in contusione ejus*, Ies. XXX. 14.

ל

לֹא *non*, triginta quinque sunt cum ו, לוֹא; juxta Masoram quindecim locis scribitur לֹא, pro quo legendum לוֹ, *ei, ipsi:* loca sunt, Ex. XXI. 8. Lev. XI. 21. et XXV. 30. 1 Sam. II. 3. 2 Sam. XVI. 18. Psal. C. 3. et CXXXIX. 16. 2 Reg. VIII. 10. Ies. IX. 3. et LXIII. 9. Esr. IV. 2. Job. XIII. 15. et XLI. 3. Prov. XIX. 7. et XXVI. 2. Alibi tamen plura observata sunt, ut, Ies. XLIX. 5. et 1 Paral. XI. 20. item bis scriptum לוֹ, quod legendum לֹא, *non*, 1 Sam. II. 16. et XX. 2. הֲלֹא, *nonne, an non?* Jos. X. 13. vel cum ו, הֲלוֹא, 1 Reg. I. 11. et cum ה, הֲלֹה, *nonne*, Deut. III. 11. בְּלוֹא, *in non, in id quod non*, Jer. II. 11. *pro non*, id est, *sine, absque*, Ies. LV. 1. *per non, per eos qui non*, Jer. V. 7. כְּלוֹא, *ac si non*, Obad. ver. 16. לְלוֹא, *iis qui non*, Ies. LXIII. 1. *absque*, 2 Paral. XV. 3. Chald. לָא, *non*, Jer. X. 11. הֲלָא, *nonne*, Dan. III. 24. et cum ה, כְּלָה, *ut nihili*, Dan. IV. 32.

לאב תַּלְאוּבָה, fœm. *siccitas:* plur. בְּאֶרֶץ תַּלְאֻבוֹת, *in terra siccitatum*, id est, sicca, Hos. XIII. 5.

לָאָה *molestè, ægrè ferre: laborare, labore defetisci, defatigari, defessum esse.* futurum, תִּלְאֶה, *ægrè feres*, Job. IV. 2. cum apocopa, וַתֵּלֶא, *defetisceris*, Job. IV. 5. וַיִּלְאוּ, *et defessi sunt*, Gen. XIX. 11. Niph. præterit. נִלְאָה, *fatigatus fuit*, Ies. XVI. 12. נִלְאֵיתִי, *defessus sum*, Ies. I. 14. Hiph. הֶלְאָה, *fatigavit:* præt.

הֶלְאָנִי, *fatigat me,* Job. XVI. 7. הֶלְאַת, *fatigat,* Ezech. XXIV. 12. ubi ת est loco ה. futur. תַּלְאוּ, *fatigatis,* Ies. VII. 13.

תְּלָאָה, f. *labor, defatigatio, molestia,* Exod. XVIII. 8. מַתְּלָאָה, *quantum fatigationis,* Mal. I. 13. pro מַה־תְּלָאָה, sicut alibi dicitur מַזֶּה pro מַה־זֶּה, Exod. IV. 2.

לאט *obvolvit, involvit, involucris texit,* præt. לָאַט אֶת־פָּנָיו, *obvolvit faciem suam,* 2 Sam. XIX. 4. convenit cum לוּט.

בְּלָאט, vide infrà in לוט.

לאך מַלְאָךְ, *legatus, nuntius: angelus:* construct. מַלְאַךְ יְהוָה, *angelus Domini,* Genes. XVI. 7. affix. מַלְאָכוֹ, *angelum suum,* Gen. XXIV. 40. plural. מַלְאָכִים, *nuntios,* Genes. XXXII. 4. construct. מַלְאֲכֵי, *angeli (Dei),* Gen. XXXII. 2. aff. מַלְאָכָיו, *nuntiorum suorum,* 2 Par. XXXVI. 15. מַלְאָכֵכֵה, *nuntiorum tuorum,* Nah. II. 14. cum Tzere loco Kametz. Chald. מַלְאֲכֵהּ, *angelum suum,* Dan. III. 28.

מַלְאָכוּת, fœm. *legatio:* construct. בְּמַלְאֲכוּת יְהוָה, *in legatione Domini,* Hagg. I. 13.

מְלָאכָה, f. *opus, functio, artificium, ars,* res et substantia quævis, circa quam opera et industria collocatur, ut 1 Sam. XV. 9. et Genes. XXXIII. 14. constr. מְלֶאכֶת עוֹר, *opere pelliceo,* Levit. XIII. 48. semel cum defectu א, לִמְלֶכֶת הַשָּׁמַיִם, *operi cœlorum,* Jer. VII. 18. quod repetitur, XLIV. 17. R. Salomon, *reginæ cœlorum,* quasi à מַלְכָּה. affix. לִמְלַאכְתּוֹ, *operi suo,* 2 Par. VIII. 9. plur. מַלְאֲכוֹת, construct. מַלְאֲכוֹת הַתַּבְנִית, *opera structuræ,* 1 Paral. XXVIII. 19. aff. מַלְאֲכוֹתֶיךָ, *opera tua,* Psal. LXXIII. 28.

*לְאֹם, vide in אמם.

לבא לָבִיא, m. *leo immanis,* et annosus quidem, sed decrepito, qui לַיִשׁ dicitur, junior, cùm dentes molares ei attribuantur, Joël. I. 6. et catulus Job. IV. 11. vide ארה. plur. לְבָאִם, *immanes leones,* Psal. LVII. 5. fœm. לְבִיָּא, *leæna,* Ezech. XIX. 2. plur. cum aff. לִלְבִאֹתָיו, *leænis suis,* Nah. II. 13. Quidam à sequenti nomine deducunt, quasi leonem cordatum et animosum dicas.

לֵבָב m. *cor, animus:* construct. לְבַב אֱנוֹשׁ, *cor hominis,* Psal. CIV. 15. בִּלְבַב יַמִּים, *in cor marium,* id est, intimam partem, quia cor est in intima parte pectoris. Jon. II. 4. Sic, ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, *in corde terræ,* Matth. XII. 30. aff. בִּלְבָבְךָ, *in animo tuo,* Deut. IX. 4. לְבַבְכֶם, *cor vestrum,* Numer. XV. 39. plur. cum aff. לִבְבֵיהֶן, *ad corda sua,* Nah. II. 8. ex formâ fœmininâ, לְבָבוֹת, *corda,* 1 Par. XXVIII. 9. Chald. construct. וּלְבַב, *et cor,* Dan. VII. 4. לִבְבָךְ, *animum tuum,* Dan. V. 22. לִבְבֵהּ, *animus ejus,* Dan. V. 20.

לֵב m. idem: בְּלֵב וָלֵב, *cum corde et corde,* id est, duplici corde, cujus unum in ore, alterum in pectore, Ps. XII. 3. sic alibi est בְּלֹא לֵב וָלֵב, *absque corde et corde,* id est, integro animo, 1 Par. XII. 33. בְּלֶב־יָם, *in corde maris,* Ex. XV. 8. בְּלֵב הָאֵלָה, *in cor quercus,* id est, per mediam quercum, 2 Sam. XVIII. 14. affix. בְּלִבֶּךָ, *in animum tuum,* Prov. II. 10.

Chald. בְּלִבִּי, *in animo meo,* Dan. VII. 28.

לִבָּה, f. idem: aff. לִבָּתֵךְ, *animus tuus,* Ez. XVI. 30. plurale, לִבּוֹת, *corda,* Psalm. VII. 10. aff. לִבָּתָם, *corda eorum,* Ies. XLIV. 18. בִּלְבָבוֹתָם, *in animis suis,* Ps. CXXV. 4. בְּלַבַּת, vide infrà in לַהַב.

לְבִבוֹת, f. p. *mattyæ, lagana, placentæ suaves et gratæ,* quasi cordialia aut cordis refectoria dicas, 2 Sam. XIII. 6.

נִלְבַּב, Niph. *cordatus fieri:* futur. יִלָּבֵב, *cordatus fiat,* Job. XI. 12. Pih. præteritum, לִבַּבְתִּנִי, *rapuisti animum meum,* juxta Ab. Esram, Cant. IV. 9. R. Salomon, *traxisti animum meum ad te,* q. d. incordiasti me. Talmudici prisci, *copulasti cor meum cum tuo:* unde et לְבוּבִין, *copulæ,* quibus duo animalia copulantur, ut conjunctim eant, Cod. Schabbath cap. 5. fol. 53. Syrè לַבַּבוּ, *animum addite,* 1 Thessal. V. 14. אִתְלַבַּבוּ, *bono animo estote,* Matth. XIV. 27. futurum ex alia significatione וַתְּלַבֵּב, *et placentet,* placentas aut mattyas paret, 2 Sam. XIII. 6. et sic ver. 8.

לבט Niph. נִלְבַּט, *conturbari, conturbare se,* fut. יִלָּבֵט, *conturbabitur,* Prov. X. 8, 10. Aben Esra, *corruet,* pœnas dabit: quidam, *vapulabit.*

לבן Hiph. הִלְבִּין, *albuit, albus evasit: dealbavit:* præter. הִלְבִּינוּ, *albi evaserunt,* Joël. I. 7. fut. אַלְבִּין, *albescam,* Psalm. LI. 9. et transitivè. infin. וְלַלְבֵּן, *et ad dealbandum,* Dan. XI. 35. Hithp. futur. וְיִתְלַבְּנוּ, *et dealbabuntur,* Dan. XII. 10.

לָבָן, m. *albus,* et interdum substantivè *album, albor,* Gen. XXX. 35. constructum irregulare in Sægol וּלְבֶן־שִׁנַּיִם, *et albus dentibus,* Gen. XLIX. 12. plurale, סוּסִים לְבָנִים, *equi albi,* Zach. VI. 3. fœm. לְבָנָה, *alba,* Levit. XIII. 24. plur. פְּצָלוֹת לְבָנוֹת, *decorticata alba,* Gen. XXX. 37. et substantivè,

לְבָנָה, f. *luna,* Ies. XXIV. 23. ab albedine sic dicta: pallor enim et rubedo accidentales ejus colores sunt.

לִבְנֶה, m. *populus alba,* arbor, Gen. XXX. 37. Hos. IV. 13.

לְבֹנָה, f. *thus,* à candore, Cant. IV. 14.

לְבָנוֹן, m. *Libanus mons,* à thuris copia ut quidam volunt. Præcipuè à cedris præstantissimis laudata fuit ex quibus propterea Salomon templum ædificavit, quod inde vocatur Libanus, Zach. XI. 1. per metonymiam, quòd ex lignis montis Libani esset exstructum.

לְבֵנָה, f. *later,* ab albore dictus, quòd dum excoquitur igne, albescit, Gen. XI. 3. item *pavimentum, pavimentatio lateritia:* construct. לִבְנַת סַפִּיר, *pavimentatio Sapphiri,* Exod. XXIV. 10. id est, *pavimentatum Sapphiro pro lateribus.* Est sicut חֶשְׁבַּת ab integro חֲשֵׁכָה, *tenebræ:* plurale, לְבֵנִים, *lateres,* Genes. XI. 3. affix. מִלִּבְנֵיכֶם, *de lateribus vestris,* Exod. V. 19.

לָבַן, *lateres formare,* quasi laterificare dicas: futur. נִלְבְּנָה, *laterificemus, formemus lateres,* Genes. XI. 3. et infinit. לִלְבֹּן, *ad formandum lateres,* Exod. V. 7.

מַלְבֵּן, m. *fornax lateraria,* Nah. III. 14. וְהֶעֱבִיר אוֹתָם בַּמַּלְבֵּן, *et traduxit eos per fornacem laterariam,* id est, combussit eos in loco ubi lateres utuntur, 2 Sam. XII. 31. et

scriptum est cum כ, sed juxta Masorethas legendum per ב. בַּמַּלְבֵּן. Aut, ut Kimchi præter præcedentem explicationem notat, traduxit eos per Molecum, id est, locum Moleci dei Ammonitarum, in quo liberos traducebant per ignem, et comburebant eos. Sic idem sunt מַלְכֵּן, מוֹלֶךְ, מִלְכּוֹם.

לָבַשׁ *vestivit se, induit:* præter. וְלָבַשׁ בְּגָדִים, *et induet vestes alias,* Levit. VI. 4. et in Tzere, לָבֵשׁ, Ps. XCIII. 1. Chald. fut. תִּלְבַּשׁ, *indues* vel *indueris,* Dan. V. 16. יִלְבַּשׁ, *induetur,* Dan. V. 7. Puh. partic. מְלֻבָּשִׁים, *induti,* 1 Reg. XXII. 10. Hiph. הִלְבִּישׁ, *induere fecit, induit, vestivit alium:* præter. וְהִלְבַּשְׁתָּ, *et indues eos,* Ex. XXVIII. 41. Chald. וְהַלְבִּישׁוּ לְדָנִיֵּאל, *et induerunt Danielem,* Dan. V. 29.

לְבוּשׁ, m. *indumentum, vestimentum, vestis;* Esth. VI. 8. aff. לְבוּשׁוֹ, *indumentum suum,* Genes. XLIX. 11. plur. const. לְבֻשֵׁי תְכֵלֶת, *indutis hyacinthino,* Ezech. XXIII. 6. aff. בִּלְבֻשֵׁיהֶם, *vestimentis suis,* Thren. IV. 14. Chald. לְבוּשֵׁהּ, *vestimentum ejus,* Dan. VII. 9. לְבוּשֵׁיהוֹן, *vestimentis suis,* Dan. III. 21. Rabbini etiam fœminino utuntur, לְבוּשָׁה, unde Talmudici: לְבוּשָׁה dicitur quasi לֹא בּוּשָׁה, *non pudor:* vestiendo enim et tegendo facit, ut hominem nuditatis suæ non pudeat. Schabbath fol. 77. 2.

מַלְבּוּשׁ, m. idem, Job. XXVII. 16. affix. וּמַלְבּוּשֵׁךְ שֵׁשׁ, *et vestimentum tuum, fuit xylinum, sive byssinum,* Ezech. XVI. 13. plurale, מַלְבּוּשַׁי, *vestes meas,* Ies. LXIII. 3. וּמַלְבֻּשֵׁיהֶם, *et vestitum eorum,* 1 Reg. X. 5.

תִּלְבֹּשֶׁת, f. *vestitus,* Ies. LIX. 17.

*אַלְגּוּם לגם, vide in litera א.

לַהַב m. *flamma:* metaphoricè *gladius, mucro, acies, lamina flammans:* וְלַהַב חֶרֶב, *et flammam gladii,* Nah. III. 3. אַחַר הַלַּהַב, *post mucronem,* Jud. III. 22. plur. לְהָבִים, *flammæ,* Ies. XIII. 8. constructum, בְּלַהֲבֵי אֵשׁ, *in flammis igneis,* Ies. LXVI. 15.

לַהֶבֶת, לֶהָבָה, f. idem, Ies. IV. 5. Ezech. XX. 47. posterior hæc in regimine usurpatur: ut, לַהֶבֶת חֲנִיתוֹ, *lamina hastæ ejus,* 1 Sam. XVII. 7. Hinc contractum בְּלַבַּת אֵשׁ, *in flamma ignis,* Ex. III. 2. pro בְּלַהֶבֶת vel לַהֶבֶת: plural. לֶהָבוֹת, Psalm. CV. 32. construct. לַהֲבוֹת אֵשׁ, *in flammas ignis,* Psal. XXIX. 7.

שַׁלְהֶבֶת, f. idem, Ezechiel. XXI. 3. prosthesin literæ שׁ habet ex usu Chaldæis frequenti, quibus שַׁלְהוֹבִיתָא, *flamma.* Hinc compositum שַׁלְהֶבֶתְיָה, *flamma Dei,* Cant. VIII. 6. id est, maxima et vehementissima. Masorethænotant, juxta Ben Ascher, vocem esse unicam: Aben Esra mavult esse duas, et יָהּ nomen divinum, subjunctum esse, ut אֵל et אֱלֹהִים etiam aliis vocibus simili sensu subjungi solent.

לַהַג m. *lectio, studium:* לַהַג הַרְבֵּה, *lectio multa, fatigatio carnis est,* Eccles. XII. 12.

לָהָה *insanire, furere:* futurum per apocopam, וַתֵּלַהּ, *et furebat,* Gen. XLVII. 13. ubi Pathach loco Sægol, propter ultimam gutturalem, quæ ob id cum Mappik est: vide simile in כָּהָה. Hith. participium ex gemi-

natis duabus literis, כְּמִתְלַהְלֵהַּ, *sicut insaniens*, Prov. XXVI. 18.

לָהַט *ardere, flammare:* participium, אֵשׁ לֹהֵט, *ignem flammantem*, Psalm. CIV. 4. plur. לֹהֲטִים, *flammantes, incendiarii*, qui aliorum animos mendaciis et calumniis inflammant et irritant, Psalm. LVII. 5. Pih. לִהֵט, *inflammavit, accendit, incendit:* præterit. וְלִהַט אֹתָם, *et inflammabit eos*, Mal. IV. 1. לִהֲטָה, *inflammavit*, Joël. I. 19. futurum, לֶהָבָה תְּלַהֵט, *accendit flamma*, Psal. LXXXIII. 15.

לַהַט, m. *flamma, lamina flammans*, Gen. III. 24. plur. בְּלַהֲטֵיהֶם, vide in לוט.

לָהַם Hithp. הִתְלַהֵם, *blandiri:* vel juxta quosdam, *contundi, conteri*, per metathesin cum הלם conveniens. partic. כְּמִתְלַהֲמִים, *sicut blandientium*, Proverb. XVIII. 8. et XXVI. 22. vel, *quasi contusorum*, eorum scil. qui ostendunt se percussos et fractos, ut alios ad commiserationem commoveant.

לָהֵן Chald. *quamobrem, itaque*, Dan. II. 6, 9. *nisi, præterquam*, Dan. VI. 6.

להק לַהֲקָה, f. *congregatio, cœtus:* constr. אֶת־לַהֲקַת הַנְּבִיאִים, *cœtum prophetarum*, 1 Sam. XIX. 20. per metathesin pro קְהִלָּה.

לוּ *utinam*, Genes. XVII. 18. *quæsò*, Gen. XXIII. 13. *fortassis*, Genes. L. 15. *si*, Jud. VIII. 19. et cum אִם, לוּא, *utinam*, Ies. I. 64. וְלֻא, *etiamsi*, 2 Sam. XVIII. 12. et compositum, לוּלֵא, *nisi*, Gen. XLIII. 10. vel לוּלֵי, Gen. XXXI. 42. quasi ex לוּ et לֹא.

לֹג m. *sextarius*, Levit. XIV. 12. mensura liquidorum minima, vigesima quarta pars seæ sive sati, sex ova continens, scribit Kimchi in lib. Rad.

לָוָה *mutuatus est, mutuo accepit:* item *adhæsit:* præter. לָוִינוּ, *mutuamur*, Neh. V. 4. particip. לֹוֶה, *mutuo accipit*, Psalm. XXXVII. 21. futurum, יִלְוֶנּוּ, *adhæret, adjacet ei*, Eccles. VIII. 14. Niph. נִלְוָה, *adhæsit, adjunxit se, adjunctus fuit:* וְנִלְווּ עֲלֵיהֶם, *et adjungent se ipsis multi*, Dan. XI. 34. Hiph. הִלְוָה, *mutuavit, mutuo dedit:* præter. וְהִלְוִיתָ גּוֹיִם רַבִּים, *et mutuabis gentibus multis*, Deuter. XXVIII. 12. partic. מַלְוֶה, *mutuo dans*, Psalm. CXII. 5. futur. תַּלְוֶנּוּ, *mutuabis ei;* יַלְוְךָ, *mutuabit tibi*, Deut. XXVIII. 44.

לִוְיָה, f. *adjunctio, adjectio:* constr. לִוְיַת חֵן, *additamentum gratiæ*, Prov. I. 9.

לִוְיָתָן, *balæna, leviathan* vulgò, Job. III. 8. et XL. 25. ubi prolixior ejus descriptio: item Psal. LXXIV. 14. Ies. XXVII. 1.
מָלַךְ *regnavit, rex fuit:* frequenter cum עַל construitur: præter. וּמָלַךְ מֶלֶךְ, *et regnabit rex*, Jerem. XXIII. 5. imper. מְלָךְ־עָלֵינוּ, *regna super nos*, Jud. IX. 14. Niph. נִמְלַךְ, *consilium iniit*, ex usu Chaldaico. fut. וַיִּמָּלֵךְ, *et consilium iniit*, Nehem. V. 7. Hiph. הִמְלִיךְ, *regnare fecit, regem præfecit, regem constituit:* præterit. הִמְלִיךְ אֶת־שְׁלֹמֹה, *regem constituit Salomonem*, 1 Reg. I. 43. וְהִמְלַכְתָּ לָהֶם מֶלֶךְ, *et præficies eis regem*, 1 Sam. VIII. 22. Hoph. præterit.

אֲשֶׁר הָמְלַךְ, *qui rex factus fuit*, Dan. IX. 1.

מֶלֶךְ, m. *rex*: aff. וְאֶת־מַלְכְּךָ, *et regem tuum*, Deuter. XXVIII. 36. plur. מְלָכִים, *reges*, Psal. LXXII. 11. cum epenthesi הַמְּלָאכִים, 2 Sam. XI. 1. in נ formâ Chaldaicâ, לַמְחוֹת מְלָכִין, *ad delendum reges*, Proverb. XXXI. 3. constr. מַלְכֵי־אָרֶץ, *reges terræ*, Psal. II. 3. Chald. *rex*; *consilium*; כָּל־מֶלֶךְ, *ullus rex*, Dan. II. 10. מִלַּת מַלְכָּא, *verbum regis*, ibidem: דִּי מַלְכָּה שָׁאֵל, *quod rex interrogat*, Dan. II. 11. cum ה loco א. Puhal וּמְהָקִים מַלְכִין *et constituit reges*, ver. 21. מֶלֶךְ מַלְכַיָּא, *rex regum*, Esr. VII. 12. cum affixo, לְהֵן מַלְכָּא מִלְכִּי יִשְׁפַּר עֲלָךְ, *quamobrem O rex, consilium meum pulchrum sit tibi*, Dan. IV. 24. id est, placeat tibi. fœm. מַלְכָּה, *regina*, Esth. I. 9. Chald. עֲנָת מַלְכְּתָא, *respondit regina*, Dan. V. 10. construct. מַלְכַּת, 1 Reg. X. 10. et alia forma, לִמְלֶכֶת הַשָּׁמַיִם, *reginæ cœlorum*, Jer. VII. 18. juxta quosdam, sed potiùs est à לאך, vide illic.

מֹלֶךְ, *Molech*, idolum Ammonitarum, quod et מִלְכֹּם, *Milcom*, 1 Reg. XI. 5. et מַלְכָּם, Soph. I. 5. dictum fuit: de Molech vide in גַּיְא.

מְלוּכָה, f. *regnum*, Ies. XXXIV. 12.

מַלְכוּת, f. idem, Dan. XI. 2. וְיֵין מַלְכוּת, *et vinum regni*, id est, regium, Esth. I. 7. aff. לְמַלְכוּתוֹ, *ad regnum ejus*, 2 Par. XXXIII. 13. plur. מַלְכֻיּוֹת, *regna*, Dan. VIII. 22. Chald. מַלְכוּתֵהּ מַלְכוּת עָלַם, *regnum ejus regnum æternum*, Dan. III. 33. vel מַלְכוּתָא, Dan. II. 42. vel מַלְכוּתָה, ver. 44. vel per apocopam Chaldæis frequentem, מַלְכוּ, Daniel. II. plur. כָּל־אִלֵּין מַלְכְוָתָא, *omnia ista regna*, Dan. II. 44.

מַמְלָכָה, f. idem: מַמְלָכָה שְׁפָלָה, *regnum humile*, Ezech. XXIX. 14. constr. מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים, *regnum sacerdotum*, id est, sacerdotale, Exod. XIX. 6. aff. רֵאשִׁית מַמְלַכְתּוֹ, *principium regni ejus*, Gen. X. 10. plur. מַמְלָכוֹת, *regna*, Ies. XIV. 16. const. מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ, *regna terræ*, Psal. LXVIII. 33.

מַמְלְכוּת, f. 1 Sam. XV. 28.

מלל *verba fecit, locutus est*: particip. מוֹלֵל, *verba facit*, Prov. VI. 13. Pih. מִלֵּל, *dixit, locutus, elocutus, effatus est*, Gen. XXI. 7. מִלֵּלוּ, *eloquuntur*, Job. XXXIII. 3. futurum, יְמַלֵּל, *eloquatur*, Psal. CVI. 2. תְּמַלֵּל, *effaberis*, Job. VIII. 2. Chald. præt. מַלִּל, *locutus est*, Dan. VI. 22. partic. מְמַלֵּל, *loquebar*, Dan. VII. 8. et in Chirek מְמַלִּל, ver. 20. fœm. מְמַלְּלָה, *loquebatur*, Dan. VII. 11. futurum, יְמַלִּל, *loquetur*, Dan. VII. 25. Hithp. futurum, יִתְמוֹלְלוּ, *in spicas abeant*, scil. sagittæ, hoc est, irritæ sint, non minus, quàm si spicæ pro sagittis essent, Ps. LVIII. 7. significatione ex nomine, quod ad finem radicis hujus ponitur, petitâ: vide de hoc etiam in מוּל.

מִלָּה, f. *sermo, dictio, verbum*: aff. מִלָּתִי, *sermonem meum*, Job. XIII. 17. plural. מִלִּים, m. *sermones, verba*, Job. VI. 26. et in Nun formâ Chaldaicâ, מִלִּין, *sermones*, Job. XII. 11. aff. מִלֶּיךָ, *sermones tui*, Job. IV. 4. וְיִכָּתְבוּן מִלָּי, *et describerentur sermones mei*, Job. XIX. 23. Chald.

וּמִלָּה, *et verbum*, Dan. II. 9. vel מִלְּתָה, Dan. II. 5. vel מִלְּתָא, Dan. II. 15. constr. וּמִלַּת מַלְכָּא, *et verbum regis*, Dan. III. 28. plur. רֵאשׁ מִלִּין, *caput* sive *summam verborum*, Dan. VII. 1. מִן קָל מִלַּיָּא, *propter vocem sermonum*, ver. 11. construct. מִלֵּי מַלְכָּא, *verba regis*, Dan. V. 10.

הֲמֻלָּה הֲמוּלָּה, *vociferatio:* f. Jer. XI. 16. Ezech. I. 24. thema ejus quidam faciunt המל.

מְלִילוֹת, f. p. *spicæ*, Deut. XXIII. 26.

מלץ Niph. נִמְלַץ, *suave, dulce esse.* præter. מַה־נִּמְלְצוּ, *quam suavia fuerunt*, Ps. CXIX. 103.

מֶלְצַר m. *promus*, Dan. I. 11. Ab. Esra scribit, in lingua Chaldaica idem esse quod נוֹתֵן הַמָּנוֹת, *dans munera.* Communiter nomen proprium habetur.

מָלַק *ungue secuit, rupit* vel *discerpsit.* præt. וּמָלַק אֶת־רֹאשׁוֹ, *et ungue secabit caput ejus*, Levit. I. 15. et V. 8. ritus offerendi aves vel in holocaustum vel pro peccato, describitur à veteribus Hebræis Cod. Talmudico Zevachin, cap. 6. fol. 64.

מִן מִנִּי, *a, ab, de, e, ex, præ,* comparativè pro *magis quàm:* item *propter:* לְמִן עוֹלָם, *inde à seculo,* Jer. VII. 7. מִבֶּטֶן־מִנִּי, *ab utero*, מִנִּי־רָחַם, *inde a vulva*, Ies. XLVI. 3. לְמִנִּי אַשּׁוּר, *ab Assur*, Mich. VII. 12. conjungitur aliis vocibus ejecto נ, et sequente Dagesch si locum habeat, מִכֹּהֵן, *a sacerdote*, Ezech. XLIV. 22. מֵאֵל, *a Deo*, Gen. XLIX. 25. מֵאַהֲבַת, *propter amorem*, Deut. VII. 8. et cum ל præfixo, לְמִבֵּן, *a filio*, 2 Paral. XXV. 5. singulare est, לְמֵבָּרִאשׁוֹנָה, *inde à principio*, 1 Par. XV. 13. ubi מ cum Pathach notatur, et tres literæ serviles concurrunt, לְמֵרָחוֹק, *a longinquo*, Job. XXXIX. 29. Chald. מִן דִּי, *ex quo*, Esr. V. 12. מִנָּךְ, *a te*, Dan. II. 39. מִנִּי, *a me*, etc.

מַן Chald. *quis, qui:* וּמַן הוּא, *et quis ille*, Daniel. III. 15. וּמַן־דִּי, *et quisquis*, ver. 6. וּלְמַן־דִּי, *et cuicunque*, Dan. IV. 14.

מִנְדָּה, Chald. vide in מדד.

מַנְדַּע, Chaldaicum nomen vide in יָדַע.

מָנָה *numeravit, dinumeravit, supputavit:* præter. מָנָה עֲפַר, *numeravit pulverem* (*Jacobi*), Num. XXIII. 10. Chald. præter. מְנָה vel מְנֵא, *numeravit*, Dan. V. 25, 26. Niph. præter. נִמְנָה, *annumeratus est*, Ies. LIII. 12. infin. לְהִמָּנוֹת, *numerari*, Eccles. I. 15. futurum, יִמָּנֶה, *numerabitur*, Gen. XIII. 16. יִמָּנוּ, *supputabuntur*, 2 Par. V. 6. Pih. מִנָּה, *paravit, præparavit: constituit, præfecit*, Dan. I. 10, 11. מִנּוּ, *constituerunt*, Job. VII. 3. imper. per apocopam מַן, *præpara*, Ps. LXI. 8. et sic futurum, וַיְמַן, *et præparaverat*, Jonæ II. 1. Chald præter. מַנִּי, *constituit*, Dan. II. 24 מַנִּיתָ, *præfecisti*, Dan. III. 12. imper. מֶנִּי, *constitue*, Esræ VII. 25. Pyh. particip. præter. מְמֻנִּים, *constituti*, 1 Par. IX. 29.

מְנִי, masc. *numerus, copiæ;* לַמְנִי *copiis, numeris istis*, scilicet deorum cœlestium, seu stellarum, quæ pro diis colebantur, Ies. LXV. 11.

מָנֶה, m. *mina, libra, pondo,* Ez. XLV. 12. plurale, מָנִים, *minæ,* 1 Reg. X. 17. cum quo confer, 2 Chron. IX. 16. Mina sacra antiqua continebat quinquaginta siclos sacros, centum vulgares: Mina nova Ezechielis sexaginta siclos, centum viginti vulgares, adjectâ nimirum sexta parte. Fuit et mina viginti quinque siclorum sive centum zuzin aut denariorum. Nam זוּן, *quartæ pars sicli.*

מָנָה, f. *pars, portio,* dinumerata scil. et constituta, 1 Sam. I. 5. const. מְנַת vel מָנָת, ut Psalm. XI. 6. plur. מָנוֹת, *portiones,* 2 Paral. XXXI. 19. vel מְנָיוֹת, Nehem. XIII. 10. vel מְנָאוֹת, Neh. XII. 44. aff. וּמְנוֹתֶיהָ, *et portiones ejus,* Esth. II. 9.

מֹנִים, m. p. *vices,* Gen. XXXI. 7.

מָן, m. *man, manna,* quasi præparatus cibus, Ex. XVI. 15. aut comparatus sine labore, ut appellatur Sapientiæ XVI. 20.

מִנְיָן, m. Chald. *numerus:* constr. לְמִנְיַן, *pro numero,* Esr. VI. 17.

מנח מִנְחָה, f. *munus, donum, oblatio:* dicitur tam de munere profano, quod homo homini dat, quàm sacro frumentaceo, quod Deo offerebant. Illud munus et mane et vesperi offerebatur. A vespertina oblatione, tempus ipsum vocarunt Hebræi *mincha.* Et id duplex, מנחה גדולה, *mincha magna,* quæ latè accipitur, et מנחה קטנה, *mincha parva,* quæ strictè dicitur. Mincha magna seu vespera magna est, quæ incipit ab hora sexta et dimidia, id est, statim post meridiem, ante primam nostram. Hebræorum descriptio est: מנחה גדולה התחלת זמן תמיד של בין הערבים מכי תחיל להעריב דהיינו מחצי שבע ולמעלה דהא חצי שש וחצי שבע חמה עומדת בראש כל אדם וקודרת כנגדה למטה ואינה נוטה לשום צד ומחצי שבע ולמעלה נוטה ברקיע למערב סמוך למנחה מהתחלת שבע, id est, *mincha* seu *vespera magna est initium temporis sacrificii jugis inter duas vesperas* (vide in Radic. ערב) *ex quo incipit vesperascere,* (id est, sol ad vesperam declinare,) *hoc est a dimidia septima et ulterius* (id est dimidia prima nostra.) *Nam a dimidia sexta ad dimidiam septimam,* (a dimidia duodecima usque ad dimidiam primam) *sol consistit in capite cujusque hominis et umbram facit rectà ante se, deorsum, neque declinat in ullum latus: at a dimidia septima et ulterius,* (id est, dimidia prima nostra) *vergit sol in firmamento versus occidentem et spargit umbram versus orientem.* Mincha seu vespera parva est, בתשעה ומחצה, *ab hora nona et dimidia,* id est, ab hora tertia nostra et dimidia, nempe circa quartam nostram. Hoc tempore, durante templo, solebant sacrificia offerre quæ vocantur mincha: cessante templo et sacrificiis, viri synagogæ magnæ substituerunt eis preces, et *precatio vespertina* vocatur תפלת מנחה. Sic tempore minchæ magnæ, precatus est Petrus ascendens in solarium, Actor. X. 9. ad mincham parvam seu horam precationis nonam Petrus et Johannes iverunt in templum, Actor. III. 1. centurio Cæsariensis preces peregit, Actor. X. 3, 30. erat et mincha sacrificium matutinum, ut Numer. XXVIII. 4. 2 Reg. III. 20. cui successit תפלת השחר, *oratio matutina,* cujus initium cum ipso die, et finis ad horam quartam, id est, nostram decimam, non quod per quatuor horas duraret, sed quod quilibet tenebatur eam ante finem horæ quartæ absolvere. De hoc est canon Majemonis, tractatu תפלה, *de precatione,* cap. 3. תפלת השחר מצותה שיתחיל להתפלל עם הנץ החמה וזמנה עד סוף שעה רביעית שהיא שלישית היום, id est, *orationis ma-*

tutinæ lex est ut incipiat quis orare cum exortu solis, et terminus ejus usque ad finem horæ quartæ, quæ est tertia pars diei. Sic apostoli in precibus et sacris matutinis fuerunt adhuc circa tertiam (id est, nonam nostram antemeridianam) occupati, quando acceperunt Spiritum Sanctum, Actor. II. 15. Videatur Majemon dicto loco: Talmud de Schabbatho, cap. 1. fol. 9. R. Alphes, tractatu de Paschate, capite sexto. Sed redeamus ad vocem. מִנְחָה לַיהוָה, *munus* vel *oblationem Domino*, Gen. IV. 3. וְהוֹרִידוּ לָאִישׁ מִנְחָה, *et deferte ad virum illum munus*, Genes. XLIII. 11. אֲכַפְּרָה פָנָיו בַּמִּנְחָה, *placabo faciem ejus munere*, Genes. XXXII. 20. constr. וּבְמִנְחַת הָעֶרֶב, *et in munere*, vel *oblatione vespertina*, Esr. IX. 5. id est, tempore oblationis vesp. aff. אֶל־מִנְחָתוֹ, *ad munus* vel *oblationem ejus*, Gen. IV. 4. plural. cum aff. יִזְכּוֹר כָּל־מִנְחוֹתֶיךָ, *memor sit omnium oblationum tuarum*, Psal. XX. 4. Rabbini in plurali absoluto dicunt מְנָחוֹת. Vide infrà נחה. Chald. וּמִנְחָה, *et munus*, Dan. II. 46. affix. וּמִנְחָתְהוֹן, *et munus* vel *oblationem eorum*, Esr. VII. 17.

מנך הַמְנִיכָא, Chald. *torques:* וְהַמוֹנְכָא דִי דַהֲבָא, *et torques aureus erit in collo ipsius*, Dan. V. 7. ubi Masorethæ tradunt legendum הַמְנִיכָא quomodo et aliâs in Targum occurrit.

מנן מִנִּים, m. p. *fides, chordæ;* species instrumenti musici fuit, Ps. CL. 4.

מָנַע *inhibuit, cohibuit, prohibuit:* frequenter cum præp. מִן construitur: præt. מָנַע מִמֵּךְ, *prohibuit à te*, Gen. XXX. 2. partic. מֹנֵעַ, *cohibens* (*gladium suum*) מִדָּם, *à sanguine*, Jerem. XLVIII. 10. Niph. præterit. נִמְנַע מִבֵּית, *cohibetur à domo* (*Dei vestri*), Joël. I. 13. futur. תִּמָּנַע, *cohibeas te*, Numer. XXII. 16. וַיִּמָּנְעוּ, *et cohibiti fuerunt*, Jer. III. 3.

מנר מָנוֹר, m. *jugum textorium:* constructum, כִּמְנוֹר אֹרְגִים, *sicut jugum textorum*, 1 Sam. XVII. 7.

מסה Hiph. הִמְסָה, *liquefecit: dissolvit:* præter. irregulare, הִמְסִיו, *liquefecerunt*, Jos. XIV. 8. formâ, Chaldaicâ, pro הִמְסוּ. futur. אַמְסֶה, *liquefacit ista*, Psalm. VI. 7. et cum apocopa, וַתֶּמֶס, *dissolveres*, Psalm. XXXIX. 12.

תֶּמֶס, vide in מָסַס.

מָסַךְ *infudit, miscuit*, Ies. XIX. 14. מָסַכְתִּי, *miscui*, Psalm. CII. 10. infin. לִמְסֹךְ, *ad miscendum*, Ies. V. 22. convenit cum מָזַג.

מֶסֶךְ, m. *mixtio*, Psal. LXXV. 9.

מִמְסָךְ, m. *mistura, libamen mistum*, Ies. LXV. 11. *vinum mistum*, Prov. XXIII. 30.

מָסַס *liquefieri, dissolvi*, infinit. וְהָיָה כִּמְסֹס נֹסֵס, *eritque* (*Assyrius*) *sicut dissolvitur* (*metu*) *signifer*, Ies. X. 18. Niph. נָמֵס vel נָמַס, Psal. XXII. 15. et Ez. XXI. 7. fut. anomalum, וַיִּמָּאֵס, *et liquefit*, Job. VII. 5. pro יִמַּס, et sic יִמָּאֲסוּ, *liquefiant*, Psalm. LVIII. 8. simile vide in בזז, et infrà צלל. Hiph. præterit. הֵמַסּוּ, *liquefecerunt, dissolverunt* Deut. I. 28.

מָס, m. *dissolutus*, Job. VI. 14. vel est nomen participiale, *liquescens*.

מַס, m. *tributum*, 1 Reg. V. 13. plural. מִסִּים, *tributa*, Exod. I. 11. et fœmin. מִסָּה unde constr. מִסַּת, Deut. XVI. 10. vel *sufficientia*, ex Chaldaica significatione: nam pro

Hebræo דַּי vel דִּי, in Targum frequenter ponitur מִסַּת: ut, מִסָּתִי, *sufficientiæ meæ*, Prov. XXX. 8.

תֶּמֶס, m. *liquefactio:* שַׁבְּלוּל תֶּמֶס, *limax liquefactionis,* id est, liquescens, Psal. LVIII. 8.

מָסַר *tradidit, suppeditavit:* inf. לִמְסָר־מַעַל, *ad suppeditandum prævaricationem*, Num. XXXI. 16. Niph. futur. וַיִּמָּסְרוּ, *et traditi sunt*, Num. XXXI. 5.

מָסֹרֶת, f. *traditio, exhibitio*, Ezech. XX. 37. sunt tamen ex Hebræis qui hoc ab אָסַר deducant, pro מַאֲסֹרֶת, *vinculum*. Vide אָסַר.

מָעַד *vacillavit, nutavit, lapsus est:* מָעֲדוּ קַרְסֻלָּי, *vacillant tali mei*, 2 Sam. XXII. 37. particip. præsens, לְמוֹעֲדֵי רָגֶל, *ad nutantes* vel *in nutationibus pedis*, Job. XII. 5. futurum, לֹא אֶמְעָד, *non vacillabo*, Ps. XXVI. 1. תִמְעַד אֲשֻׁרָיו, *labascit ullus gressuum ejus*, Psal. XXXVII. 31. Pyh. juxta quosdam, est particip. fœmin. וְרֶגֶל מוּעָדֶת, *et pes vacillare factus, luxatus*, Proverb. XXV. 19. Hiph. imper. הַמְעַד, *fac ut nutent*, Psalm. LXIX. 24.

מעה מֵעִים, m. d. *viscera:* construct. בִּמְעֵי הַדָּג, *in visceribus piscis;* Jon. II. 1. affix. מֵעָיו, *viscera ejus*, 2 Sam. XX. 10. מֵעַי, *viscera mea*, Jer. IV. 19. וּמֵעֵיהֶם, *viscera sua*, Ezech. VII. 19. in quibus irregulariter est Tzere sub מ loco Scheva. Chald. מְעוֹהִי, *venter ejus*, Dan. II. 32. per metonymiam. In Targum מְעַיִן, unde מְעִיהוֹן, *viscera sua*, Ez. VII. 19. מְעוֹהִי, *viscera sua*, 2 Sam. XX. 10.

מְעוֹת, fœm. *scrupi, lapilli:* affix. כִּמְעֹתָיו, *sicut scrupi ejus*, Ies. XLVIII. 19.

מָעַט *parvum, paucum, parum esse* vel *fieri, minui, diminui:* infinit. לְפִי מְעֹט, *secundum diminui*, Levit. XXV. 16. id est, pro paucitate, infinitivus loco nominis. futur. יִמְעַט, *minor fuerit*, Exod XII. 4. יִמְעָטוּ, *diminuentur*, Ies. XXI. 17. Pih. מִעֵט, *minuere, diminuere:* præterit. מִעֲטוּ, *minuent*, Eccles. XII. 3. Hiph. præt. וְהִמְעִיטָה, *et diminuat*, Lev. XXVI. 22. etc.

מְעַט, m. *paucitas, parum, paucum, minimum: paucus, parvus:* אֲנָשִׁים מְעַט, *homines pauci*, Nehem. II. 12. מְעַט מְעַט, *paulatim*, Exod. XXIII. 30. כִּמְעַט, vel *minimo, momento, propemodum, ferè, fermè, penè*, Psalm. LXXXI. 15. plural. מְעַטִּים, *pauci*, Eccles. V. 1.

מָעַךְ *compressit:* part. præter. וּמָעוּךְ, *et compressus*, Levit. XXII. 24. fœmin. מְעוּכָה, *compressa, impressa*, vel *infixa in terram*, 1 Sam. XXVI. 7. Pyh. præterit. שָׁם מֹעֲכוּ, *illic compressa fuerunt (ubera tua,)* Ezech. XXIII. 3.

מָעַל *prævaricatus est:* construitur cum præpos. בְּ, et ferè semper habet adjunctum nomen conjugatum: præter. מָעַל־בִּי, *prævaricatur contra me*, Ezechiel. XVII. 20. מָעַל מַעַל, *prævaricatus est prævaricatione*, Jos. XXII. 20. etc.

מַעַל, m. *prævaricatio:* aff. מַעֲלָם, *prævaricationem eorum*, Ez. XXXIX. 26.

מְעִיל, m. *pallium*, Exod. XXVIII. 31. affix. מְעִילוֹ, *pallii ejus*, 1 Sam.

XV. 27. plural. מְעִילִים, *pallia,* 2 Sam. XIII. 18. aff. אֶת־מְעִילֵיהֶם, *pallia sua,* Ezech. XXVI. 16.

מען לְמַעַן, *propter,* cum verbo infinitivo: cum futuro, *propterea, ut:* לְמַעַן הָבִיא, *propter adducere, ut adducat,* Gen. XVIII. 19. לְמַעַן תִּוָּרֵא, *ut timearis, reverenter colaris,* Psalm. CXXX. 4. לְמַעַן לָמוּג לֵב, *propter diffluere cor, ut diffluat animus,* Ez. XXI. 15. pleonasmus: nam aliâs simplici infinitivo præmittitur et idem valet quod ל infinitivo præfix. לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה, *propterea quod præcepturus est,* Genes. XVIII. 19. affix. לְמַעַנְךָ, *propter te,* לְמַעֲנִי, *propter me,* etc. Sunt qui ad עָנָה pertinere putant: notat enim responsionem seu redditionem causæ, ut et de יַעַן suprà dictum est.

*מעד מְעָרָה, quod vide in עָרָה.

מצא *invenit, reperit, deprehendit, assecutus, consecutus est:* et constructum cum ל, est *satis esse, sufficere;* ut, וּמָצָא לָהֶם, *et satis sit eis,* Num. XI. 22. vide et Jud. XXI. 14. et 2 Sam. XVIII. 22. Niph. נִמְצָא, *inventus, repertus, deprehensus fuit.* Item *sufficere,* יִמָּצֵא לָנוּ, *sufficeret nobis,* Jos. XVII. 16. et sic Zachar. X. 10. Hiph. הִמְצִיא, *invenire fecit, effecit ut præstò esset, porrexit, tradidit, exhibuit:* præter. cum י loco א, הִמְצִיתִיךָ, *exhibui te,* 2 Sam. III. 8.

מצד m. *arx, propugnaculum, munitio:* plural. fœm. מְצָדוֹת, *propugnacula,* Ies. XXXIII. 16.

מָצוֹד, m. idem: construct. מְצוֹד רָעִים, *munitionem malorum,* Prov. XII. 12. id est, contra mala, vel arcem, in quâ se fortificet ad mala perpetranda, juxta R. Levi: plural. מְצוֹדִים, *munitiones,* Eccles. IX. 14. vide et in צוּד. fœmin. מְצוֹדָה, idem: aff. וּמְצוֹדָתָהּ, *et munitionem ejus,* Ies. XXIX. 7. plur. בַּמְּצָדוֹת, *in munitiones,* Ezech. XIX. 9. vide et צוּד.

מְצוּדָה, f. idem, Job. XXXIX. 31. constr. אֶת מְצֻדַת צִיּוֹן, *arcem vel propugnaculum Tzionis,* 2 Sam. V. 7. aff. וּמְצֻדָתִי, *et propugnaculum meum,* 2 Sam. XXII. 2. plural. מְצוּדוֹת, *munitiones,* Psalm. XXXI. 3. vide et צוּד.

מצה *expressit, exsuxit:* præter. מָצִית, *exsuxisti,* Ies. LI. 17. futur. וַיִּמֶץ טַל, *et expressit rorem,* Jud. VI. 38. per apocopam. Niph. præteritum, וְנִמְצָה דָמוֹ, *et exprimetur sanguis ejus,* Lev. I. 15. futur. יִמָּצֵה, *exprimetur,* Levit. V. 9. יִמָּצוּ לָמוֹ, *exprimentur eis,* Psal. LXXIII. 10.

מצח c. *frons,* Exod. XXVIII. 38. aff. בְּמִצְחוֹ, *in fronte ejus,* 2 Par. VI. 19. plur. constr. עַל מִצְחוֹת, *super frontes virorum,* Ezech. IX. 4.

מִצְחָה, f. *frontale:* constr. וּמִצְחַת נְחֹשֶׁת, *et frontale æreum erat super pedibus ejus,* 1 Sam. XVII. 6.

מצץ *expressit:* futur. תָּמֹצּוּ, *exprimatis,* Ies. LXVI. 11. convenit cum מָצָה et cum מִיץ.

מַצָּה, f. *azymum, infermentatum:* Num. VI. 19. plur. מַצּוֹת, *infermentata, azymi,* Exod. XII. 18.

*מצר מְצָרִים, vide in צָרַר.

מקל m. *baculus,* Jer. I. 11. constr. in Pathach מַקַּל, Gen. XXX. 37. quasi à forma מַקֵּל. aff. מַקְלוֹ, *baculum suum,* 1 Sam. XVII. 40. absque Dagesch: שְׁנֵי מַקְלוֹת, *duos baculos,* Zach. XI. 7.

מקק Niph. נָמַק, *tabescere, contabescere, tabefieri*: præterit. וְנָמַקּוּ, *et contabescent*, Ies. XXXIV. 4. part. plur. אֲנַחְנוּ נְמַקִּים, *nos tabescimus*, Ezech. XXXIII. 10. futur. וּלְשׁוֹנוֹ תִּמַּק, *et lingua cujusque tabefiet*, Zach. XIV. 12. Hiph. הָמֵק בְּשָׂרוֹ, *tabefaciendo carnem cujusque*, Zach. XIV. 12.

מַק, m. *tabes*, Ies. V. 24.

מַר *stilla, gutta*: כְּמַר מִדְּלִי, *sicut gutta è situla*, Ies. XL. 15.

מרא Hiph. הִמְרִיא, *extulit se*: futurum, תַּמְרִיא, *extollit se*, Job. XXXIX. 18. Chaldæus, *volat*.

מְרִיא, m. *saginatum, pingue*, quasi elevatum dicas, 2 Sam. VI. 13. plur. וְחֵלֶב מְרִיאִים, *et adipem pinguium*, Ies. I. 11. aff. מְרִיאֵיכֶם, *pinguium vestrorum*, Amos V. 22.

מָרֵא m. Chaldæum, *Dominus*: וּמָרֵא מַלְכִין, *et Dominus regum*, Dan. II. 47. in Targum plerunque pro Hebræo אָדוֹן dicitur מָר absque א in fine: cum aff. מָרַאי, *Domine mi*, Dan. IV. 16. cum א redundante juxta Masorethas.

מֹרַג m. *tribula*, antiqua scilicet trahæ vel vehiculi quædam species, quâ olim frumenta excutiebantur, unde et illud Virgilii, "tribulaque trahæque et iniquo pondere rostri:" videatur Varro 1. de re Rust. cap. 52. לְמוֹרַג, *in tribulam*, Iesaias XLI. 15. plural. וְהַמֹּרִגִּים, *et tribulæ*, 2 Sam. XXIV. 22. vide חָרוּץ in חָרַץ.

מָרַד *rebellavit*: construitur cum præpos. בְּ et עַל: præter. מָרַדְתָּ בִּי, *rebellasti contra me*, 2 Reg. XVIII. 20. partic. plur. constr. בְּמֹרְדֵי־אוֹר, *inter rebellantes lucis*, id est, adversus lucem, Job. XXIV. 13. futur. וַיִּמְרֹד עַל־אֲדֹנָיו, *et rebellavit contra dominum suum*, 2 Par. XIII. 6.

מֶרֶד, m. *rebellio*, Jos. XXII. 22. Chald. וּמְרַד, *et rebellio*, Esr. IV. 19. et adjectivum fœmin. קִרְיְתָא מָרָדְתָּא, *urbem rebellem*, Esr. IV. 12.

מַרְדּוּת, fœm. *rebellio, contumacia*, 1 Sam. XX. 30.

מָרוּד, masc. vide in רוּד: plural. מְרוּדִים, *exules, ejecti ut rebelles*, Ies. LVIII. 7. juxta Ab. Esram, *afflicti*, et מ est radicale: Chaldæus, *vagi, exulantes*. R. Salomon deducit à רוּד, vide illic.

מָרָה *rebellis fuit, rebellavit*: construitur cum præposit. בְּ et cum accusativo: quandoque significationem à מוּר et מָרַר mutuatur: præteritum, מָרָה אֶת־פִּי יְהוָה, *rebellavit contra os Domini*, 1 Reg. XIII. 26. מָרוּ בָךְ, *rebellant in* vel *contra te*, Ps. V. 11. part. בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה, *filius contumax et rebellis*, Deuter. XXI. 18. מֹרֶה מְאֹד, *rebellis valdè*, juxta R. Levi, 2 Reg. XIV. 26. alii, *variam, mutabilem valdè*, quæ significatio à מוּר petita: alii, *amaram*, quod est à מָרַר. Hiph. הִמְרָה, *exacerbavit: rebellavit: mutavit*. præter. הִמְרוּ אֶת־רוּחוֹ, *exacerbarunt spiritum ejus*, Psalm. CVI. 33. particip. מַמְרִים, *rebelles fuistis*, Deut. IX. 7. infin. לַמְרוֹת, *ad exacerbandam*, Ies. III. 8. futur. יַמְרֶה אֶת־פִּיךָ, *rebellaverit contra os tuum*, Jos. I. 18. et cum apocopa, וַתֶּמֶר, *et mutavit*, Ez. V. 6. וַיַּמְרוּ, *et exacerbarunt*, Psalm. LXXVIII. 56.

מוֹרָה, m. *novacula*, sic dicta, quòd radendo caput vel faciem mutet, Jud.

XVI. 17. vide aliam significationem in יָרֵא: construct. מְרַת, vide in מָרַר.

מְרִי, m. *rebellio*, Proverb. XVII. 11. aff. מֶרְיְךָ, *rebellionem tuam*, Deut. XXXI. 27. בְּמִרְיָם, *rebellione sua*, Nehem. IX. 17.

מְרָתַיִם, f. d. *rebelliones*, juxta Chaldæum et Hebræos communiter, Jerem. L. 21. quibusdam est nomen proprium loci.

מָרַח *contrivit, contudit:* futurum, וְיִמְרְחוּ עַל־הַשְּׁחִין, *et contundant super ulcus*, id est, contusum applicent, appingant, tanquam emplastrum, (verbum est chirurgicum), Ies. XXXVIII. 21.

מְרוֹחַ, m. *attritus:* מְרוֹחַ אָשֶׁךְ, *attritus teste*, qui Thlibias dicitur ἀπὸ τοῦ θλίβειν ab atterendo, Lev. XXI. 20.

מָרַט *evulsit pilos, depilavit, glabravit:* particip. לְמֹרְטִים, *depilantibus*, Ies. L. 6. hinc metaphoricè, *expolire, extergere:* particip. מְרוּטָה, *extersus*, Ezech. XXI. 9. et in priore significatione, וְכָל־כָּתֵף מְרוּטָה, *et omnis humerus depilatus est*, id est, nudatus, Ezech. XXIX. 18. infinit. לְמָרְטָה, *ad extergendum*, Ez. XXI. 11. fut. וָאֶמְרְטָה, *et evulsi pilos capitis mei*, Esr. IX. 3. וָאֶמְרְטֵם, *et glabravi eos*, Neh. XIII. 25. Niph. futurum, יִמָּרֵט, *glabrum fiet*, Levit. XIII. 40. Pyh. præter. מֹרָטָה, *extersus est*, Ezech. XXI. 10. particip. præsens, וּמוֹרָט, *et depilatam*, Ies. XVIII. 2. particip. præter. נְחֹשֶׁת מְמוֹרָט, *ex ære exterso*, 1 Reg. VII. 45. Chald. ex Pehil. præt. passivum, מְרִיטוּ, *evulsæ, depilatæ*, Dan. VII. 4.

מָרַץ Niph. נִמְרַץ, *roborari, acre, vehemens esse:* præter. מַה־נִּמְרְצוּ, *quàm acres sunt* (*sermones tui*), Job. VI. 25. part. præsens perditione נִמְרָץ, *acri, vehementi*, Mich. II. 10. fœm. קְלָלָה נִמְרֶצֶת, *maledictione acerrima*, 1 Reg. II. 8. Hiph. futur. יַמְרִיצְךָ, *robustum* vel *acrem reddet te*, Job. XVI. 3.

מָרַק *tersit, expolivit:* particip. præter. נְחֹשֶׁת מָרוּק, *ex ære terso*, 2 Par. IV. 16. imper. מִרְקוּ, *tergite*, Jer. XLVI. 4. Pyh. præterit. וּמֹרַק, *et extergetur* seu *defricabitur*, Levit. VI. 21.

מָרָק, m. *jus*, sic dictum, quòd in eo defæcetur et defricetur caro, Jud. VI. 20. ubi scribitur cum Pathach, præter normam: vide Kimchium. construct. וּמְרַק, *et jus*, Ies. LXV. 4. quomodo Masorethæ illic legendum docent, pro eo quod in textu scribitur, וּפְרַק, de quo vide in פָּרַק.

מְרוּקִים, m. p. *mundationes:* aff. יְמֵי מְרוּקֵיהֶן, *dies mundationum ipsarum*, Esth. II. 12.

תַּמְרוּק, masc. *mundatio, strigilis*, quasi abstersionem vel abstersorium dicas, Prov. XX. 30. plural. constr. וּבְתַמְרוּקֵי, *et mundationes*, Esth. II. 12. affix. תַּמְרוּקֵיהָ, *munditias* seu *mundum ejus*, Esth. II. 9.

מָרַר *amarum esse:* præt. juxta quosdam, מַר לִי, *amarum est mihi*, Ruth I. 13. quod et nomen esse possit: כִּי מָרָה נֶפֶשׁ, *nam amarus erat animus* (*totius populi*,) 1 Sam. XXX. 6. Niph. præter. נָמַר, vide in מִיר: futur. יֵמַר, *amarescet*, Ies. XXIV. 9. pro יִמַּר. Pih. futur. אֲמָרֵר בַּבֶּכִי, *amaricabo, amaram reddam* vel *edam* scil. *vocem in fletu*, Iesaias XXII. 4.

וַיְמָרְרוּ, *et amaram effecerunt (vitam eorum,)* Exod. I. 14. וַיְמָרְרֻהוּ, *amaritudine affecerunt eum,* Gen. XLIX. 23. Hiph. הֵמַר, *amarum, amaritudine affecit, exacerbavit.* præt. הֵמַר נַפְשִׁי, *amaritudine affecit animam meam,* Job. XXVII. 2. infinit. הָמֵר, *amaricare, amarè agere, amarè flere,* Zach. XII. 10. futur. תַּמֵּר, *amarices, amaritudine afficias, exacerbes,* Exod. XXIII. 21. pro תָּמֵר. Hithp. futurum ex geminata prima radicali, וַיִּתְמַרְמַר, *et exacerbavit se,* Daniel. VIII. 7.

מַר, m. *amarus:* item *amaritudo, amarum:* מַר לִי מָר, *amara mihi amaritudo,* Ies. XXXVIII. 17. מַר הַמָּוֶת, *amaritudo mortis,* 1 Sam. XV. 32. plur. מָרִים, *amaræ,* Exod. XV. 23. construct. מָרֵי נֶפֶשׁ, *amari animo,* Jud. XVIII. 25. fœmin. מָרָה, *amara,* Job. XXI. 25. et cum א loco ה, מָרָא, *amara,* Ruth. I. 20. cui simile vide in זָרָא. et substantivè *amaritudo,* 2 Sam. II. 26. construct. מָרַת נֶפֶשׁ, *amara animo,* 1 Sam. I. 10. cum Cholem ab initio, מֹרַת רוּחַ, *amaritudo spiritus,* Genes. XXVI. 35. et Cholem correpto, et ר juxta Masorethas Dagessato, מָרַּת נַפְשׁוֹ, *amaritudinem animæ suæ,* Prov. XIV. 10. ubi ר cum Dagesch. Est et מָרָה, *Mara,* proprium nomen loci, ab amaris aquis sic dicti, Exod. XV. 23. מָרָתָה, *Maram usque,* ibid.

מֶמֶר, m. *amaritudo,* Prov. XVII. 25.

מְרִירוּת, fœm. idem, Ezech. XXI. 11.

מְרֹרָה, fœm. *fel,* ab amaritudine: construct. מְרֹרַת פְּתָנִים, *fel aspidum,* Job. XX. 14. aff. מְמְרֹרָתוֹ, *et felle ejus,* Job. XX. 25.

מְרֵרָה, f. idem: aff. מְרֵרָתִי, *fel meum,* Job. XVI. 13.

מְרִירִי, m. *amarus,* Deut. XXXII. 24. hinc plural. construct. juxta quosdam, כִּמְרִירֵי יוֹם, *sicut amaritudines diei,* Job. III. 5. sed vide id in כָּמַר.

מְרֹרִים, m. p. *amaritudines, res amaræ, amara,* Exod. XII. 8. fœm. מְרֹרוֹת, idem, Deut. XXXII. 32.

מַמְרֹרִים, m. p. idem, Job. IX. 18.

תַּמְרוּרִים, m. p. *amaritudines,* Jer. XXXI. 15. quod vide etiam in תָּמַר.

מָשָׁה *extraxit:* præt. מְשִׁיתִהוּ, *extraxi eum,* Exod. II. 10. Hiph. futur. יַמְשֵׁנִי, *extrahet me,* 2 Sam. XXII. 17.

מֶשִׁי, masc. *sericum,* Ezech. XVI. 10, 13.

מָשַׁח *unxit:* מָשַׁח אֹתוֹ, *unxit eum,* Num. XXXV. 25. Niph. præt. כִּי־נִמְשַׁח, *quòd unctus esset,* 1 Paral. XIV. 8. infinit. בְּיוֹם הִמָּשַׁח אֹתוֹ, *in die ungi illud,* id est, quo unctum fuit, Num. VII. 10.

מָשִׁיחַ, masc. *unctus,* 2 Sam. I. 21. *Messias, Christus,* sic dictus, quod is verè esset ille, quem uncti reges et sacerdotes in V. T. repræsentarent, Dan. IX. 25, 26. construct. מְשִׁיחַ יְהוָֹה, *unctus Domini,* 1 Sam. XXIV. 7. aff. מְשִׁיחוֹ, *uncti sui,* 1 Sam. II. 33. plur. בִּמְשִׁיחָי, *unctos meos,* Ps. CV. 15.

מָשׁוּחַ, m. *pictum,* quasi inunctum dicas, Jer. XXII. 14.

מִמְשַׁח, m. *unctio,* vel metonymicè *unctus,* Ezech. XXVIII. 14.

מִשְׁחָה, f. *unctio*, Exod. XXXI. 11. constr. מִשְׁחַת קֹדֶשׁ, *unctionis sacræ*, Exod. XXX. 25.

מָשְׁחָה, f. idem: aff. מָשְׁחָתָם, *unctio eorum*, Exod. XL. 15.

מְשַׁח, Chald. *oleum*, ab ungendo quasi unguentum dictum, Esr. VI. 9.

מָשַׁךְ *traxit, extraxit, protraxit, protendit*: construitur cum accus. et præpos. ב ,על et ל. præter. מָשַׁךְ בַּקֶּשֶׁת, *traxit arcu*, id est, jaculatus est, 1 Reg. XXII. 34. imper. מְשׁוֹךְ חַסְדְּךָ לְיֹדְעֶיךָ, *protende benignitatem tuam erga cognoscentes te*, Psalm. XXXVI. 11. Niph. fut. לֹא תִמָּשֵׁךְ, *non protrahetur*, Ezech. XII. 28. Pyh. partic. עַם מְמֻשָּׁךְ, *populus distractus*, Ies. XVIII. 7. fœm. תּוֹחֶלֶת מְמֻשָּׁכָה, *spes protracta*, Prov. XIII. 12.

מֶשֶׁךְ, m. *tractus, tractio* seu *acquisitio*, Psal. CXXVI. 6. Job. XXVIII. 18. et adverbialiter, juxta quosdam, *protractè*, hoc est, protracto tempore, diu, Psal. CXX. 5. aliâs est nomen proprium filii Japheth, Gen. X. 2.

מָשַׁל *dominatus est, dominium habuit* vel *exercuit*, et sic construitur cum, על et ב: item, *parabolicè locutus est, parabolis, proverbiis usus est*: præter. וּמָשַׁלְתָּ בְּגוֹיִם רַבִּים, *et dominaberis gentibus multis*, Deut. XV. 6. part. הַמֹּשֵׁל, *quisquis utitur parabola*, fut. יִמְשֹׁל, *parabolâ utetur*, Ez. XVI. 44. Niph. נִמְשַׁל, *comparatus, similis, consimilis factus est*. præter. נִמְשַׁל, *similis fit*, Psalm. XLIX. 13. נִמְשַׁלְתָּ, *similis factus es*, Ies. XIV. 10. וְנִמְשַׁלְתִּי, *et consimilis fiam*, Psal. XXVIII. 1. Pih. particip. מְמַשֵּׁל, *parabolarum artifex*, quasi dicas proverbicator, Ezech. XX. 49. Hiph. הַמְשִׁיל, *dominari* vel *dominatorem fecit: comparavit, assimilavit*: præt. הִמְשִׁילָם, *dominatores eos faciet*, Dan. XI. 39. infinit. loco nominis, הַמְשֵׁל וָפַחַד, *dominari et formido*, hoc est, dominatus formidabilis. fut. תַּמְשִׁילֵהוּ, *dominatorem constituisti eum*, Psal. VIII. 7. תַּמְשִׁילֻנִי, *comparabilis me*, Ies. XLVI. 5. Hithp. futur. אֶתְמַשֵּׁל, *comparabo me*, Job. XXX. 19.

מָשָׁל, m. *similitudo, parabola, proverbium, sententia*, scitè graviterque dicta et paucis concinnata: constr. מְשַׁל הַקַּדְמֹנִי, *proverbium antiqui, pro antiquorum*, 1 Sam. XXIV. 14. aff. מְשָׁלוֹ, *sententiam suam*, Num. XXIII. 18. plur. מְשָׁלִים, *parabolas, sententias*, Eccles. XII. 9. construct. מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה, *proverbia Salomonis*, Prov. I. 1. *similitudines*, Job. XIII. 12.

מִמְשָׁל, m. *dominatio*, Dan. XI. 3. plur. מִמְשָׁלִים, *dominationes, dominatores, præsides*, 1 Par. XXVI. 6.

מֶמְשָׁלָה, f. *dominium, dominatus, dominatio, præfectura, ditio*, Mich. IV. 8. const. לְמֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם, *ad præfecturam* vel *dominium diei*, Gen. I. 16. aff. מֶמְשַׁלְתּוֹ, *dominatus sui*, 1 Reg. IX. 19. plural. construct. לְמֶמְשְׁלוֹת בַּלָּיְלָה, *ad dominia noctis*, Psalm. CXXXVI. 9. Et cum Pathach ab initio, מַמְשְׁלוֹתָיו, *dominiorum illius*, Psal. CXIV. 2.

משק מִמְשָׁק, m. *derelictio, locus derelictus*, qui coli intermissus est et sterilis evasit. constructum, מִמְשַׁק חָרוּל, *locus derelictus urticæ*, Soph. II. 9. sic Targum מְשַׁמַּם, quod idem.

מֶשֶׁק, vide in שָׁקַק.

מָשַׁשׁ *palpavit, contrectavit*:

futurum, וַאֲמֻשְּׁךָ, Gen. XXVII. 21. vide suprà in יְמֻשֵּׁנִי ·מוּשׁ, *palpabit me*, ver. 12. Pih. præt. מִשַּׁשְׁתָּ, *contrectasti*, Genes. XXXI. 37. particip. מְמַשֵּׁשׁ, *palpans*, Deuter. XXVIII. 29. etc. Hiph. fut. וְיָמֵשׁ, *et palpet*, Exod. X. 21.

מֶתֶג m. *frænum*, Prov. XXVI. 3. aff. וּמִתְגִּי, *et frænum meum*, Ies. XXXVII. 29.

מתה מְתִים, m. p. *homines*, nomen generale, scribit Kimchi, in com. complectens viros, mulieres et parvulos: כָּל־עִיר מְתִים, *omnem civitatem hominum*, Deuter. III. 6. construct. עִם־מְתֵי־שָׁוְא, *cum hominibus mendacibus*, Psalm. XXVI. 4. affix. מְתָיו, *hominum ejus*, Deuter. XXXIII. 6.

מְתֹם, m. *homo*: מֵעִיר מְתֹם, *a civitate hominis*, Jud. XX. 48. pro ab hominibus civitatis, per hypallagen.

מָתַח *extendit*: fut. וַיִּמְתָּחֵם, *et extendit eos*, Ies. XL. 22. sic Chaldaicè, מָתִיחַ דִּינָא, *extendens judicium*, 1 Sam. II. 3.

אַמְתַּחַת, f. *saccus*, Gen. XLIV. 2. sic dictus, quòd implendo extendatur: aff. אַמְתַּחְתּוֹ, *sacci sui*, Gen. XLII. 27. plural. constr. אַמְתְּחוֹת הָאֲנָשִׁים, *saccos virorum*, Genes. XLIV. 1. aff. אַמְתְּחֹתֵינוּ, *saccorum nostrorum*, Gen. XLIV. 8.

מָתַי *quando?* אַחֲרֵי מָתַי עֹד, *post quando adhuc*, id est, post quantum adhuc temporis? Jerem. XIII. 27. עַד מָתַי, *quousque, usquequo?* Psalm. LXXX. 5. לְמָתַי, *ad quando, ecquando*, Exod. VIII. 9.

מתן מָתְנַיִם, m. d. *lumbi*, Deut. XXXIII. 11. construct. מָתְנֵי־אִישׁ, *lumbis viri*, Jerem. XIII. 11. affix. אֵזוֹר מָתְנָיו, *cingulum lumborum ejus*, Ies. XI. 5.

מָתַק *dulce, suave esse, dulcescere*: contrarium ipsi מָרַר· præteritum, מְתָקוֹ רִמָּה, *suavis est ipsi vermis*, Job. XXIV. 20. nempe à vermibus depasci. Nomen fœmininum verbo masculino adjungitur, quia de tota specie seu utroque sexu intelligitur. מָתְקוּ־לוֹ, *dulcescunt ipsi*, Job. XXI. 33. particip. vel nomen potius, וּמְתוּקִים מִדְּבַשׁ, *et dulciora melle*, Psal. XIX. 11. fœm. וּמְתוּקָה שְׁנַת, *dulcis somnus operantis*, Eccles. V. 11. futurum, מַיִם גְּנוּבִים יִמְתָּקוּ, *aquæ furtivæ suaves sunt*, Prov. IX. 17. Hiph. futurum, תַּמְתִּיק בְּפִיו, *dulce fuit in ore ipsius*, Job. XX. 12. נַמְתִּיק סוֹד, *dulce reddemus consilium*, Psal. LV. 15.

מָתוֹק, m. *dulcis, dulce*, Jud. XIV. 14.

מֹתֶק, m. *dulcedo*: aff. מָתְקִי, *dulcedinem meam*, Jud. IX. 11.

מֶתֶק, m. idem, Prov. XVI. 21.

מַמְתַּקִּים, m. p. *dulcedines*, Cant. V. 16.

נ

נָא *quæsò, obsecrò*: *nunc*: omne נָא in Bibliis idem est quod עַתָּה scribit Ab. Esra, Genes. XII. 11. et Num. X. 31. et Arabicè inverso mo-

do dici אָן. Chaldæus vertit כְּעַן vel כְּדוּן, *nunc,* non tempus sed affectum animi connotans. R. Salomon tamen scribit, interdum esse לשון בקשה, *obsecrantis,* quomodo per aphæresin volunt esse ab אָנָא, quod sequitur. Semel est *crudum,* non satis coctum, Exod. XII. 9.

אָנָּה, *quæsò, obsecrò:* idem, sexies sic scriptum reperiri, Masorethæ notant, Psalm. CXVI. 4. אָנָּא, idem, Psalm. CXVIII. 25. Chaldæus hæc reddit בְּבָעוּ, *obsecrò.* Vide amplius in אָן.

נאד m. *uter,* pellis consuta, quâ liquida deferuntur: וְנֹאד יַיִן, *et utrem vini,* 1 Sam. XVI. 20. et cum ו, אֶת־נֹאוד הֶחָלָב, *et utrem lactis,* Jud. IV. 19. unde quidam ad נוד referunt, et א loco ו accipiunt: aff. בְּנֹאדֶךָ, *in utre tuo,* Psal. LVI. 9. plur. נֹאדוֹת הַיַּיִן, *utres vini,* Jos. IX. 13.

נָאָה *pulchrum, decorum, amœnum esse, convenire, conveniens, decens esse,* apud Rabbinos in usu frequenti. præterit. נָאֲוָה, *decora est,* Psalm. XCIII. 5. נָאווּ, *decoræ sunt,* Cant. I. 10. partic. לֹא נָאוֶה, *non est conveniens,* Prov. XIX. 10. fœmin. נָאוָה, *decet,* Prov. XVII. 7. per commutationem tertiæ radicalis ה in ו, quod et in aliis fit.

נָוֶה, m. *amœnus, pulcher:* שְׁתוּלָה בְנָוֶה, *plantata in amœno loco,* Hos. IX. 13. fœm. הַנָּוָה וְהַמְּעֻנָּגָה, *speciosa et delicata,* Jer. VI. 2. cum ו loco א. Apud Rabbinos מַאֲמָר נָאֶה, *oratio elegans,* אִשָּׁה נָאָה, *mulier pulchra.* נוֹי, *pulchritudo.* possunt et ad Niphal radicis אוה referri, ut pulchra sic dicantur, quia desiderabilia.

נְאוֹת, f. p. vide infrà in נוה.

נָאַם *dixit:* futur. וַיִּנְאֲמוּ, *et dicunt,* Jerem. XXIII. 31. et nomen participiale construct. נְאֻם, *dictum,* ibid. quod tritum et commune fuit in prophetarum exordiis vocabulum. Per præsens indicativi, *dicit, ait,* vulgò redditur, ut et Targum per אָמַר, *dicit.* Hinc quidam Hebræorum deducunt illud plural. לְנֶאֱמָנִים, *eloquentibus, facundis,* Job. XII. 20. vide אמן.

נָאַף *adulteravit* vel *adulteratus est: adulterium commisit, mœchatus fuit.* particip. נֹאֵף אִשָּׁה, *adulterans mulierem,* Prov. VI. 32. *adulter,* Job. XXIV. 15. fœm. הַנֹּאָפֶת, *ipsa adultera,* Levit. XX. 10. plural. נֹאֲפוֹת, *adulterarum,* Ezech. XVI. 38. inf. נָאֹף, *adulterando,* Jer. VII. 8. futur. לֹא תִנְאָף, *non adulterabis,* vel *adulterium commites,* Exod. XX. 14. id est, ne scortator, ut Aben Esra prolixè hoc loco explicat. R. Salomon Jarchi notat dici tantùm de nupta, sed refutatur ab Aben Esra. Pih. præterit. נִאֵפוּ, *adulterantur,* Ezech. XXIII. 37. part. vel nomen participiale מְנָאֵף, *adulter,* Ies. LVII. 3. plur. מְנָאֲפִים, *adulteri,* Ies. XXIII. 10. fœmin. מְנָאֶפֶת, *adultera,* Prov. XXX. 20. futur. וַיְנָאֲפוּ, *et adulterati sunt,* Jer. XXIX. 23.

נִאֻפִים, m. p. *adulteria,* Ezech. XXIII. 43. aff. נִאֻפַיִךְ, *adulteria tua,* Jer. XIII. 27.

נַאֲפוּפִים, m. p. idem, Hos. II. 4. ex geminata tertia radicali, ut נַעֲצוּץ a נָעַץ.

נָאַץ *sprevit, contempsit,* Prov. V. 12. futur. יִנְאַץ, *spernet,* Proverb. XV. 5. Pih. נִאֵץ, *contempsit, contem-*

tim irritavit, provocavit: infin. נָאֵץ, *irritando*, pro נָאֵץ, 2 Sam. XII. 14. Hithp. particip. מִנֹּאָץ, *irritatur*, Ies. LII. 5. pro מִתְנֹאָץ, estque ex participio Puhal et Hithpahel compositum.

נְאָצָה נֶאָצָה נְאָצָה, fœm. *irritatio contumeliosa, contumelia:* וּנְאָצָה, *et contumelia*, 2 Reg. XIX. 3. plural. נֶאָצוֹת, *contumeliæ*, Neh. IX. 18. aff. נָאֲצוֹתֶיךָ, *irritationes tuas*, Ezech. XXXV. 12. ex forma בַּקָּשָׁה.

נָאַק *gemuit:* præterit. וְנָאַק *et gemat*, נְאָקוֹת, *gemitibus confessorum*, Ezech. XXX. 24. futur. יִנְאֲקוּ, *gement, vocem gemebundam edent*, Job. XXIV. 12.

נְאָקָה, fœm. *gemitus:* construct. נַאֲקַת, *gemitum (filiorum Israël,)* Exod. VI. 5. plural. constr. נַאֲקוֹת, *gemitu (confossi,)* Ezech. XXX. 24.

נָאַר Pih. *detestatus est*, Thren. II. 7. נֵאַרְתָּה, *detestatus es*, Psalm. LXXXIX. 40. נֵאָרִים, vide in אָרַר.

נָבָא Niph. *prophetavit, prophetam egit, vaticinatus est:* construitur cum præposit. לְ, אֶל et עַל: præter. נִבֵּיתָ, *prophetasti*, Jerem. XXVI. 9. cum י loco א, etc. Hithp. præterit. וְהִתְנַבֵּיתָ, *ut prophetes*, 1 Sam. X. 6. in medio cum Chirek, ad formam verborum in ה desinentium. Et cum syncopâ literæ ת. וְהִנַּבֵּאתִי, *et prophetabo*, Ezech. XXXVII. 10. infin. מֵהִתְנַבּוֹת, *a prophetando*, 1 Sam. X. 13. ad formam verborum in ה desinentium. Chald. præter. הִתְנַבִּי, *prophetavit*, Esr. V. 1.

נָבִיא, m. *propheta:* affix. נְבִיאֶךָ, *propheta tuus*, Exod. VII. 1. R. Salomon hoc loco deducit à נוּב, *eloqui*, quasi נָבִיא, sit *orator, præco eloquens*, concionem habens ad populum, qui Gallicè dicitur *predicateur, prædicator* vulgò. Sed rectè ab Ab. Esra refutatur, qui scribit א esse radicale, et נָבִיא propriè dici eum, cui Deus arcana revelat. plural. נְבִיאִים, *prophetæ*, Jerem. XXIII. 25. construct. נְבִיאֵי, Jer. XXIII. 15. aff. נְבִיאָיו, *prophetarum ejus*, 1 Reg. XXII. 22. fœm. נְבִיאָה, *prophetissa*, Exod. XV. 20. Chald. נְבִיאָה, *propheta*, Esr. V. 1. et VI. 14. plur. נְבִיאַיָּא, *prophetæ*, Esr. V. 2. in Targum absque ה scribitur.

נְבוּאָה, f. *prophetia*, Nehem. VI. 12. constructum, נְבוּאַת, 2 Par. IX. 29. Chald. בִּנְבוּאַת, *in prophetia*, Esr. VI. 14.

*נבב unde נָבוּב juxta quosdam quod vide in בּוּב.

*נְבִזְבָּה, Chald. vide in בזה.

נָבַח *latravit:* infin. לֹא יוּכְלוּ לִנְבֹּחַ, *non possunt latrare*, Ies. LVI. 10.

נָבַט *intuitus est:* præter. וְנִבַּט, *et intuebitur*, Ies. V. 30. quod aliis ex Pihel, aliis ex Niphal est. Hiph. הִבִּיט, idem: præt. מִשָּׁמַיִם הִבִּיט, *è cœlis intuetur*, Ps. XXXIII. 13.

מַבָּט, m. *exspectatio*, quasi aspectum vel respectum dicas: aff. מַבָּטָם, *exspectatione sua*, Ies. XX. 5. מַבָּטֵנוּ, *exspectatio nostra*, ver. 6. et cum Sægol ab initio, מֶבָּטָהּ, *expectatio sua*, Zach. IX. 5.

נָבֵל *cecidit, concidit, decidit*, et de emarcidis ac flaccidis propriè dicitur: unde et *emarcescere, flaccescere*, item *stultescere, stultè agere*, præt. נָבֵל צִיץ, *decidit flos*, Ies. XL.

8. אִם־נָבַלְתָּ si cecidisti, Proverb. XXX. 32. juxta R. Levi: at Ab. Esra, si stultè egisti, deducta significatione ex nomine נָבָל. Pih. נִבֵּל, vilipendit, turpitudine affecit: præter. וְנִבַּלְתִּיךְ, et turpitudine afficiam te, Nah. III. 6. part. מְנַבֵּל, turpitudine afficit, Mich. VII. 6. futur. וַיְנַבֵּל, et vilipendit, Deut. XXXII. 15. תְּנַבֵּל, vilipendito, Jerem. XIV. 21. Hiph. futurum irregulare וַנָּבֶל, et decidimus vel diffluimus, Ies. LXIV. 6. pro וַנִּבֹּל, cui simile vide infrà in נזד.

נָבָל, m. stultus, flagitiosus, cui ratio et mens concidit, ut stultè vel turpiter agat: plur. הַנְּבָלִים, stulti, 2 Samuel. XIII. 13. fœmin. אַחַת הַנְּבָלוֹת, una stultarum, Job. II. 10.

נְבָלָה, f. stultitia, flagitium, fœditas, Gen. XXXIV. 7.

נַבְלוּת, f. idem: נַבְלֻתָהּ, fœditatem vel stultitiam ejus, Hos. II. 10.

נְבֵלָה, f. cadaver, quasi caducum aut deciduum dicas, et dicitur tam de hominis quàm bestiæ cadavere, Lev. XXII. 8. constr. נִבְלַת, 1 Reg. XIII. 29. aff. נִבְלָתוֹ, cadaver ejus, Deuter. XXI. 23. נְבֵלָתִי, cadaver meum, Ies. XXVI. 19.

נֶבֶל, m. uter, lagena, Jer. XIII. 12.

נֵבֶל, m. idem, Ies. XXX. 14. item nablium, instrumentum musicum, Judæi Germani panduram interpretantur. Vide Ab. Esram, Ies. V. 12. et Psalm. CV. 3. plural. נְבָלִים, nabliis, 1 Par. XV. 16. constr. וְנִבְלֵי שָׁמַיִם, utres cœli, hoc est, nubes velut in utres digestæ, Job. XXXVIII. 37. לְנִבְלֵי, pro utribus, Thren. IV. 2. aff. וְנִבְלֵיהֶם, et utres eorum, Jerem. XLVIII. 12.

מַבּוּל, m. diluvium, sic dictum, quòd omnia fecerit concidere, Genes. IX. 11.

בּוּל, m. Bul, mensis octavi nomen, qui Octobri nostro respondet, sic dictus, quod tunc terræ nascentia tanquam emarcida concidant, 1 Reg. VI. 38. Kimchi scribit, Jer. III. 3. ברוב הזמנים רוב המטר יורד במרחשון לפיכך נקרא ירח בול מענין מבול, ut plurimùm multa pluvia decidit in Octobri, idcirco vocatur mensis Bul ex significatione Mabbul. Aliam significationem vide in יבל.

נָבַע scaturivit, eructavit, ac de fontibus propriè dicitur, aquam eructantibus. particip. נַחַל נֹבֵעַ, torrens eructans, Proverb. XVIII. 4. Hiph. fut. אַבִּיעָה, eructabo, hoc est, more scaturiginis proferam vel effundam, Prov. I. 23. et sic ferè semper hîc sumitur.

מַבּוּעַ, masc. scatebra, scaturigo, Eccles. XII. 6. plural. constr. מַבּוּעֵי מַיִם, scaturigines aquarum, Ies. XLIX. 10.

נֶבְרְשָׁא f. Chald. lychnuchus, lucerna: emphaticè נֶבְרַשְׁתָּא, Dan. V. 5. sic pro Hebræo בַּנֵּרוֹת, in Targum dicitur, בִּנֶבְרְשָׁתָא, lucernis, Soph. I. 12. Rabbini dicunt נִבְרֶשֶׁת. R. Saadias scribit: נברשתא, dicitur, quasi נֵר בַּר שַׁתָּא, lychnuchus filius anni, id est, per totum annum ardens.

נֶגֶב m. auster, meridies, tractus meridianus, plaga australis, 1 Sam. XXVII. 10. נֶגְבָּה, ad plagam australem, in meridianum tractum, Genes. XIII. 1. R. Bechai scribit: נגב vocatur, שאותו רוח נגוב ויבש, quod iste ventus sit siccus et aridus,

propter intensum calorem solis: נְגַב, *aridum esse, exarescere,* in Targum et apud Rabb.

נֶגֶד *coram, contra, ante, e regione, ex adverso:* לְנֶגֶד, *coram,* 2 Reg. I. 13. *ex adverso, contra,* Prov. XXI. 30. מִנֶּגֶד, *e regione,* Gen. XXI. 16. *ex adverso,* 2 Sam. XVIII. 13. נֶגְדָּה, *coram,* Psalm. CXVI. 14. cum aff. נֶגְדּוֹ, *ex adverso sui,* Jos. VI. 5. *coram eo,* Ies. XL. 17. כְּנֶגְדּוֹ, *secundum coram ipsum,* quasi juxta correspondentiam ejus, ipsi tanquam alter ipse, ac naturali specie ac formâ conveniens, astans ei, Genes. II. 18. לְנֶגְדּוֹ, *ex adverso ejus,* Jos. V. 13. Chald. נֶגֶד, *ex adverso,* Dan. VI. 11.

נְגַד, Chald. *traxit se, manavit, profluxit:* inde partic. נָגֵד, *trahens se, manus,* Dan. VII. 10.

הִגִּיד, Hiph. *nuntiavit, annuntiavit, renuntiavit, indicavit, exposuit, narravit, enarravit, retulit,* nempe coram: præter. הִגִּיד לוֹ, *indicavit ei,* Genes. XXXI. 20. Hoph. præter. הֻגַּד, *nuntiatum est,* 1 Sam. XXIII. 13. infin. הֻגֵּד, *nuntiando,* Jos. IX. 24. fut. וַיֻּגַּד, *et nuntiatum est,* Gen. XXII. 20.

נָגִיד, m. *antecessor, antistes, dux, præsul, princeps,* 2 Sam. VII. 8. constr. נְגִיד עַמִּי, *ducem populi mei,* 2 Reg. XX. 5. plur. נְגִידִים אֲדַבֵּר, *antecessorum seu principum,* scil. verba, eloquar, hoc est, præstantia, principibus digna, quasi principalia dicas, Prov. VIII. 6. cui similem locutionem vide Prov. XXII. 20.

נָגַהּ *splenduit,* Ies. IX. 2. futur. יִגַּהּ, *splendebit,* Job. XVIII. 5. Hiph. futurum, יַגִּיהַּ אוֹרוֹ, *splendescere faciet, splendidam edet lucem suam,* Ies. XIII. 10.

נֹגַהּ, f. *splendor,* Ies. L. 10. affix. נָגְהָם, *splendorem suum,* Joël. II. 10. plural. נְגֹהוֹת, *splendores,* Ies LIX. 9. Chald. בְּנָגְהָא, *cum luce,* Dan. VI. 20.

נָגַח *feriit, petiit, impetiit cornibus:* fut. וְכִי־יִגַּח, *et cornu ferierit,* Exod. XXI. 28. Pih. particip. מְנַגֵּחַ, *cornu petens,* Dan. VIII. 4. futur. יְנַגַּח, *cornu feriet,* Deut. XXXIII. 17. תְּנַגַּח, *feries,* 1 Reg. XXII. 11. Hithp. futur. יִתְנַגַּח, *confliget,* Dan. XI. 40.

נַגָּח, m. *petulcus, cornupeta:* שׁוֹר נַגָּח, *bos petulcus,* Ex. XXI. 29.

נָגַן *pulsavit,* scil. instrumentum musicum. Nomen participiale plur. נֹגְנִים, *pulsatores, fidicines,* Psalm. LXVIII. 26. Pih. præter. מְנַגֵּן, *pulsans,* 1 Sam. XVI. 16. infin. נַגֵּן, *pulsare,* 1 Sam. XVI. 18.

נְגִינָה, f. *pulsatio fidium, pulsatio musica, modulatio:* constructum, pro absoluto, עַל־נְגִינַת, *super pulsationem,* vel, *in pulsatione fidium,* Psalm. LXI. 1. aff. נְגִינָתִי, *pulsationis musicæ meæ,* Psal. LXXVII. 7. נְגִינָתָם, *modulatio eorum,* Thren. III. 14. מִנְּגִינָתָם, *à pulsatione sua,* Thren. V. 14. plural. וּנְגִינוֹת, *et pulsationes, odas lyricas,* Ps. LXIX. 13. בִּנְגִינוֹת, *in pulsationibus* sive *pulsatilibus instrumentis,* Psal. IV. 1. aff. בִּנְגִינוֹתָי, *in pulsationibus meis,* hoc est, in fidibus sive pulsatilibus instrumentis, Hab. III. 19.

מַנְגִּינָה, f. idem: אֲנִי מַנְגִּינָתָם, *ego sum modulatio ipsorum,* Thren. III. 63.

נָגַע *tetigit, attigit, pertigit: læsit, percussit, plagis affecit:* construitur cum accusativo, item præpos. אֶל, עַל et cum ב. præter. נָגַע בְּכַף־יָרֵךְ, *tetigit acetabulum femoris,* Gen. XXXII. 33. נָגַע עַל־לִבֵּךְ, *pertingit in cor tuum,* Jer. IV. 18. Niph. fut. וַיִּנָּגְעוּ, *et finxerunt se percussos* seu *plagâ affectos,* Jos. VIII. 15. Pih. futur. וַיְנַגַּע, *et percussit* vel *plagâ affecit,* 2 Reg. XV. 5. Pyh. fut. יְנֻגָּעוּ, *plagis afficientur,* Ps. LXXIII. 5. Hiph. הִגִּיעַ, *pertingere fecit, admovit, conjunxit: deturbavit, dejecit:* et intransitivè, *pervenit, obvenit, obtigit, pertigit:* præter. הִגִּיעַ, *pervenire fecit,* seu *deturbavit,* Ies. XXV. 12. particip. מַגִּיעַ, *pertingebat,* Genes. XXVIII. 12. plural. constr. מַגִּיעֵי, *conjungentibus,* Iesaias V. 8. infinit. וּבְהַגִּיעַ, *et cum pervenisset,* Esth. II. 12. futur. יַגִּיעַ, *pertinget,* Ies. VIII. 8. וַיַּגַּע, *et admovit,* Ies. VI. 7.

נֶגַע, m. *plaga,* Exod. XI. 1. affix. נִגְעוֹ, *plaga ejus,* Levit. XIII. 44. plur. נְגָעִים, *plagæ,* Genes. XII. 17. constr. וּבְנִגְעֵי, *et plagis hominum,* 2 Sam. VII. 14.

נָגַף *cæcîdit, percussit, verberavit, plagâ affecit:* item, *offendit, impegit.* præterit. וְנָגַף, *et plagis afficiet* (*Dominus Ægyptum*) נָגוֹף, *percutiendo* (*et sanando,*) Ies. XIX. 22. fut. וְרַגְלְךָ לֹא תִגּוֹף, *et pedem tuum non offendes,* Prov. III. 23. Niph. præt. נִגַּף, *cæsus, plagâ affectus fuit,* 2 Sam. X. 15. Hithp. fut. יִתְנַגְּפוּ, *lædant se* vel *lædantur, offendantur,* Jerem. XIII. 16.

נֶגֶף, m. *plaga,* Jos. XXII. 17.

מַגֵּפָה, f. idem, 2 Sam. XVII. 9. construct. מַגֵּפַת הַסּוּס, *plaga equorum,* Zach. XIV. 15. aff. מַגֵּפֹתַי, *plagas meas,* Exod. IX. 14.

נגר Niph. נִגַּר, *defluxit, diffluxit, diffudit* vel *effudit se, perfusus fuit:* præter. נִגְּרָה יָדִי, *perfusa manus mea,* Psal. LXXVII. 3. part. plur. נִגָּרִים, *defluentes,* 2 Sam. XIV. 14. fœm. נִגָּרוֹת, *defluunt,* Job. XX. 28. Hiph. הִגִּיר, *diffluere fecit, fudit:* præt. וְהִגַּרְתִּי, *et faciam ut diffluant,* Mich. I. 6. imper. וְהַגִּרֵם, *fac ut diffluant,* Jer. XVIII. 21. fut. וַיַּגֵּר, *et fudit,* Psal. LXXV. 9. Hoph. part. כְּמַיִם מֻגָּרִים, *sicut aquæ profusæ,* Mich. I. 4.

נָגַר, *fluxus, alveus,* juxta Aben Esram, Job. XXVIII. 4. juxta alios est particip. à גּוּר, *accola, peregrinans, habitans.*

נָגַשׁ *accessit, appropinquavit: secessit,* infin. בְּגֶשֶׁת, *cùm accedent,* Num. VIII. 19. imper. גֶּשׁ־הָלְאָה, *secede illuc,* Genes. XIX. 9. et in Pathach, גַּשׁ, *accede,* 2 Sam. I. 15. et cum ה paragogico, גְּשָׁה־נָּא, *accede quæsò,* Gen. XXVII. 21. גְּשׁוּ־נָא אֵלַי, *accedite nunc ad me,* Genes. XLV. 4. fut. יִגַּשׁ, *appropinquato,* Lev. XXI. 23. Niph. præt. נִגַּשׁ, *accedere* (*jussus Joseph,*) Gen. XXXIII. 7. particip. הַנִּגָּשִׁים, *qui appropinquant,* Exod. XIX. 22. Hiph. הִגִּישׁ, *accedere fecit* vel *jussit, attulit, obtulit, adduxit, admovit, stitit,* præter. וְהִגִּישׁוֹ, *et sistet eum,* Exod. XXI. 6. etc. Hoph. præt. הֻגָּשׁוּ, *admoti fuerunt,* 2 Sam. III. 34. et part. מֻגָּשׁ, *offertur,* Mal. I. 11. Hithp. imperat. הִתְנַגְּשׁוּ יַחְדָּו, *appropinquate pariter,* Ies. XLV. 20.

נָגַשׂ *exegit*, tributum scil. aut creditum, 2 Reg. XXIII. 35. item *exigendo* vel *exactionibus arctavit, affixit pressit*. part. vel nomen, נוֹגֵשׂ, *exactor*, Zach. IX. 8. plur. הַנֹּגְשִׂים, *exactoribus*, Exod. V. 6. נֹגְשָׂיו, *exactorum ejus*, Exod. III. 7. futur. יִגֹּשׂ, *exigito, exactione arctato* aut *affligito*, Deuter. XV. 2. תִּגֹּשׂ, *exigendo arctabis*, Deut. XV. 3. תִּנְגֹּשׂוּ, *exigetis*, Ies. LVIII. 3. Niph. præterit. נִגַּשׂ, *arctatus, coarctatus, pressus, oppressus fuit*, propriè *exactionibus*, 1 Sam. XIII. 6.

*נֵד, vide in נוּד.

נָדַב *liberaliter, spontè, voluntariè ad dandum, conferendum* vel *offerendum aliquid moveri, incitari*. præter. נָדַב לִבָּם אוֹתָם, *quos spontè movit animus ipsorum*, Exod. XXXV. 29. נָדְבָה רוּחוֹ, *spontè movit eum spiritus ejus*, ver. 21. fut. יִדְּבֶנּוּ לִבּוֹ, *quem spontè moverit cor ejus*, Exod. XXV. 2. Hithp. *spontè, spontaneum dare* vel *offerre, voluntariè offerri*. præterit. הִתְנַדַּבְתִּי, *spontè obtuli*, 1 Par. XXIX. 17. etc. Chald. præt. הִתְנַדַּבוּ, *spontè offerunt*, Esr. VII. 15. part. מִתְנַדַּב, *spontè offerens se*, Esr. VII. 13. plur. מִתְנַדְּבִין, *spontè offerentes*, ver. 16.

הִתְנַדְּבוּת, fœm. *spontanea oblatio*, Esr. VII. 16.

עֲדִי, m. *ornatus, ornamentum*: item *os oris*: in pausa est cum Sægol וָאֶעְדֵּךְ עֶדִי, *et ornavi te ornamento*, Ez. XVI. 11. וַתָּבֹאִי בַּעֲדִי עֲדָיִים, *et pervenisti in ornatum ornamentorum*, Ezech. XVI. 7. id est, ad summum ornatum: כַּעֲדִי תִלְבָּשִׁי, *tanquam ornamento vestieris*, Ies. XLIX. 18. aff. עֶדְיוֹ, *os ejus*, Ps. XXXII. 9. *ornamentum suum*, Exod. XXXIII. 4. עֶדְיֵךְ, *os tuum*, Ps. CIII. 5. plur. עֲדָיִים ut ante.

עִדִּים, m. p. *remotiones*: res inquinatæ et abominabiles, quæ removentur et abjiciuntur: וּכְבֶגֶד עִדִּים, *et sicut pannus remotionum*, Ies. LXIV. 5. id est, abjectissimus; vulgò, *pannus menstruatus*, is enim abjici solet; significationem hanc habet juxta Chaldæum et R. Salom. sed formam à defectivis, quasi ab עדד.

עֵדָה, עֵדוּת, vide in עוד.

עַד, *usque, usque ad, donec, dum, adhuc*, ac notatur eo tam loci quàm temporis quidam transitus: עַד־עוֹלָם, *usque in seculum*, Ps. XVIII. 51. עַד־מְקוֹם, *usque ad locum* (*Sechem*,) Gen. XII. 6. עַד־הֱיוֹתִי, *usque essem*, Jon. IV. 2. id est, adhuc existente me, cùm adhuc essem: עַד־זֶה מְדַבֵּר, *adhuc isto loquente*, Job. I. 18. עַד־תְּמֻתוּן, *donec moriamini*, Ies. XXII. 14. adjunguntur ipsi et aliæ particulæ: עַד כִּי־יָבֹא, *donec veniat*, Genes. XLIX. 10. עַד אִם, idem, Ies. XXX. 17. עַד אֲשֶׁר־נַעֲבֹר, *donec transeamus*, Num. XX. 17. עַד־מָה vel עַד־מֶה, *usquequo?* עַד־מָתַי, idem: עַד אָן, *quousque?* עַד־כֹּה, *hucusque, eo usque*: עַד־הֵנָּה, *hucusque*, unde contractum עֲדֶנָּה quod in הֵן positum: עַד עַתָּה, *usque nunc, usque adhuc*, Gen. XXXII. 5. עַד מְאֹד, *usque valdè*, עַד מְהֵרָה, *usque citò, quàm maxime, quàm celerrimè*. Admittit etiam formam quasi numeri pluralis constructi, עֲדֵי cui etiam affixa pronomina junguntur, עָדַי, *usque ad me*, עָדֵיכֶם, *ad vos*, ubi irregulariter est Kametz, quasi ex forma quiescentium secundâ, cùm tamen pronomen כֶם semper formæ constructæ, quæ hîc est עֲדֵי, adjungatur: עָדֶיהָ, *ad eam*; עָדֶיךָ, *usque ad te*. Cum בְּ compositum est, *pro, propter, per, circa*: בְּעַד רָעָתָם, *propter malum ipsorum*, Jerem. XI. 14. בְּעַד הָעָם הַזֶּה, *pro populo isto*, ibid. בְּעַד הַחַלּוֹן, *per fenestram*, Genes. XXVI. 8. בְּעַד מְעָרוֹת, *in speluncas, pro speluncis*, Ies. XXXII. 14. מִבַּעַד, *inter, intra, circa*, Cant. IV. 3. affix. וַיִּסְגֹּר יְהוָה בַּעֲדוֹ, *et occlusit Dominus pro eo*, Gen. VII. 17. *et occludes ostium* בַּעֲדֵךְ וּבְעַד־בָּנַיִךְ, *pro te et pro filiis tuis*, 2 Reg. IV. 4. בַּעֲדִי, *pro vel circa me*, etc. Chald. עַד, *us-*

que ad, Esr. VII. 22. עַד דִּי, usque-dum, Dan. II. 9. עַד מִנִּי, donec à me, Esr. IV. 21. עַד כָּה, huc usque, Dan. VII. 28.

עֲדֵי: עַד, æternitas, seculum: עַד עַד, usque in seculum, Ies. XXVI. 4. שֹׁכֵן עַד, inhabitans æternitatem, Ies. LVII. 15. מִנִּי־עַד, a seculo, Job. XX. 4. לָעַד, in seculum, Ies. LXIV. 8. עוֹלָם וָעֶד, in seculum et æternitatem, Ps. X. 16. Kimchi in suo Michlol notat, cum Sægol semper et tantùm scribi post עוֹלָם vel לְעוֹלָם.

עַד, præda, vide in עָוַד quò a Kimchio refertur.

עדן Hithp. הִתְעַדֵּן, oblectare se: futur. וַיִּתְעַדְּנוּ, et oblectabunt se, Neh. IX. 25.

עֶדְנָה, f. oblectatio, voluptas, Gen. XVIII. 12.

עֲדִינָה, f. voluptaria, delicata, Ies. XLVII. 8.

עֲדִינוֹ, aliis est proprium nomen viri, Hadino, aliis est appellativum, voluptas ejus, volupe ipsi, 2 Samuel. XXIII. 8.

עֵדֶן, m. voluptas, oblectatio, deliciæ, deliciarum locus. Inde singulariter sumitur pro nomine proprio regionis amœnissimæ, in qua fuit hortus ille, quem paradisum vocant, Gen. II. 8, 10. est et proprium nomen viri, 2 Par. XXIX. 12. quater etiam cum duplici Sægol scribitur ut Ezechiel. XXVIII. 13. plural. עֲדָנִים, deliciæ, 2 Sam. I. 24. aff. וְנַחַל עֲדָנֶיךָ, et torrente deliciarum tuarum, Psalmus XXXVI. 9. מֵעֲדָנַי, ex deliciis meis, Jer. LI. 34.

מַעֲדַנִּים, m. p. idem, Proverb. XXIX. 17. לְמַעֲדַנִּים, in deliciis, Thren. IV. 5. constr. מַעֲדַנֵּי־מֶלֶךְ, delicias regis, Gen. XLIX. 20. fœm. מַעֲדַנּוֹת כִּימָה, delicias Pleiadum, Job. XXXVIII. 31. juxta Aben Esram et R. Levi Gerson prisci Hebræi fasciculos, ligamina exposuerunt, unde נקיט תרי מעדני אסא, accepit duos fasciculos myrti, Schabbath fol. 33. 2. ראשי מעדנים שלהן כשרין, summitates fasciculorum ipsorum, rectæ sunt, Succa fol. 13. 1. המתיר ראשי מעדנים, dissolvens capita nodorum, Kelim cap. 20. Glossæ ubique exponunt קשורים, vincula, nodi, ligamina. Sic et quidam interpretantur illud, וַיֵּלֶךְ אֵלָיו אֲגַג מַעֲדַנֹּת, et ivit ad ipsum Agag cum vinculis, 1 Sam. XV. 32. subauditâ præpositione בְּ: vide Kimchium.

עִדָּן Chald. tempus, emph. עִדָּנָא, Dan. II. 8. בְּעִדָּנָא, in tempore, Dan. III. 5. plur. עִדָּנִין, tempora, Dan. IV. 13. vel עִדָּנַיָּא, Dan. II. 21. Talmudici dicunt אִידָּנָא, et sæpe has duas gutturales commutant.

עדף redundavit, abundavit, superfuit, superfluum fuit: particip. הָעֹדֵף, quod superfluum est, Exod. XXVI. 12. pl. הָעֹדְפִים, qui redundant, Numer. III. 46. fœm. הָעֹדֶפֶת, quod superfluum erit, Exod. XXVI. 12. Hiph. præterit. הֶעְדִּיף, abundavit, Exod. XVI. 18.

עדר ordinavit, instruxit, disposuit, scil. aciem militarem. part. plur. construct. עֹדְרֵי מַעֲרָכָה, disponentes vel servantes aciem, 1 Par. XII. 38. infinit. וְלַעֲדֹר, et ad aciem servandam vel disponendam, 1 Par. XII. 33. Niph. נֶעְדַּר, deesse, desiderari: item sarriri, resarriri, pastinari: præter. וְלֹא נֶעְדַּר לָהֶם, et non defuit eis, 1 Sam. XXX. 19. לֹא נֶעְדָּרָה, non defuit, Ies. XXXIV. 16. particip.

fœm. נֶעְדֶּרֶת, *deficiens* vel *deesse facta, sublata*, Ies. LIX. 15. futurum, יֵעָדֵר, *resarrietur*, Ies. V. 6. יֵעָדְרוּן, *sarrientur*, Ies. VII. 25. Pih. futur. יְעַדְּרוּ, *deesse* vel *desiderari sinebant*, 1 Reg. V. 7. apud Rabbinos הֶעְדֵּר, *defectus, privatio:* unde הסכלות היא העדר קניין חכמה, *stultitia est privatio habitus sapientiæ:* הַהֲוָיָה וְהַהֶעְדֵּר, *existentia et privatio.*

עֵדֶר, m. *grex*, tam minorum quàm majorum animantium, Gen. XXXII. 16. aff. עֶדְרוֹ, *gregem suum*, Ies. XL. 11. plur. עֲדָרִים, *greges*, Ies. XXXII. 14. construct. עֶדְרֵי צֹאן, *greges pecorum*, Gen. XXIX. 2. aff. וְעֶדְרֵיהֶם, *et greges eorum*, Jer. VI. 3.

מַעְדֵּר, m. *sarculus* vel *sarculum:* בַּמַּעְדֵּר יֵעָדֵרוּן, *cum sarculo sarrientur*, Ies. VII. 25.

עדש masc. *lens:* plural. וּנְזִיד עֲדָשִׁים, *et jusculum è lentibus*, Gen. XXV. 34. וַעֲדָשִׁים, *et lentes*, 2 Sam. XVII. 28.

עוב Hiph. הֵעִיב, *obnubilavit*. affine est verbo עָבָה, *densum esse*. futur. יָעִיב, *obnubilabit, densa nube obteget*, Thren. II. 1.

עָב, f. *nubes densa*, 1 Reg. XVIII. 44. כְּעָב, *ut densa nubes*, Ies. XLIV. 22. plur. עָבִים, m. *nubes*, Job. XXII. 14. בֶּעָבִים, *in ipsas nubes*, Jerem. IV. 29. id est, loca præalta nubium, hyperbolicè juxta Kimchium: aut *in densitates*, hoc est, densas sylvas, juxta R. Salomon, quasi ab עָבָה. constr. עָבֵי שְׁחָקִים, *nubes cœlorum*, Psal. XVIII. 12. fœm. עָבוֹת, *nubes densæ*, Psal. LXXVII. 18. in Bereschit Rabba, Parascha 13. legitur: quinque nominibus vocatur nubes, עָב· אֵד· עָנָן· נְשִׂיאִים· חֲזִיז· primum עָב sic dicitur שהוא מעבב הרקיע, *quia obnubilat et obscurat faciem firmamenti.* De reliquis vide suo quoque loco.

עוג *placentas coxit* seu *paravit*, quasi placentare dicas: fut. תְּעֻגֶנָּה, *placentabis istam*, hoc est, parabis sive coques placentam istam, Ezech. IV. 12.

עֻגָה עֻגָּה עוּגָה, fœm. *placenta*, propriè carbonibus tosta vel cocta, 1 Reg. XVII. 13. Hos. VII. 8. const. עֻגַת רְצָפִים, *placenta carbonum*, 1 Reg. XIX. 16. plural. עֻגוֹת, *placentæ*, Gen. XVIII. 6.

מָעוֹג, m. idem, vel juxta R. Sal. *panis, cibus*, 1 Reg. XVII. 2. et sic לַעֲגֵי מָעוֹג, *sanniones placentæ* vel *cibi*, Psal. XXXV. 16. id est, parasiti, qui gulæ causâ aliis adulantur: juxta alios, *sanniones facetiæ.*

עוד Pih. *dispoliavit, prædatus est:* præt. עִוְּדֻנִי, *dispoliaverunt me*, Psal. CXIX. 61.

עַד, m. *spolium, præda*, Genes. XLIX. 27. לָעַד, *ad prædam*, Soph. III. 8. constr. עַד־שָׁלָל, *præda spolii*, Ies. XXXIII. 23. nec sæpius hac significatione occurrit. Quidam ab עָדָה deducunt, quasi remotionem vel rem amotam dicas.

עוד Hiph. הֵעִיד, *testatus, testificatus, contestatus est:* sæpius construitur cum ב: præt. הָעֵד הֵעִיד בָּנוּ הָאִישׁ, *contestando contestatus est nos vir ille*, Genes. XLIII. 3. הַעֵדֹתָה בָּנוּ, *contestatus es nos*, Ex. XIX. 23. Hoph. præterit. וְהוּעַד בִּבְעָלָיו, *testibus adhibitis denunciatum fuit domino ejus*, Exod. XXI. 29.

עֵד, m. *testis*, Deut. XVII. 6. et interdum *testimonium*, ut Gen. XXXI.

50. Exod. XX. 16. aff. עֵדִי, *testis meus*, Job. XVI. 19. plur. עֵדִים, *testes*, Deut. XIX. 15. constr. cum י in medio, עֵדֵי שֶׁקֶר, *testes falsi*, Ps. XXVII. 12. aff. עֵדֶיךָ, *testes tuos*, Job. X. 17. עֵדָי, *testes mei* Ies. XLIII. 10.

עֵדָה, f. *testis fœmininè, testimonium:* וְעֵדָה הַמַּצֵּבָה, *et testis est hæc statua*, Gen. XXXI. 52. לְעֵדָה, *in testimonium*, Genes. XXI. 30. vide יָעַד: plural. עֵדוֹת, *testimonia*, Deut. IV. 45. aff. עֵדֹתָיו, *testimonia ejus*, Psal. CXIX. 2. et cum affixo singulari, וְעֵדֹתִי, *et testimonia meum*, id est, testimonia mea singula, eorum unumquodque, Psalm. CXXXII. 12.

עֵדוּת, f. idem, Psalm. XIX. 8. בְּאֹהֶל הָעֵדֻת, *in tabernaculo testimonii*, Num. XVII. 22. אֶת הַנֵּזֶר וְאֶת הָעֵדוּת, *coronam et testimonium*, 2 Reg. XI. 12. id est, librum legis, juxta Deut. XVII. 18 Kimchi et R. Levi. plural. cum ו mobili et aff. עֵדְוֹתָיו, *testimonia ejus*, 2 Reg. XVII. 15. עֵדְוֹתֶיךָ, *testimoniorum tuorum*, Psal. CXIX. 14. vide Masoram ad ista loca.

תְּעוּדָה, f. *testimonium*, Ies. VIII. 16.

עוֹד *adhuc, amplius deinceps:* בְּעוֹד, *in adhuc intra, quum adhuc, dum adhuc, tantisper dum:* bis absque ו scribitur בְּעֹד, *tantisper dum*, Psalm. XXXIX. 2. בְּעֹד, *dum adhuc*, Jer. XV. 9. כָּל־עוֹד, *quamdiu*, Job. XXVII. 3. עוֹדֶנּוּ, *adhuc ille*, Genes. XVIII. 22. עוֹדְךָ, *adhuc tu*, מֵעוֹדְךָ, *ex quo tu:* בְּעוֹדִי, *quum adhuc ego*, sc. supersum, quamdiu superstes futurus sum: מֵעוֹדִי, *ex quo die vel tempore sum, quamdiu superstes sum* vel *fui:* עוֹדֶנִּי חַי, *tantisper dum ego vixero*, 1 Sam. XX. 14. vel בְּעוֹדֶנִּי חַי, Deut. XXXI. 27. הַעוֹדָם חַיִּים, *an adhuc ipsi vivi sint*, Exod. IV. 18. עוֹדֵינָה, *adhuc nobis*, sc. superstitibus, Thren. IV. 17. pro נוּ. Chald. עוֹד, *adhuc*, Dan. IV. 28.

עָוָה *iniquè, perversè egit:* præt. וְעָוִינוּ, *et perversè egimus*, Dan. IX. 5. עָוְתָה, *perversè egit*, Esth. I. 16. Niph. נַעֲוָה, *perverti, distorqueri, contorqueri:* præterit. נַעֲוֵיתִי, *contorqueor*, Ies. XXI. 2. partic. construct. נַעֲוֵה־לֵב, *perversus animo*, Proverb. XII. 8. fœmin. construct. בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת, *fili perversæ rebellione*, 1 Sam. XX. 30. Pih. præterit. וְעִוָּה, *et pervertet*, Ies. XXIV. 1. Pyh. part. מְעֻוָּת, *perversum*, Eccles. I. 15. ex Hiph. præterit. הֶעֱוָה, *iniquè egit*, 2 Sam. XIX. 20. הֶעֱוֵיתִי, *iniquè feci*, 2 Sam. XXIV. 17. הֶעֱווּ, *perverterunt*, Jer. III. 21. הֶעֱוִינוּ, *iniquè fecimus*, Psalm. CVI. 6. infinit. הַעֲוֵה, *perversè agendo*, Jer. IX. 5. בְּהַעֲוֺתוֹ, *quum perversè agerit*, 2 Sam. VII. 14.

עַוָּה, fœm. *perversitas: perversa*, Ezech. XXI. 32.

עִוְעִים, m. p. *perversitates*, Ies. XIX. 14. ex geminata prima radicali: Chaldæus, רוּחַ דְּטָעוּ, *spiritum erroris*.

עֲוָיָה, f. Chald. *iniquitas:* unde plural. וַעֲוָיָתָךְ, *et iniquitates tuas*, Dan. IV. 24.

עָוֺן, mascul. *perversitas, iniquitas:* construct. עֲווֹן, 1 Par. XXI. 8. atque sic quater cum duplici ו scribitur, aliâs semper cum unico: affix.

עֲוֹנוֹ, *iniquitatem suam*, Ps. XXXVI. 3. affix. בַּעֲוֹנֶךָ, *propter iniquitatem tuam*, Hos. XIV. 2. plural. עֲוֹנִים: cum aff. עֲוֹנֶיךָ, *iniquitatum tuarum*, Ezech. XXVIII. 18. et cum defectu י, עֲוֹנֵנוּ, *iniquitates nostræ*, Jer. XIV. 7. מֵעֲוֹנֵינוּ, *ab iniquitatibus nostris*, Dan. IX. 18. et fœmininum, עֲוֹנֹת, *iniquitates*, Levit. XVI. 21. affix. עֲוֹנוֹתָיו, *iniquitates ejus*, Prov. V. 22. עֲוֹנֹתַי, *iniquitates meæ*, Psalm. XXXVIII. 5. hinc juxta quosdam, לִשְׁתֵּי עֹנֹתָם, *propter duas iniquitates ipsorum*, Hos. X. 10. nam juxta Masorethas legendum עונותם, quod LXX acceperunt עֲוֹנֹתָם, *iniquitates ipsorum*. Vide ampliùs in עין.

עוז Hiph. הֵעִיז, *coire, congregari, congregare se*, et activè *congregare*: præterit. הֵעִיזוּ, *congregant se*, Ies. X. 31. scil. ad fugam, ut R. Salomon explet. imper. הָעֵז אֶת מִקְנְךָ, *congrega pecus tuum*, Exod. IX. 19. הָעִיזוּ, *congregate vos*, Jer. IV. 6. et defectivè הָעִזוּ, Jer. VI. 1.

עול m. *infantulus, lactens, fœtus*, Ies. LXV. 20. aff. עוּלָהּ, *fœtus vel infantuli sui*, Ies. XLIX. 15.

עָלוֹת, f. p. *lactantes, fœtæ*, quæ parvulos vel fœtum lactant, Genes. XXXIII. 13.

עוֹל, עוֹלָל, vide in עָלַל.

עול Pih. *iniquè egit*: particip. מְעַוֵּל, *iniquè agens*, Psalm. LXXI. 4. futurum, יְעַוֵּל, *iniquè aget*, Ies. XXVI. 10.

עֲוִיל, m. *iniquus*, Job. XVI. 11. plur. עֲוִילִים, *iniqui*, Job. XIX. 18. juxta R. Levi: vel *parvuli*, quasi sit a præcedenti themate, juxta Chaldæum et Aben Esram: et sic affix. עֲוִילֵיהֶם, *parvulos suos*, Job. XXI. 11.

עַוָּל, m. *iniquus*, Job. XVIII. 21. לְעַוָּל, *iniquo*, Job. XXXI. 3.

עֶוֶל, m. *iniquitas*, Levit. XIX. 15. construct. בְּעֶוֶל רְכֻלָּתְךָ, *propter iniquitatem vel improbitatem mercaturæ tuæ*, Ezech. XXVIII. 18. aff. בְּעַוְלוֹ, *propter iniquitatem suam*, Ezechiel. XVIII. 26.

עַוְלָה, f. idem, 2 Sam. III. 34. et ו ac ל transpositis, עַלְוָה, Hos. X. 9. cum duplici signo fœmin. עַוְלָתָה, Hos. X. 13. aff. בְּעַוְלָתָה, *in iniquitatem*, Psal. CXXV. 3.

עוֹלָה, f. idem: unde עֹלָתָה, *nequitia*, Job. V. 16. plural. עוֹלֹת, *iniquitates*, Psal. LXIV. 7. et LIII. 3. aliter vide in עלה.

עון עוֹנָה, f. *tempus*, juxta Hebræos communiter, sed determinatum et statutum certæ rei: aff. עֹנָתָהּ, *tempus ejus*, Exod. XXI. 10. ut scil. suo tempore debitum conjugale ipsi præstet ad suscipiendum ex ea prolem, qui finis est conjugii. Tria enim in ista lege marito imponuntur, quæ uxori debet præstare, nempe שְׁאֵרָהּ, *alimentum ejus*, כְּסוּתָהּ, *vestitum ejus*, וְעֹנָתָהּ id est, תַּשְׁמִישׁ, *officium debiti conjugalis*, quòd verecundè à tempore statuto appellat, quia non quovis tempore convenit, propter immunditiem ejus statam, de qua et lex posita est. Aben Esra monet quosdam interpretari דִּירָתָהּ, *habitationem ejus*, sed priorem sensum genuinum esse. Plurale hujus quidam faciunt, לִשְׁתֵּי עֹנֹתָם, *in duabus habitationibus ipsorum*, Hos. X. 10. legendum enim illud est juxta Masorethas עונותם. Id quidam accipiunt

quasi idem sit cum sequenti מָעוֹן et מְעוֹנָה. Vide amplius in עִין.

מְעוֹנֵן, עוֹנֵן, vide infrà in עין.

מָעוֹן, m. *habitatio, habitaculum*, 1 Sam. II. 29. constr. מְעוֹן, Psalm. XXVI. 8. aff. מְעוֹנוֹ, *habitaculum ejus*, 2 Par. XXXVI. 15. מְעוֹנְךָ, *habitaculum tuum*, Psal. XCI. 9. plur. cum Schurek וְאֶת־הַמְּעִינִים, *et habitacula*, 1 Par. IV. 41. scribitur cum י, et legitur מְעוֹנִים. fœminin. מְעוֹנָה, idem, Deuter. XXXIII. 27. aff. וּמְעוֹנָתוֹ, *et habitaculum ejus*, Psal. LXXVI. 3. plur. בַּמְּעוֹנוֹת, *in habitaculis*, Job. XXXVIII. 40. affix. וּמְעֹנֹתָיו, *et habitacula sua*, Nah. II. 13.

*עוע, עִוְעִים, vide suprà in עוה.

עוף *volavit, volitavit, advolavit, avolavit, evolavit, involavit, convolavit*: præter. וְעָפוּ, *et involent*, Ies. XI. 14. particip. fœmin. עָפָה, *volans*, Zach. V. 1. plur. עָפוֹת, Ies. XXXI. 5. infin. לָעוּף, *ad volandum*, Proverb. XXVI. 2. futur. אָעוּפָה, *evolarem*, Psalm. LV. 7. תָּעֻפָה, *evolabis* juxta quosdam scil. ex tenebris calamitatum, vel *splendebis*, R. Levi, vel *si obscurus fueris*, Ab. Esra, Job. XI. 17. estque cum ה paragogico præter morem: כְּנֶשֶׁר יָעוּף, *sicut aquila avolat*, Prov. XXIII. 5. quod legendum יָעוּף ut Masorethæ notant. Pih. partic. שָׂרָף מְעוֹפֵף, *prester volans*, Ies. XIV. 29. infinit. בְּעוֹפְפִי חַרְבִּי, *quum faciam ut volet gladius meus*, Ezech. XXXII. 10. id est, cum vibravero, agitavero, vel motavero gladium meum. fut. יְעוֹפֵף עַל־הָאָרֶץ, *volet super terram*, Gen. I. 20. Hiph. הֲתָעוּף עֵינֶיךָ בּוֹ, *an facies ut involent oculi tui in eo*, Prov. XXIII. 5. scribitur cum י, sed juxta Masorethas legendum תָּעִיף. Hoph. particip. מֻעָף בִּיעָף, *volare jussus cum lassitudine*, Dan. IX. 21. id est, coactus volare tantâ contentione, ut lassus fuerit: nam י in בִּיעָף est radicale, à יָעַף formæ בִּיקָר quòd est a יָקָר scribit Aben Esra: alii, *volare factus volatu*, quasi יְעָף sit ex hac radice, et י servile, ut in יְקוּם quod est a קוּם. Hithp. יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם, *avolabit gloria eorum*, Hos. IX. 11.

עוֹף, masc. *avis, volucris, volatile*, collectivum est, et transfertur ad omnia volatilia. Chald. גַּפִּין אַרְבַּע דִּי־עוֹף, *alæ quatuor volucris*, Dan. VII. 6. וְעוֹף־שְׁמַיָּא, *et volucres cœli*, Dan. II. 38.

עֵיפָה, f. *obscuritas*, Amos IV. 13. cum duplici signo fœm. עֵפָתָה, *obscuritas maxima*, Job. X. 22.

עַפְעַפַּיִם, m. d. *palpebræ*, a vibratione et motu, qui volatui comparatur, sic dicta, ut suprà in Pihel de gladio usurpatur verbum: constr. בְּעַפְעַפֵּי־שָׁחַר, *in palpebras auroræ*, Job. III. 9. id est, radios, lumina: aff. עַפְעַפָּיו, *palpebræ ejus probant filios hominum*, Psal. XI. 4.

מָעוּף, m. *obscuratus*: construct. מְעוּף צוּקָה, *obscuratus angustiâ*, Ies. VIII. 22.

עוץ *consuluit, consilium iniit*: imper. עֻצוּ וְדַבֵּרוּ, *consilium inite, et colloquimini*, Jud. XIX. 30.

עוק Hiph. הֵעִיק, *premere, arctare*: part. מֵעִיק, *premo* vel *pressurus sum*, כַּאֲשֶׁר תָּעִיק, *quemadmodum premit plaustrum*, Amos II. 13.

עָקָה, f. *pressura*: construct. מִפְּנֵי

עָקַת רָשָׁע, *propter pressuram* vel *angorem improbi,* Ps. LV. 4.

מוּעָקָה, fœm. *pressura, constrictio,* Ps. LXVI. 11.

עוּר *evigilare, expergisci:* imper. עוּרָה כְבוֹדִי, *evigila gloria mea,* Ps. LVII. 9. fœmininum. עוּרִי, Jud. V. 12. semel activum כִּי יְעוּרֶנּוּ, *ut evigilare faciat, excitet eum,* Job. XLI. 2. quod scribitur ex Hiphil, legitur יְעוּרֶנּוּ ex Kal, pro יָעוּר עִמּוֹ vel יִתְעוֹרֵר עִמּוֹ. Niph. præteritum נֵעוֹר, *excitatus fuit,* Zach. II. 17. cum Tzere sub נ præter morem. futurum, יֵעוֹר, *excitabitur,* Jerem. VI. 22. עֶרְיָה תֵעוֹר, *nudatione excitabitur,* Hab. III. 9. vel potius, *nudando nudabitur,* ut Hebræi exponunt, et significatio sit ab עָרָה. Pih. עִוֵּר, *excæcavit,* Jer. LII. 11. futurum, יְעַוֵּר, *excæcat,* Exod. XXIII. 8. et aliâ formâ, *evigilare fecit, suscitavit, excitavit,* præterit. עוֹרֵר אֶת־חֲנִיתוֹ, *suscitavit lanceam suam,* id est, vibravit, 2 Sam. XXIII. 18. עוֹרְרוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ, *excitaverant palatia sua,* id est, restauraverant, exstruxerant, Ies. XXIII. 13. hinc etiam juxta Aben Esram anomalum illud ex geminata prima radicali, יְעֹעֵרוּ, *excitabunt,* pro יְעֹרְרוּ, Ies. XV. 5. R. Salomon, *vociferabuntur,* ex Chaldaica lingua, juxta illud, יְעוֹעֲרוּן בְּקָלְהוֹן, *vociferantur voce suâ,* quod citat ex Targum, Ies. XVI. 10. at illic non reperitur. Possit esse pro יְרוֹעֲעוּ juxta illud, לֹא יְרוֹעָע, *non habebitur vociferatio,* Ies. XVI. 10. aliud geminatum עַרְעָר vide in עָרָה. Hiph. הֵעִיר, *excitavit, suscitavit,* et interdum intransitivè, *evigilavit:* imperat. הָעִירָה, *evigila,* Psalm. XXXV. 23. Hithp. præter. וְהִתְעוֹרַרְתִּי, *et excitavi me,* Job. XXXI. 29. particip. מִתְעוֹרֵר, *excitans se,* Ies. LXIV. 7. imperat. הִתְעוֹרְרִי, *expergiscere,* Ies. LI. 17.

עֵר, m. *vigilans, vigil,* id est, acris et excitatus ad aliquid peragendum, Mal. II. 12.

עִיר, m. Chald. *vigil,* Dan. IV. 10. plur. בִּגְזֵרַת עִירִין, *decreto vigilium,* ver. 14.

עִיר, *civitas,* vide infrà suo loco.

עוּר, m. Chald. *gluma,* וַהֲווֹ כְּעוּר, *fueruntque ut stupa,* Dan. II. 35. fortè, inquit Kimchi, est quasi נָעוּר *excussum,* ut Hebraicè נְעֹרֶת, *stupa,* à נָעַר, *excussit.*

עוֹר, מָעוֹר, vide in עָרָה.

עָר, m. *inimicus, adversarius,* quasi in malum alterius vigilans: aff. עָרֶךָ, *inimicus tuus,* 1 Sam. XXVIII. 16. plural. עָרֶיךָ, *adversarios tuos,* Mich. V. 13. sic Psalm. CXXXIX. 20. Chald. לְעָרָיךְ, *inimicus tuus,* Dan. IV. 16. possit planè esse Chaldaicum pro Hebræo צַר, per commutationem usitatam צ in ע.

עִוֵּר, masc. *cæcus,* Exod. IV. 11. plur. עִוְרִים, Ies. XXIX. 18. fœm. עִוֶּרֶת, *cæca:* plural. עִוְרוֹת, Ies. XLII. 7.

עִוָּרוֹן, m. *cæcitas,* Deut. XXVIII. 28.

עוּשׁ *coire, convenire, congregari:* imperat. עוּשׁוּ, *coite, congregate vos,* Joël. III. 11.

עָשׁ, m. *arcturus: plaustrum* septem stellarum congregatarum, quæ nunquam separantur, juxta Aben Esram, Job. IX. 9. aliam significationem vide in עָשֵׁשׁ.

עַיִשׁ, m. idem, Job. XXXVIII. 32. Talmudici, זְנַב טָלֶה, *caudam*

arietis definiunt, Cod. Berachoth cap. 9. fol. 58.

עָוַת Pih. *pervertit, subvertit:* præteritum, אֵת אֲשֶׁר עִוְּתוֹ, *quod perverterit ipse,* Eccl. VII. 13. עִוְּתָנִי, *subvertit me,* Job. XIX. 6. Pyh. particip. מְעֻוָּת, *perversum,* Eccles. I. 15. Hithp. præter. וְהִתְעַוְּתוּ, *et pervertunt sese,* Eccles. XII. 3.

עַוָּתָה, f. *perversitas:* aff. עַוָּתָתִי, *perversitatem meam,* Thren. III. 59.

עֵז f. *capra,* Lev. III. 12. plur. עִזִּים, *capræ,* Gen. XXVII. 9. affix. וְעִזֶּיךָ, *et capræ tuæ,* Gen. XXXI. 38. Chald. עִזִּין, *capræ,* Esr. VI. 17.

*עֲזָאזֵל, *Hasasel,* nomen hirci in desertum emissi cum peccatis populi, quasi hircus abiens aut oberrans dictus, ab עֵז et אָזַל, *abiit,* Lev. XVI. 8. vel secundum Hebræos nomen loci ab hirco isto sic dicti.

עָזַב *reliquit, dereliquit, deseruit.* infinitivus cum futuro, וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ, *et cessaverit a relinquere ipsi; relinquendo (non) relinques cum eo,* Exod. XXIII. 5. sensus: et cessaveris a ferendo ipsi opem, vel non deponendo onus ab ipso: omnino opem feres, onus solves et asinum eriges. Sic in versionibus Germanicis reddunt Judæi, et confirmatur ex Deut. XXII. 4. futurum, וַיַּעַזְבוּ יְרוּשָׁלַיִם, *et reliquerunt Jerusalem,* Neh. III. 8. quidam *ædificarunt, restaurarunt:* Ab. Esra, *pavimentarunt, viam straverunt,* unde מעזיבה· *pavimentum* apud Talmudicos. Niph. נֶעֱזַב, *relinqui,* Neh. XIII. 11. Pyh. עֻזָּב, idem, Ies. XXXII. 14. fœm. עֻזָּבָה, *relicta esset,* Jer. XLIX. 25. quidam, *ædificaretur, muniretur.*

עִזְּבוֹנִים, m. p. *nundinæ:* affix. עִזְּבוֹנַיִךְ, (*in*) *nundinis tuis,* Ez. XXVII. 12, 27.

עָזַז *roboravit, corroboravit, roboravit se, roboratus, corroboratus fuit:* infinit. בַּעֲזוֹז, *quum roboraret,* Prov. VIII. 28. Hiph. הֵעֵז, *obfirmavit, induravit:* הֵעֵזָה פָנֶיהָ, *obfirmavit faciem suam,* Prov. VII. 13.

עַז, m. *robustus, obfirmatus, valens, fortis, vehemens, durus, sævus, acris,* et substantivè, juxta quosdam, *robur,* Gen. XLIX. 3. plural. וּבְמַיִם עַזִּים, *et in aquis validis,* Ies. XXXIV. 16. construct. עַזֵּי נֶפֶשׁ, *robusti animo,* Ies. LVI. 11. fœm. חֵמָה עַזָּה, *iram vehementem,* Prov. XXI. 14. plural. עַזּוֹת, *dura,* Prov. XVIII. 23. scilicet אֲמָרוֹת, *verba.*

עֹז, m. *robur, fortitudo,* Proverb. XVIII. 10. affix. עֻזּוֹ, *robur ejus,* Psalm. LIX. 10. בְּעָזְּךָ, *in robore tuo,* Psalm. XXI. 2. עֻזֵּנוּ, *robur nostrum,* Psal. LXXXI. 2.

עִזּוּז, m. *robustus,* Psal. XXIV. 8.

עֱזוּז, m. *robur,* Ies. XLII. 25.

עָזְנִיָּה, f. *Halieætus,* aquilæ marinæ species, a firmitate visus sic dicta, quâ adversos solis radios intueri potest, ut scribit Plin. lib. 10. cap. 3.

מָעוֹז, m. *robur,* Psal. XXVII. 1. item *arx, munitio,* Jud. VI. 26. affix. מָעֻזּוֹ, *roboris ejus,* Ies. XVII. 9. et cum ה vice ו, עַד־מָעֻזֹּה, *usque ad munitionem ejus,* Daniel. XI. 10. מָעוּזָּם, *robur eorum,* Psal. XXXVII. 39. plural. מָעֻזִּים, *robora,* hoc est, summum robur, Dan. XI. 38, 39.

מָעֻזְנִים, m. p. *munitiones:* affix. מָעֻזְנֶיהָ, *muniliones ejus,* Ies. XXIII. 11.

עִזֵּק Pih. *circumdedit, circum-*

munivit, circumsepsit: fut. וַיְעַזְּקֵהוּ, *et circumsepsit eam,* Ies. V. 2.

עִזְקָא, emphat. עִזְקְתָא, f. Chald. *annulus signatorius,* a muniendo vel cingendo dictus: construct. וּבְעִזְקַת רַבְרְבָנוֹהִי, *et annulo procerum suorum,* Dan. VI. 18. aff. וּבְעִזְקְתֵהּ, *et annulo suo,* ibid.

עָזַר *juvit, adjuvit, auxiliatus est, auxilio, adjumento fuit, opem tulit, opitulatus est:* construitur cum accusativo, quandoque cum dativo: præt. מֶה עָזַרְתָּ, *quam adjuvisti,* Jobus XXVI. 2. infinit. לַעְזֹר לוֹ, *ut auxiliarentur sibi,* 2 Paral. XXVIII. 16. Niph. præter. נֶעֱזָרְתִּי, *adjuvor,* Psal. XXVIII. 7. infinit. לְהֵעָזֵר, *adjuvari,* 2 Par. XXVI. 15. futur. וַיֵּעָזְרוּ, *et adjuti sunt,* 1 Paral. V. 20. Hiph. part. anomalum, מַעְזְרִים, *auxiliantes,* 2 Paral. XXVIII. 23. simile vide in חָלַם.

עֵזֶר, m. *auxilium,* Genes. II. 18. aff. עֶזְרֹה, *auxilium ejus,* Ezech. XII. 14. cum ה loco ו: עֶזְרִי, *auxilium meum,* Psalm. LXX. 6. עֶזְרָה, idem, Psalm. XLVI. 2. et in ת loco ה, עֶזְרָת, Psalm. LX. 13. cui simile זִמְרָת in זָמַר. construct. עֶזְרַת, Ies. XXXI. 2. cum duplici signo fœmineo, עֶזְרָתָה, *summum* vel *plenum auxilium,* Psalm. XLIV. 27. affix. עֶזְרָתִי, *auxilium meum,* Psal. XXVII. 9. עֶזְרָתֵנוּ, *auxilium nostrum,* Thren. IV. 17.

עֲזָרָה, f. *atrium,* 2 Par. IV. 9. dictum quasi auxiliatorium vel auxilii locus: quia ibi conveniebat populus, orandi causâ in templo, et qui corde integro oravit, is sensit auxilium notat author Aruch, et R. D. in Par. item *diazoma* vel *projectura, prominentia,* Ezech. XLIII. 14.

עֵט m. *stylus, calamus:* עֵט סוֹפֵר מָהִיר, *stylus scribæ velocis* sive *prompti,* Psal. XLV. 2. בְּעֵט־בַּרְזֶל, *stylo ferreo,* Job. XIX. 24. hinc quidam deducunt partic. præter. Pyh. מְעֹטָּה, *acuminatus, exacutus,* ut stylus acui solet ad exarandum, Ezech. XXI. 20. vide עָטָה.

עָטָה *obvelavit, operuit, amicivit; operuit* vel *amicivit se, amictus, opertus fuit:* præter. וְעָטָה, *et amiciet,* Jer. XLIII. 12. particip. עֹטֶה מְעִיל, *amictus pallio,* 1 Sam. XXVIII. 14. וְעֹטְךָ, *amiciens te,* Ies. XXII. 17. fœm. כְּעֹטְיָה, *quasi operta* sive *velata,* Cant. I. 7. lugens scil. et flens propter gregem meum, juxta R. Salomon. Alii, quasi *divertens:* et sic futur. וַיַּעַט, *et divertit,* 1 Samuel. XIV. 32. de quo vide etiam in עִיט: וַיַּעַט, *et amicivit se,* Ies. LIX. 17. וַתַּעַט, vide in עִיט Pyh. participium מְעֹטָּה לְטָבַח, *opertus,* vel juxta Kimchium, *acutus ad mactationem,* Ezech. XXI. 20. vide עֵט paulò antè. Hiph. præter. הֶעֱטִיתָ עָלָיו, *operuisti eum,* Psal. LXXXIX. 46.

מַעֲטֶה, mascul. *pallium, amictus:* מַעֲטֵה תְהִלָּה, *pallium* vel *amictus laudis,* Ies. LXI. 3.

עֲטַלֵּף m. *vespertilio,* Lev. XI. 19. plur. וְלָעֲטַלֵּפִים, *et vespertilionibus,* Ies. II. 20.

עֲטִין עֲטִין, m. *mulctrale:* plur. cum aff. עֲטִינָיו, *mulctralia ejus,* Job. XXI. 24.

עָטַף *operuit; obtectus, obrutus fuit,* et cùm ad animum refertur, est *deficere, deliquium pati:* particip.

præter. plur. הָעֲטֻפִים, *qui obruuntur*, Thren. II. 19. et ex alia significatione, *serotina*, *serotinæ pecudes*, vel *oves*, sic dictæ, quòd debiliores sint, et infirmitate quasi obrutæ, ut Ab. Esra monet, Genes. XXX. 42. infin. בַּעֲטֹף לִבִּי, *quum obruitur cor meum*, Psal. LXI. 3. futurum, יַעֲטֹף, *obruetur*, Ies. LVII. 16. item *operiet*, Job. XXIII. 9. יַעַטְפוּ בָר, *obteguntur frumento*, Psal. LXV. 14. Niph. infinit. בֵּעָטֵף, *cùm obrueretur*, pro בְּהֵעָטֵף, Thren. II. 11. quædam exemplaria habent Sægol sub בְּ, cui simile vide in הֶרֶג. Hiph. infinit. וּבְהַעֲטִיף, *et in serotinando*, id est, quum serò coirent, tempore scilicet secundæ admissuræ, Gen. XXX. 42. Hith. infin. בְּהִתְעַטֵּף עָלַי, *quum obrueretur in me*, Jon. II. 8. בְּהִתְעַטְּפָם, *quum obruuntur, deficiunt ipsi*, Thren. II. 12. futur. תִּתְעַטֵּף, *obruitur, deficit*, Psal. CVII. 5.

מַעֲטָפוֹת, f. p. *amicula*, quasi operimenta dicta, Ies. III. 22. Targum שׁוֹשִׁיפַיָּא, *palliola muliebria, pallia*: R. Sal. *tapeta*.

עָטַר *circumcinxit, circumclusit, circumtexit*: partic. עֹטְרִים אֶל־דָּוִד, *circumcludentes Davidem*, 1 Samuel. XXIII. 26. futur. תַּעְטְרֶנּוּ, *circumtegis eum*, Psalm. V. 13. vel facis ut circumtegat eum quasi pro תַּעֲטִירֶנּוּ, ex Hiphal, ut Kimchi vult. Pih. præteritum עִטַּרְתָּ שְׁנַת טוֹבָתֶךָ, *coronas annum bonitatis tuæ*, Psalm. LXV. 12. significatione ex nomine, quod coronam significat, deductâ: שֶׁעִטְּרָה־לּוֹ, *qua coronavit eum*, Cant. III. 11. particip. הַמְעַטְּרֵכִי, *qui coronat* vel *circumtegit te*, Psalm. CIII. 4. futur. תְּעַטְּרֵהוּ, *coronasti eum*, Psalm. VIII. 6. Hiph. partic. הַמַּעֲטִירָה, *coronans* vel *coronaria*, Ies. XXIII. 8.

עֲטָרָה, f. *corona*, Ezech. XXI. 26. construct. עֲטֶרֶת־מַלְכָּם, *coronam regis ipsorum*, 2 Sam. XII. 30. plur. עֲטָרוֹת, *coronæ*, Zach. VI. 11.

עטש עֲטִישָׁה, f. *sternutatio*: plur. cum aff. עֲטִישֹׁתָיו *sternutationibus suis*, Job. XLI. 10. verbum עָטַשׁ, *sternutare*. Rabbinis usitatissimum. עִטּוּשׁ, *sternutatio*: עיטוש יפה לחולא, *sternutatio pulchra est*, id est, *salutaris, ægrotanti*. Sternutanti dicitur, חיים טובים, *vita bona, prosit vitæ*.

עיה עִי, m. *cumulus, acervus*: לְעִי, *in acervum*, Mich. I. 6. בְּעִי, *in acervum, tumulum*, vel *desolationem*, juxta Ab. Esram et alios quosdam Hebræos, Job. XXX. 24. quibusdam autem ב radicale est, quasi sit à בָּעָה vide illic: plural. עִיִּים, *acervi*, Jerem. XXVI. 18. et in נ, עִיִּין, Mich. III. 12. const. בְּעִיֵּי, *ad cumulos*, Num. XXI. 11.

מְעִי, m. *acervus*, Ies. XVII. 1.

עיט Hiph. הֵעִיט, *involare*, propriè more avis rapacis, metaphoricè, *irruere, invehi in aliquem, subitò contendere*: futur. וַיַּעַט בָּהֶם, *et invectus est in eos*, scil. verbis duris, 1 Sam. XXV. 14. וַיַּעַט, *et involavit, subitò contendit*, 1 Sam. XIV. 32. quod in textu scribitur וַיַּעַשׂ sed legendum per ט ut à Masorethis in margine annotatum est: וַתַּעַט, *et contendit*, 1 Sam. XV. 19. quæ duo formam ab עָטָה habent.

עַיִט, m. *avis, volucris, volucres*, rapaces propriè, Job. XXVIII. 7. construct. לְעֵיט הָרִים, *volucribus montium*, Ies. XVIII. 6.

עִים m. *robur, fortitudo:* בַּעְיָם רוּחוֹ, *fortitudine, vehementiâ spiritus sui,* Ies. XI. 15. R. Sal. בְּחוֹזֶק: Ab. Esra בְּכֹחַ interpretantur.

עַיִן c. sed f. sæpiùs, *oculus,* metaphoricè *fons; superficies, color,* quasi aspectum aut rei speciem externam dicas: רַע עַיִן, *malignus oculo,* Prov. XXIII. 7. id est, sordidus, parcus, illiberalis: טוֹב עַיִן, *benignus oculo,* Prov. XXII. 9. id est, beneficus: אֶל־הָעַיִן, *ad fontem,* Gen. XXIV. 42. const. עֵין הַמַּיִם, *fontem aquarum,* Gen. XVI. 7. כְּעֵין, *sicut color,* Num. XI. 7. וְעֵין נֹאֵף, *et oculus adulteri,* Job. XXIV. 15. אֶת־עֵין הָאָרֶץ, *superficiem terræ,* Exod. X. 15. affix. אֶת־עֵינוֹ, *colorem suum,* Lev. XIII. 55. בְּעוֹנִי, *in oculum meum,* 2 Sam. XVI. 12. id est, דִּמְעַת עֵינִי, *lachrymas oculorum meorum,* ut Chaldæus habet, vel *in id quod vident et intuentur nunc oculi mei,* juxta R. Levi: vel *statum meum ac rerum mearum conditionem,* ut Kimchi explicat. Scribitur autem in medio cum ו, quasi בְּעוֹנִי pro בְּעָנְיִי, *afflictionem meam,* atque sic quidam interpretes vocem scriptam, alii vocem lectam explicant: duale, כְּסוּת עֵינַיִם, *operimentum oculorum,* Genes. XX. 16. בָּעֵינַיִם, *in duobus oculis istis,* Gen. XXXVIII. 21. id est, in bivio isto: const. עֵינֵי יְהוָה, *oculi Domini,* Psal. XXXIV. 16. et semel עֵנֵי, Ies. III. 8. aff. יִרְאוּ עֵינָו, *videbunt oculi ejus,* Job. XXI. 20. pro עֵינָיו et octies sic cum defectu alterius י reperiri, Masorethæ notant, 1 Sam. III. 2. וְעֵינֵיהוּ, *et oculi ejus,* Job. XXIV. 23. fœm. עֵינֹת, *fontes,* Deut. VIII. 7. const. עֵינֹת מַיִם, *fontes aquarum,* Exod. XV. 27. hinc juxta quosdam, לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם, *ad duos oculos ipsorum,* Hos. X. 10. id est, Amasios, vitulos sc. duos, quos in Dan et Bethel colebant, et ipsos tanquam amasios in oculis ferebant. literæ referunt עֵינוֹת, quod עֵינַיִם, *oculos* interpretantur: lectio quam Masorethæ indicant, habet עוֹנֹת. atqui עינות sive עֵינוֹת nunquam *oculos* significat sed semper *fontes,* vide amplius in עָנָה: Chald. וְעֵין אֱלָהֲהֹם, *et oculus Dei ipsorum,* Esr. V. 5. duale, עַיְנִין כְּעַיְנֵי אֲנָשָׁא, *oculi velut oculi hominis,* Dan. VII. 8. affix. עַיְנַי, *oculos meos,* Dan. IV. 31

עוֹן, *oculans,* oculis observans, nocendi causâ, 1 Sam. XVIII. 9. Chald. כָּמִין, *insidians.* Apud Rab. verbum in Pihel usitatum עַיֵּן, *vidit, inspexit, advertit, consideravit.*

עוֹנֵן, Pih. *præstigiis uti, præstigiari,* 2 Reg. XXI. 6. participium מְעוֹנֵן, *præstigiis utens, præstigiator,* Deut. XVIII. 10. futur. וְלֹא תְעוֹנֵנוּ, *neque præstigiabimini,* Lev. XIX. 26. hîc Ab. Esra deduci vult ab עָנָן, *nubes* pro, *ex nubibus hariolari, conjectare et prædicere:* hoc vel illo die aut tempore, bonum malumve esse illud agere vel aggredi. R. Salom. derivat ab עוֹן, *tempus,* pro, *tempore observare.* Sapientes prisci ab עַיִן deduxerunt, et מְעוֹנֵן esse eum, qui tenet ac præstringit oculos, ut falsum pro vero videant. Verba ipsorum sunt חכמים אומרים זה אוחז את העינים ר׳ עקיבא אומר זה המחשב עתים ושעות ואומר היום יפה לצאת למחר יפה ליקח וכו׳ id est, *sapientes dicunt,* מעונן, *est qui tenet oculos: Rab. Akiva dicit: est qui supputat tempora et horas, dicens: hodie pulchrum est egredi, cras bonum est negotiari,* etc. Sanchedrin

cap. 7. fol. 65. 2. Horum meminit Kimchi in lib. Radicum: posteriori etymologiâ curiosos astrologos significat, ex astrorum dispositione et operatione, certos dies bonorum vel malorum, tristium et lætorum, prosperorum et adversorum, constituentes.

עֹנְנִים, m. p. *præstigiatores*, Ies. II. 6. aff. עֹנְנֵיכֶם, *præstigiatores vestros*, Jer. XXVII. 9.

עֹנְנָה, fœmin. *præstigiatrix*, Ies. LVII. 3.

מַעְיָן, m. *fons*, Lev. XI. 36. construct. אֶל־מַעְיַן, *ad fontem aquarum*, Jos. XV. 9. cum ו paragogico, לְמַעְיְנוֹ־מָיִם, *in fontem aquarum*, Psal. CXIV. 8. cui simile vide in בְּנָה in nomine בֵּן. aff. מַעְיָנוֹ, *fons ejus*, Hos. XIII. 15. plural. מַעְיָנִים, *fontes*, Psal. CIV. 10. constr. מַעְיְנֵי מָיִם, *fontes aquarum*, 1 Reg. XVIII. 5. et cum Pathach sub ע, מִמַּעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה, *de fontibus salutis*, Iesaias XII. 3. affix. מַעְיָנַי, *fontes mei*, Psal. LXXXVII. 7. fœm. מַעְיָנוֹת, *fontes*, Ies. XLI. 18. construct. כָּל־מַעְיְנוֹת תְּהוֹם, *omnes fontes abyssi*, Gen. VII. 11. affix. מַעְיְנֹתֶיךָ, *fontes tui*, Prov. V. 16.

עָיֵף *fessum, defessum, lassum esse:* præter. עָיְפָה נַפְשִׁי, *fessa fuit anima mea*, Jerem. IV. 31. futurum anomalum, וַיָּעַף, *et fessus fuit*, Jud. IV. 21. habet Kametz quasi ab עוּף. convenit cum יָעֵף.

עָיֵף, m. *fessus, lassus*, Gen. XXV. 29. plural. עֲיֵפִים, *fessi*, Jud. VIII. 5. fœm. עֲיֵפָה, *fessa* et metaphoricè per catachresin, *sitibunda*, Proverb. XXV. 25.

עֵיפָה, f. vide suprà in עוּף.

עִיר f. *urbs, civitas:* quidam ad עוּר referunt, quòd hominum actionibus et operis excitata sit: cum ה locali, הָעִירָה, *in civitatem*, Genes. XLIV. 13. aff. בְּעִירוֹ, *in civitate sua*, Jud. VIII. 27. עִירָם, *civitatis eorum*, Gen. XXXIV. 20. plur. עָרִים, *urbes*, Num. XXXV. 2. constr. עָרֵי, Numer. XXXII. 36. aff. עָרָיו, *urbes ejus*, Deut. II. 34. עָרֵיהֶם, *urbes eorum*, Num. XXI. 3. aliam significationem vide infrà in עָר. et alia forma, עֲיָרִים, *urbes*, Jud. X. 4.

עַיִר m. *pullus*, propriè asini, *asellus*, Zach. IX. 9. וְעַיִר פֶּרֶא, *et pullus (et) onager*, Job. XI. 12. affix. עִירֹה, *pullum suum*, Gen. XLIX. 11. cum ה loco ו: plural. עֲיָרִים, *aselli*, Jud. XII. 14. עַל־כֶּתֶף עֲיָרִים, *super humero asinorum*, Ies. XXX. 6. scriptum cum ו, sed juxta Masorethas legendum עֲיָרִים.

עַיִשׁ, vide suprà in עָשׁ.

עַכְבָּר m. *mus*, Levit. XI. 29. plur. const. עַכְבְּרֵי זָהָב, *mures auri*, 1 Sam. VI. 4.

עַכָּבִישׁ mascul. *araneus*, Job. VIII. 14. וְקוּרֵי עַכָּבִישׁ, *et telas aranei*, Ies. LIX. 5.

עֶכֶס masc. *compes:* וּכְעֶכֶס אֶל מוּסַר אֱוִיל, *et sicut (vir) compedis ad eruditionem stultorum*, Prov. VII. 22. sensu: qui meretricem sequitur, tanquam bos ad mactationem abit, id est, vel in præsens vitæ periculum se conjicit; vel sicut vir compedis, hoc est, compeditus, id est, vel in vincula et compedes se implicat, quibus stulti castigari et sapere solent. plur. עֲכָסִים, *compedes; periscelides*, dictæ à vinciendo et ligan-

do; fuerunt autem inter ornamenta mulierum circa pedes, unde, יָסִיר אֲדֹנָי אֵת תִּפְאֶרֶת הָעֲכָסִים, *auferet Dominus decus compedum,* id est, periscelidum, Ies. III. 18. Ab. Esra scribit in loco Proverbiorum, העכסים דומים לכבל, *Achasim similes sunt compedi.* R. Levi Gersom ibidem scribit: העכסים הם כמו תכשיטין נושאות אותן ברגליהן כאמרו וברגליהן תעכסנה, id est, *Achasim sunt sicut ornamenta, quas gestant* (mulieres) *in pedibus suis, juxta id quod dicitur,* וברגליהן תעכסנה. Talmudici communi et proprio vocabulo nominant eas כְּבָלִים, et disputant, an licitum sit eas in sabbatho gestare: locus in traditionibus ipsorum est: בירית טהורה ויוצאין בה בשבת כבלים טמאין ואין יוצאין בהן בשבת, id est, *fascia cruris* (nempe communis, ad liganda tibialia, ne decidant, et pes nudetur, quod in mulieri sexu inverecundum) *munda est, et egrediuntur cum ea in sabbatho: compedes immundæ sunt, et non egrediuntur cum eis in sabbatho:* Schabbath cap. 6. in Mischna. doctores in Gemara subjiciunt, fuisse istis compedibus alligatas catenulas aureas, ad moderandos passus, ne nimis lati fierent. Inde Majemonis glossa: כבלים עכסים בצורת האצעדה והיו מטילין ביניהם שלשלאות והיו מתקשטין באלו הכבלים הבתולות כדי שלא יפסיעו פסיעה גסה ויגיע היזק בבתוליהן, id est, כבלים, *idem sunt quod* עכסים, *ad formam armillarum, gestabant autem inter eas catenulas* (aureas, ut interpretes Talmudici tradunt) *et ornabant se istis compedibus virgines, ne graderentur passus majores et accederet ipsis detrimentum in virginate sua.* In eandem sententiam scribit in libro suo יד, *Jad,* Tractatu de sabbatho, cap. 19. quo explicatur, cum quibus rebus sabbatho egredi licitum sit vel non: verba ejus sunt: ולא בכבלים שיוצאין בהן הבנות ברגליהן כדי שלא יפסיעו פסיעה גסה שלא יפסידו בתוליהן, id est, *neque cum compedibus, cum quibus egredi solent filiæ gestantes eas in pedibus suis, ne faciant passus magnos, et noceant virginitati suæ.* Cùm ergo sint ornamenta et ligamenta pedum, vocari à nobis possunt *periscelides.* Has ornamenta fuisse pedum, docet Porphyrius, commentator in hunc locum Horatii: nota refert meretricis acumina, sæpè catellam, sæpè periscelidem raptam sibi flentis; l. 2. ep. 18. Plin. l. 33. c. 12. scribit: argentum succedit ex re, aliquando et auro luxu fœminarum plebis, compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tristior vetat. Porrò Chaldæus paraphrastes vertit, תִּשְׁבַּחַת מְסָנַיָא, *ornamentum calceorum.* Hinc verbum apud eundem prophetam, וּבְרַגְלֵיהֶן תְּעַכַּסְנָה, *et pedibus suis compedunt, compeditæ incedunt,* vel *periscelidibus ornatæ gradiuntur,* Ies. III. 16. denique periscelides catenatæ istæ, onus erant, et in incessu sonitum aut tinnitum aliquem poterant edere, unde sabbatho prohibitæ. Inde *tinnitus* et *crepitaculorum* significatio apud quosdam interpretes.

עָכַר *turbavit, conturbavit, perturbavit,* 1 Sam. XIV. 29. particip. עֹכֵר, *perturbans,* 1 Reg. XVIII. 17. plural. בְּעֹכְרָי, *inter turbatores meos,* Jud. XI. 35. fut. יַעְכָּרְךָ, *perturbabis te,* Jos. VII. 25. Niph. præt. וּכְאֵבִי נֶעְכָּר, *et dolor meus turbatus est,* Psalm. XXXIX. 3. id est, incrudescit. partic. fœm. נֶעְכָּרֶת, *conturbatur,* Prov. XV. 6.

עַכְשׁוּב m. *aspis,* πτύας, illud genus, quod venenum procul exspuit, Psal. CXL. 4.

עִלֵּג m. *balbus, balbutiens:* plur. עִלְּגִים, *balbi,* Ies. XXXII. 4. affine est verbo לָעַג, unde R. Sal. scribit hîc: quicunque non novit rectè disponere sermonem suum, ut sit elegans, vocatur עִלֵּג et נִלְעָג.

עָלָה *scandit, ascendit, conscendit:* quandoque *ascendit,* est *abiit in nihilum, evanuit, periit, abiit in auras,* Gen. XLIX. 4. Jerem. XLVIII. 5. et alibi præter. עָלָה קִיטֹר, *ascendit fumus,* Genes. XIX. 28. etc. Niph. נַעֲלָה, *sustulit, extulit se, elatus, excelsus fuit; abductus, deductus, traductus fuit; subduxit se, recessit:* præter. נַעֲלָה, *abductus fuit,* 2 Sam. II. 27. נַעֲלֵיתָ, *elatus es,* Ps. XCVII. 9. etc. Hiph. הֶעֱלָה, *ascendere fecit: abstulit, extulit, obtulit, sustulit, elevavit, extraxit, abduxit, adduxit, deduxit, eduxit, induxit, produxit, subduxit, evexit, subvexit,* etc. item *accendit,* cùm de lumine agitur, cujus flamma sursum ascendit, construitur cum accusat. et præpos. מִן et עַל. præter. הֶעֱלָה, *eduxit,* 1 Sam. XII. 6. הֶעֱלָה נֵרֹתֶיהָ, *accendet lucernas ejus,* Num. VIII. 3. Exod. XXV. 37. הֶעֱלִיתָ מֵאֶרֶץ, *eduxisti ex terra (Ægypti,)* Ex. XXXIII. 1. Hoph. הָעֳלָה et הֹעֲלָה, *ascendere factus* vel *jussus fuit, oblatus, relatus, abductus fuit:* præter. הֹעֲלָה עַל־הַמִּזְבֵּחַ, *oblatus fuit super altare,* Jud. VI. 28. item, *jussus est ut ascendere faceret,* id est, referret, 2 Paral. XX. 34. הֹעֲלָתָה, *abducta,* vel *deducta est,* seu *abducetur,* Nah. II. 7. Hithp. futur. יִתְעַל, *extollet se,* Jerem. LI. 3. pro יִתְעַלֶּה per apocopam.

עַל, m. *excelsus:* הַגֶּבֶר הֻקַם עָל, *vir qui constitutus est excelsus,* 2 Sam. XXIII. 1. vide et Hos. VII. 16. et XI. 7. ubi scribitur עַל per Pathach.

עַל, *super, supra: contra, adversus: coram: propter, eò quòd: ad, apud, juxta, secundum,* quomodo pro אֶל sumitur: *cum,* pro עִם; ut Exod. XXXV. 22. in *per,* pro בְּ, Genes. XXVII. 40. latissimè usurpatur. Semel scriptum עַל et legendum אַל, *ne,* Ezech. IX. 5. עַל־כֵּן, *idcirco, propterea:* עַל כִּי, *eò quòd,* עַל אֲשֶׁר, idem: עַל־דְּבַר, *propter.* Assumit י ad finem, עֲלֵי ut et aliæ quædam similes particulæ: ut עֲלֵי אֹרַח, *juxta semitam,* Gen. XLIX. 17. cum affixis ע habet Kametz, עָלַי, *contra me,* עָלֶיךָ, *contra te,* עָלָיו, *contra eum,* etc. exceptis affixis constructæ formæ, עֲלֵיכֶם, עֲלֵיהֶן, עֲלֵיהֶם, etc. מֵעַל, *a, ab, desuper, supernè.* Chald. idem: עַל דְּנָה, *super hoc, propter hoc, propterea:* cum affixis, עֲלוֹהִי, *contra eum, super eum, in eo, ad eum,* עֲלָךְ, *super, ad te,* עֲלֵיהוֹן, *ad eos,* עֲלַי, *ad me,* עֲלֶינָא, *ad nos,* עֲלֵיהֹם et עֲלֵיהוֹן, *ad eos.* Semel cum א in fine, וְעֵלָּא מִנְּהוֹן, *et supra ab istis,* id est, supra istos.

עֵלָה, m. *ascensus, gradus,* juxta Kimchium, לָעֹלָה לְפֶתַח, *ad ascensum ostii portæ,* Ezech. XL. 40. quibusdam est participium, *ascendens.*

עָלֶה, m. *folium,* quia sursum crescit, vel levi flatu sursum propellitur: עָלֶה מִגֶּפֶן, *folium de vite,* Ies. XXXIV. 4. constr. עֲלֵה תְאֵנָה, *folium ficus,* Gen. III. 7. plur. constr. עֲלֵי זַיִת, *folia oleæ,* Neh. VIII. 15. aff. עָלֶהָ, *foliis suis,* Ies. I. 30. de-

fectivè pro עֲלִיָּה juxta Masorethas et Hebræos.

עֹלָה ,עוֹלָה, f. *holocaustum*, sic dictum, quòd totum igne absumptum, sursum ascenderet et evanesceret: item *ascensus:* aff. וְעֹלָתוֹ, *et ascensum ejus*, 1 Reg. X. 5. עֹלָתֶךָ, *holocaustum tuum*, Levit. IX. 7. plural. עֹלוֹת, *holocausta*, Gen. VIII. 20. aff. וְעֹלֹתֶיךָ, *et holocausta tua*, Psalm. L. 8. עֹלוֹתָו, *ascensuum ejus*, Ez. XL. 26. plur. Chald. לַעֲלָוָן, *in holocausta*, Esræ VI. 9.

עֲלוֹת, p. *pistilla*, juxta R. Salom. 2 Paral. XXIV. 14. potest et infin. Hiphil esse: scribitur enim הַעֲלוֹת, *offerendi*. Si esset nomen, articulus ה notaretur cum Kametz. Sensus tamen vas vel instrumentum aliquod videtur postulare.

עֱלִי, masc. *pistillum*, ab attollendo, Prov. XXVII. 22.

עֲלִיָּה, f. *ascensus, cœnaculum*, conclave superius, ad quod ascenditur: דַּלְתוֹת הָעֲלִיָּה, *fores cœnaculi*, Jud. III. 23. construct. עֲלִיַּת הַשַּׁעַר, *cœnaculum portæ*, 2 Samuel. XIX. 1. aff. וַעֲלִיָּתוֹ, *et ascensum ejus*, 2 Par. IX. 4. בַּעֲלִיָּתוֹ, *in cœnaculo suo*, 2 Reg. I. 2. plural. וַעֲלִיּוֹת, *et cœnacula*, Jer. XXII. 14. affix. עֲלִיּוֹתָיו, *cœnacula excelsa sua*, Psal. CIV. 3.

עֶלְיוֹן, m. *excelsus, supremus*, Gen. XIV. 18. plur. Chald. עֶלְיוֹנִין, *excelsi*, Dan. VII. 18. fœmin. הָעֶלְיוֹנָה, *summum*, Ez. XLI. 7. plur. עֶלְיוֹנוֹת, Ezech. XLII. 5.

עִלָּיא, masc. Chald. *excelsus*, Dan. IV. 14. et VII. 25. juxta Masorethas legendum עִלָּאָה, quæ est forma emphatica absoluti עִלַּי vel עִלַּאי.

עִלִּית, f. *superius*, Jud. I. 15. plur עִלִּיּוֹת, *superiores*, Jos. XV. 19.

עִלִּית, f. Chald. *cœnaculum:* affix. בְּעִלִּיתֵהּ, *in cœnaculo suo*, Dan. VI. 11.

מֹעַל, masc. *elatio, elevatio:* בְּמֹעַל יְדֵיהֶם, *cum elatione manuum ipsorum*, Neh. VIII. 6.

מַעַל unde מִמַּעַל, *suprà, supernè*, Gen. XXII. 9. 1 Reg. VIII. 23. cum ה paragogico et accentu in penult. manente, מַעְלָה, *supra*, de loco et tempore, ut Exod. XXX. 14. geminatum, מַעְלָה מַעְלָה, *suprà, suprà*, id est, perquam supremè, Deuteron. XXVIII. 43. לְמַעְלָה, *suprà, sursum versus*, Ezech. XLIII. 15. מִלְמַעְלָה, *supernè*, Gen. VI. 16.

מַעֲלֶה, *ascensus, clivus, gradus, suggestum, excelsior* seu *superior locus;* בַּמַּעֲלֶה, *in ascensum*, Nehem. XII. 37. construct. מַעֲלֵה, *ascensus*, Jos. X. 10. עַל־מַעֲלֵה, *super suggestum Levitarum*, Neh. IX. 4. בְּמַעֲלֵה הָעִיר, *per clivum civitatis*, 1 Sam. IX. 11. מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס, *ab ascensu*, seu *ante ascensum solis*, Jud. VIII. 13. plur. cum affix. מַעֲלָיו, *ascensus ejus*, Ezech. XL. 31. cum defectu י ante ו.

מַעֲלָה, f. *gradus, ascensus, ascensio; excellentia, dignitas excelsa:* הַמַּעֲלָה מִבָּבֶל, *ascensus e Babel*, Esr. VII. 9. הַמַּעֲלָה, *excellentiæ*, vel, (*de*) *hac excellentia*, 1 Paral. XVII. 17. plur. מַעֲלוֹת, *ascensiones*, Ezech. XI. 5. וּמַעֲלוֹת, *et gradus*, Ezech. XL. 26. aff. מַעֲלוֹתָו, *cœnacula sua*, Amos IX. 6. בְּמַעֲלוֹתָו, *per gradus ejus*, Ezechiel. XL. 6. וּמַעֲלוֹתֵהוּ, *et*

gradus ejus, Ezech. XLIII. 17. pro מַעֲלוֹתָיו.

תְּעָלָה, fœm. *aquæductus,* 1 Reg. XVIII. 32. item *curatio, emplastrum,* quasi obductio vel ascensus cicatricis aut vulneris, Jer. XXX. 13. constr. תְּעָלַת, *aquæductus,* Ies. VII. 3. plur. תְּעָלֹתֶיהָ, *aquæductus suos,* Ezech. XXXI. 4.

עָלַז *exsultavit, gestivit* præ gaudio: infinit. לַעֲלוֹז, *ad exsultandum,* Ies. XXIII. 12.

עָלֵז, m. *exsultabundus,* Ies. V. 14.

עַלִּיז, m. idem: plur. שְׁאוֹן עַלִּיזִים, *sonitus exsultantium,* Ies. XXIV. 8. construct. עַלִּיזֵי גַּאֲוָתִי, *exsultantes in excellentia mea,* Ies. XIII. 3. fœmin. קִרְיָה עַלִּיזָה, *urbs exsultabunda,* Ies. XXII. 2.

עלט עֲלָטָה, f. *nox cæca, tenebræ, caligo maxima,* Gen. XV. 17.

עלל Pih. עוֹלֵל, *fecit, operatus est:* et in malum, *affecit, confecit:* item *racemavit.* præt. עוֹלַלְתָּ, *fecisti mihi,* Thren. I. 22. עוֹלַלְתִּי, *redegi* vel *confeci,* Job. XVI. 15. vel passivè ex Pyhal juxta quosdam *redactus sum:* עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי, *conficit, afficit animam meam,* Thren. III. 51. infin. עוֹלֵל יְעוֹלְלוּ, *racemando racemabunt,* Jer. VI. 9. Pyh. præter. עוֹלַל, *factus est,* Thren. I. 12. Hithp. הִתְעַלֵּל, *egit, operatus est, fecit, factitavit, machinatus est:* item *illusit, ludificatus est,* et sic cum בְּ construitur. præter. הִתְעַלֵּל, *operatus est* vel *præclara gessit,* 1 Sam. VI. 6. הִתְעַלַּלְתִּי, *præclarè gessero,* Ex. X. 2. וְהִתְעַלְּלוּ־בִי, *et illudant mihi,* 1 Sam. XXXI. 4. הִתְעַלַּלְתְּ בִּי, *ludificata es me,* Numer. XXII. 29. infinit. לְהִתְעוֹלֵל עֲלִלוֹת, *ad agitandum actiones,* Psal. CXLI. 4. fut. וַיִּתְעַלְּלוּ־בָהּ, *et malitios è factitassent* vel *facinus commisissent in eam,* Jud. XIX. 25.

עוֹלָל, m. *parvulus, puerulus,* lactente major, qui scil. agitare aliquid incipit, quasi activus dictus, Jerem. VI. 11. plur. עוֹלָלִים, *parvulos,* Joël. II. 16. aff. עוֹלָלֶיהָ, *parvuli ejus,* Thren. I. 5.

עוֹלֵל, m. idem: מֵעוֹלֵל וְעַד־יוֹנֵק *à puero usque ad lactentem,* 1 Sam. XV. 3. plur. כְּעֹלְלִים, *sicut parvuli,* Job. III. 16. constr. עוֹלְלֵי, *parvuli,* Thren. II. 20. aff. עֹלְלֵיהֶם, *parvuli eorum,* Hos. XIV. 1.

מְעוֹלֵל, m. *parvulus,* sed consilio et judicio, Ies. III. 12.

עֲלִיל, m. *catinus,* vas in quo purgantur metalla, quasi operatorium vel laboratorium dictum, Ps. XII. 7.

עֲלִילָה, f. *actio, opus, facinus; occasio:* plural. עֲלִילוֹת, *actiones, facinora:* item *occasiones,* Deut. XXII. 14. aff. עֲלִילוֹתָיו, *actiones ejus,* Ies. XII. 4.

עִלָּה עִלָּא, f. Chald. *causa, occasio,* Dan. VI. 5. sic verbum הִתְעַלֵּל est *causam, occasionem quærere.*

עֲלִילִיָּה, f. *actio,* Jer. XXXII. 19.

עוֹלֵלוֹת, f. p. *racemationes, racemi,* Ies. XVII. 6. const. כְּעוֹלְלֹת, *sicut racemi vindemiæ,* Mich. VII. 1.

עֹל, m. *jugum,* quasi operatorium dictum, Numer. XIX. 2. aff. עֻלּוֹ, *jugum ejus,* Gen. XXVII. 40.

בְּלִיַּעַל, m. *nequitia, nequam* quasi בְּלִי עֹל, *absque jugo,* qui jugum laboris, pietatis ac legis Dei excussit ac proinde nihil boni agit; vel quasi בַּל יוֹעִיל, *qui nihil prodest,* qui nul

lius frugis et utilitatis est. אֲנָשִׁים בְּנֵי־בְלִיַּעַל, *homines filii nequitiæ*, id est, nequissimi, Deuter. XIII. 13. דְּבַר בְּלִיַּעַל, *res nequam*, Deut. XV. 9. בְּלִיַּעַל, *res nequissima*, Psalm. XLI. 9. CI. 3. בַּת בְּלִיַּעַל, *filia nequitiæ*, id est, fœmina nequam, 1 Sam. I. 16. Chal. et Kim. filia improbitatis: אַנְשֵׁי הַבְּלִיַּעַל, *homines nequissimi*, 1 Reg. XXI. 13.

מַעֲלָלִים, m. p. *actiones*, 1 Sam. XXV. 3. const. מַעַלְלֵי אֵל, *operum Dei*, Psal. LXXVIII. 7. aff. מַעֲלָלָיו, *actionum suarum*, Jer. XVII. 10.

תַּעֲלוּלִים, m. p. *facinora, ludificationes*, et metonymicè *facinorosi, ludificatores*, Ies. III. 4. R. Sal. לֵיצָנִים, *illusores*, Chald. חַלָּשַׁיָּא, *debiles*, sc. mente et judicio, pueriles: affix. בְּתַעֲלוּלֵיהֶם, *ludificationes ipsorum*, Ies. LXVI. 4.

עלל עַל, Chald. *accessit, intravit, ingressus est*: frequenter pro Hebr. בּוֹא, *venire*, in Targum usurpatur: præt. defectivum, עַל, *ingressus est*, Dan. II. 16. עַלַּלַת, *accessit, ingressa est*, Dan. V. 10. scribitur cum ל redundante, et legitur, עַלַּת: sic part. עָלְלִין, *ingredientes*, Dan. IV. 4. Aphel præt. הַנְעֵל, *introduxit*, Dan. II. 25. cum epenthesi נ. imp. הַעֵלְנִי, *introduc me*, Dan. II. 24. infin. cum ה paragogico לְהַעָלָה, *ad adducendum*, Dan. V. 7. et epenthesi נ לְהַנְעָלָה, *adducere*, Dan. IV. 3. Hophal, præt. הֻעַל, *adductus, introductus est*, Dan. V. 13. הֻעַלוּ, *introducti sunt*, Dan. V. 15. nomen plur. constr. עַד־מֶעָלֵי שִׁמְשָׁא, *usque ad ingressus* id est, *occasum solis*, Dan. VI. 15.

עֹלִית עֹלָה, vide in præced. radice.

עלם Niph. נֶעְלַם, *latitavit, abditum, absconditum, occultum fuit*: construitur cum præpos. מִן: præter. מִשְּׁלֹמֹה נֶעְלָם, *absconditum fuit à Salomone*, 2 Par. IX. 2. וְנֶעֶלְמָה, *et abscondita est* (*ab oculis*,) Job. XXVIII. 21. partic. נֶעְלָם מִמֶּלֶךְ, *occultum à rege*, 1 Reg. X. 3. plural. נַעֲלָמִים, *absconditi*, Psal. XXVI. 4. fœmin. נַעֲלָמָה, *abscondita eris*, Nah. III. 11. Hiph. הֶעְלִים, *abdidit, abscondit, celavit, occultavit*: præter. הֶעְלִים מִמֶּנִּי, *celavit me*, 2 Reg. IV. 27. Hithp. הִתְעַלֵּם, *abscondit se, occultavit se*, præter. וְהִתְעַלַּמְתָּ, *et occultabis te*, Deut. XXII. 1.

עֶלֶם, m. *adolescens, puer adultus*, qui domi in parentum cura latitat, 1 Sam. XVII. 56. לָעֶלֶם, *adolescenti isti*, 1 Sam. XX. 22.

עַלְמָה, f. *adolescentula, puella, virgo*, domi adhuc latitans, neque nuptum propalam educta: plur. עֲלָמוֹת, *puellæ*, Cant. I. 3. id est, בְּתוּלוֹת, *virgines*, juxta R. Salomonem: נערות קטנות, *puellæ parvæ*, juxta Aben Esram. at עַל־עֲלָמוֹת, *super Alamoth*, Psalm. XLVI. 1. et 1 Chron. XV. 20. plerique Hebræorum nomen instrumenti musici, aut initium vulgaris cantici esse existimant. Quidam musicam acutæ vocis esse volunt, quam virgines commodè exprimunt, ut est superior et altus. Hebræi nomen hoc עַלְמָה, ætatis esse volunt, non status virginei simpliciter, sed notare juvenculam tam tactam quàm intactam. Extat autem solùm in sequentibus locis, Genes. XXIV. 43. Exod. II. 8. Psalmus LXVIII. 26. Prov. XXX. 19. Cant. I. 3. et VI. 8. Ies. VII. 14. multi

nostrorum ubique virginem incorruptam significare volunt: Judæi duo loca excipiunt, Iesaiæ et Proverbiorum; illum falsò, hunc probabiliter, ut et nostrorum nonnulli, pro virgine corrupta, virginitatem tamen adhuc profitente, illic exponunt, propter comparationem cum uxore adultera, ver. 20. quæ marito fidem conjugalem occultè frangit.

עֲלוּמִים, m. p. *adolescentia*, pars ætatis occulta, cùm ad officia publica raró adhibeatur: aff. עֲלוּמָיו, *adolescentiæ ejus*, Psalm. LXXXIX. 46. עֲלֻמֵנוּ, *occulta nostra*, Psal. XC. 8. id est, peccata adolescentiæ nostræ, quæ nobis sunt incognita et occulta: עֲלוּמָו, (*peccato*) *adolescentiæ ejus*, Job. XX. 11. עֲלוּמַיִךְ, *adolescentiæ tuæ*, Ies. LIV. 4.

תַּעֲלוּמָה, fœm. *absconditum*, Job. XXVIII. 11. plur. *abscondita*, Psal. XLIV. 22.

עוֹלָם, m. *seculum*, tempus homini absconditum, tam infinitum et æternum, quàm finitum, ut Gen. XVII. 8. Exod. XXI. 6. 1 Sam. I. 22. et XIII. 13. 2 Samuel. XII. 10. etc. מִן־הָעוֹלָם, *a seculo*, id est, jam olim: לְעֹלָם, *in seculum*, Exod. XXI. 6. aff. עוֹלָמוֹ, *seculi sui*, Eccles. XII. 5. plur. עוֹלָמִים, *secula*, 1 Reg. VIII. 13. לְעוֹלָמִים, *in secula*, Eccles. I. 10. construct. עַד־עוֹלְמֵי עַד, *usque ad secula æternitatis*, Ies. XLV. 17.

עָלְמָא, עָלַם, Chald. *seculum*: וּלְחַי עָלְמָא, *et viventem in perpetuum*, Dan. IV. 31. plur. לְעָלְמִין, *in secula*, Dan. V. 10. et לְעָלְמַיָּא, Dan. II. 44.

עֵילוֹם, m. idem: לְעֵילוֹם, *in seculum*, 2 Par. XXXIII. 7.

עַל־מוּת, Ps. XLVIII. 15. vide in מוּת: at illius, עַל־מוּת לַבֵּן, R. Salomon tam varias Hebræorum interpretationes citat, ut adduci hoc loco omnes non possint, sitque difficile optimam eligere. Incertæ sunt omnes. Hæc vocabula, ut alia plura in titulis Psalmorum, Hebræis ipsis nondum satis explorata sunt. Vide suprà in מוּת.

עָלַס *exsultavit*: futur. יַעֲלוֹס, *exsultabit*, Job. XX. 18. Niph. præt. נֶעֱלָסָה, *exsultabunda*, Job. XXXIX. 13. Hithp. fut. נִתְעַלְּסָה בָּאֳהָבִים, *exsultemus, exhilaremus nos amoribus*, Prov. VII. 18.

עָלַע Pih. *lambere, sorbere*: fut. יְעַלְעוּ, *lambent*: Job. XXXIX. 30. vide in לוּעַ.

עִלְעִין, m. p. Chald. *costæ*, Dan. VII. 5. ab Hebræo צֶלַע mutato ut aliâs, צ in ע.

עָלַף Pih. *texit, obtexit*. Metaphoricè, *animo deficere*, quasi dolore contegi. Pyh. præt. עֻלְּפוּ, *animo deficiunt*, Ies. LI. 20. part. fœmin. מְעֻלֶּפֶת, *tectum*, Cant. V. 14. Hithp. futur. וַיִּתְעַלָּף, *et animo defecit*, Jon. IV. 8. וַתִּתְעַלָּף, *et obtexit se*, Genes. XXXVIII. 14. תִּתְעַלַּפְנָה, *animo deficient*, Amos VIII. 13. convenit cum עָטַף, literis מ et ל permutatis.

עֻלְפֶּה, m. *defectum, lussum*, Ezech. XXXI. 15.

עָלַץ *exsultavit*, 1 Sam. II. 1 infinit. בַּעֲלוֹץ, *quum exsultant*, Prov. XXVIII. 12. convenit cum עָלַס et עָלַז.

עֲלִיצוּת, fœmin. *exsultatio*: affix. עֲלִיצֻתָם, *exsultatio eorum*, Habac. III. 14.

עלק עֲלוּקָה, f. *sanguisuga, hi-*

rudo: לַעֲלוּקָה שְׁתֵּי בָנוֹת, *sanguisugæ duæ sunt filiæ*, Proverb. XXX. 15.

*עִלִּית עִלִּיתָא, vide suprà in עָלָה.

עָמַד *stetit, astitit, substitit, perstitit: mansit, permansit.* construitur absolutè et frequenter cum præpos. ב et עַל. præter. לֹא עָמַד, *non constitit*, Jos. XXIII. 9. עָמַדְתָּ, *stetisti*, Deuter. IV. 10. etc. futur. יַעֲמֹדְנָה, *stabunt*, Daniel. VIII. 22. simile in יָשַׁר. Hiph. הֶעֱמִיד, *stare, subsistere, permanere fecit; stitit, statuit, constituit, instituit, restituit: stabilivit, distinuit.* præterit. הֶעֱמִיד, *constituit*, 2 Par. XIX. 8. הֶעֱמַדְתָּה, *constituisti*, Psal. XXX. 8. etc. Hoph. partic. מָעֳמָד, *distentus erat, distinebatur*, 1 Reg. XXII. 35. וְאֵין מָעֳמָד, *et non est stabilitum, stabile*, Psalm. LXIX. 3. Ab. Esra vult esse nomen, *status, standi locus.* fut. יָעֳמַד, *sistitor*, Lev. XVI. 10.

עַמּוּד, m. *columna*, quasi statuam vel statumen dicas, Exod. XIII. 22. plural. עַמּוּדִים, 1 Reg. VII. 41. constr. עַמֻּדֵי הֶחָצֵר, *columnæ atrii*, Exod. XXXVIII. 17. affix. עַמּוּדָיו, *columnas ejus*, Exod. XXXVI. 38.

עֶמְדָּה, f. *constitutio*: aff. עֶמְדָּתוֹ, *constitutionem suam*, Mich. I. 11.

עִמָּדִי, *mecum*, Psalm. XXIII. 4. quasi apud me stans, nec reperitur cum aliis affixis.

מַעֲמָד, m. *status, statio, constitutio*: constructum, וּמַעֲמַד, *et statum*, 1 Reg. X. 5. affix. וּמִמַּעֲמָדְךָ, *et de statione tua*, Ies. XXII. 19. מַעֲמָדָם, *constitutio eorum*, 1 Par. XXIII. 28.

עָמַל *laboravit, elaboravit: molestiam attulit* vel *intulit.* præt. שֶׁלֹּא עָמַל־בּוֹ, *in quo non laboravit*, Eccles. II. 21. etc.

עָמֵל, masc. *laboriosus, ærumnosus, molestus*, Job. XX. 22. plur. לְהַלְמוּת עֲמֵלִים, *ad malleum laborantium*, Jud. V. 26.

עָמָל, m. *labor, molestia, perversitas*, Num. XXIII. 21. constr. עֲמַל הָאָדָם, *labor hominis*, Eccles. VI. 7. fœm. est, Eccles. X. 15. aff. עֲמָלוֹ, *labor ejus*, Psal. VII. 17. עֲמָלֵנוּ, *laborem nostrum*, Deut. XXVI. 7.

עָמַם *texit, operuit, abscondit: obscuravit*, ex Chaldaicæ linguæ usu. præterit. עֲמָמֻהוּ, *abscondebant eam*, Ezech. XXXI. 8. עֲמָמוּךָ, *absconderunt a te*, Ezech. XXVIII. 3. Hoph. futur. יוּעַם זָהָב, *obscuratur aurum*, Thren. IV. 1.

עָם, עַם, c. sed masc. sæpiùs, *populus*: fœmininum est, Ies. XXVI. 20. Jerem. VIII. 5. Jud. XVIII. 7. Dicitur et de multitudine animalium quorundam, ut de locustis, Joël. II. 2. de formicis, Prov. XXX. 25. cuniculis, sive juxta alios, muribus montanis, Proverb. XXX. 26. similia apud profanos scriptores reperiuntur. affix. לְעַמּוֹ, *populo suo*, Psalm. CXI. 6. plur. עַמִּים, *populi*, Ies. X. 13. constr. עַמֵּי, Deut. XXVIII. 10. aff. עַמֶּיךָ, *populos tuos*, Num. XXVII. 13. et plurale perfectum, וַעֲמָמִים, *et populos*, Neh. IX. 22. constr. וְאֶת־עַמְמֵי, *et populos terræ*, Neh. IX. 24. aff. בַּעֲמָמֶיךָ, *in populis tuis*, Jud. V. 14. Chald. וְעַם, *et populum*, Esr. VI. 12. emphat. וְעַמָּה, *ac populum*, Esr. V. 12. vel עַמָּא, Esræ VII. 16. plurale perfectum, עַמְמַיָּא, *O populi*, Dan. III. 4.

עִם, *cum:* et quandoque *juxta, prope, apud*, ut Gen. XXXV. 4. cum מ ab initio, est *à, è:* מֵעִם בִּרְכָּיו, *a vel è genibus ejus*, Gen. XLVIII. 12. aff. עִמּוֹ, *cum ipso*, עִמְּךָ, *tecum*, עִמִּי, *mecum*, מֵעִמִּי, *a me*, מֵעִמּוֹ, *ab eo*, מֵעִמָּנוּ, *a nobis*, etc. Chald. עִם, Dan. II. 11. עִמָּךְ, *tecum*, Esr. VII. 13. עִמְּהוֹן, *cum eis*, etc.

עָמַס *oneravit, onus imposuit:* interdum scribitur cum שׂ loco ס. partic. עֹמְשִׂים, *onerantes*, Neh. IV. 11. עֹמְסִים, *onerabant*, Neh. XIII. 15. עֹמְסֶיהָ, *oneratores illius, onerantes se eo*, Zach. XII. 3. partic. præteritum, הָעֲמֻסִים, *qui bajulamini*, Ies. XLVI. 3. fœm. עֲמֻסוֹת, *onerata*, Ies. XLVI. 1. futurum, וַיַּעֲמֹס, *et oneravit*, Genes. XLIV. 13. Hiph. præt. הֶעְמִים עֲלֵיכֶם, *oneravit super vos*, 1 Reg. XII. 11.

מַעֲמָסָה, f. *onus*, Zach. XII. 3.

עָמַק *profundum esse:* præter. עָמְקוּ מַחְשְׁבֹתֶיךָ, *profundæ sunt cogitationes tuæ*, Psalm. XCII. 6. Hiph. præter. הֶעְמִיק, *profundavit, profundum fecit*, Iesaias XXX. 33. הֶעְמִקוּ, *profundarunt habitare*, Jer. XLIX. 8. id est, profundas habitationes petent et abstrusas.

עָמֹק, m. *profundus*, Levit. XIII. 3. plur. עֲמֻקִּים, *profunda*, Proverb. XVIII. 4. f. עֲמֻקָּה, *profunda*, Prov. XXII. 14. pl. עֲמֻקּוֹת, Job. XII. 22.

עָמֵק, m. idem: plural. construct. עִמְקֵי שָׂפָה, *profundi sermonis*, Ies. XXXIII. 19. בְּעִמְקֵי, *in profundis* sc. locis vel profunditatibus, Prov. IX. 18.

עֵמֶק, masc. *vallis*, a profunditate, Gen. XIV. 13. aff. עִמְקֵךְ, *vallis tua*, Jer. XLIX. 4. plur. עֲמָקִים, 1 Reg. XX. 28.

עֹמֶק, m. *profunditas*, Prov. XXV. 3.

מַעֲמַקִּים, m. p. *profunditates*, Psal. CXXX. 1. const. מַעֲמַקֵּי־יָם, *profundum maris*, Ies. LI. 10.

עֲמִיקָתָא עֲמִיקָן, f. p. Chald. *profunda*, Dan. II. 22.

עָמַר Pih. *manipulos fecit:* part. מְעַמֵּר, *manipulos faciens*, Psalm. CXXIX. 7. Hithp. הִתְעַמֵּר, *ad quæstum vel lucrum uti* aut *abuti alicujus servitute*. Construitur cum præposit. ב: præt. וְהִתְעַמֶּר־בּוֹ, *et ad quæstum abusus fuerit eo*, Deut. XXIV. 7. fut. לֹא־תִתְעַמֵּר בָּהּ, *ne utitor eâ ad quæstum*, Deut. XXI. 14. hic R. Sal. scribit, *servitutem* aut *servile ministerium* Persicè vocari עִימְרָאָה.

עֹמֶר, m. *homer*, mensura aridorum, decima pars ephæ, Exod. XVI. 36. vide infrà in קבב: item, *manipulus*, Deuter. XXIV. 19. plural. הָעֳמָרִים, *manipuli*, Ruth. II. 15.

עָמִיר, m. *manipulus*, Amos II. 13.

עֲמַר, m. Chald. *lana*, Dan. VII. 9. ab Hebræo צֶמֶר mutato צ in ע, ut sæpè.

עֻמַּת *secundum, juxta:* כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא, *omnia secundum* (ut Latine, ea propter) *ut venit*, Eccles. V. 15. id est, omnino prout venit, sic abiit. כ notat similitudinem, et debebat regulariter dici כְּלְעֻמַּת, id est, כְּנֶגֶד, *e regione, ex adverso:* vel כַּאֲשֶׁר, *prout, quemadmodum:* sed divisæ sunt voces ut et aliâs factum. Et עֻמַּת, nunquam usurpatur absque præfixo ל, sicut etiam semper dicitur לְמַעַן, scribit Kimchi in lib. Radicum: et sic לְעֻמַּת הַמִּסְגֶּרֶת, *e re-*

gione clausuræ vel *teniæ*, Exod. XXV. 27. מִלְּעֻמַּת הַבֶּטֶן, *e regione ventris*, id est, projecturæ, 1 Reg. VII. 20. aff. לְעֻמָּתוֹ, *ex adverso ejus*, 2 Sam. XVI. 13. לְעֻמָּתָם, *e regione illorum*, Ezechiel. I. 20. pluraliter, לְעֻמּוֹת אַחַד, *ex adverso uniuscujusque partium illarum*, Ezech. XLV. 7.

עָמִית, m. *socius, proximus*, qui è regione alicujus et circa aliquem est: aff. אֶת־עֲמִיתוֹ, *proximum suum*, Lev. VI. 2.

עֵנָב m. *uva*, Deut. XXXII. 14. plur. עֲנָבִים, Genes. XL. 10. constr. עֲנָבֵמוֹ עִנְּבֵי רֹאשׁ, *uvæ eorum sunt uvæ veneni*, Deuter. XXXII. 32. ubi et affixum est, scribiturque juxta Masorethas, ex forma plurali defectivè, pro עֲנָבֵימוֹ.

עָנַג Pyh. *deliciari*: part. fœm. וְהַמְעֻנָּגָה, *delicata, delicatè nutrita*, Jer. VI. 2. Hithp. הִתְעַנֵּג, *oblectare se, delicias agere*: construitur cum præpos. עַל et בְּ. præterit. וְהִתְעַנְּגוּ עַל־רֹב שָׁלוֹם, *et oblectabunt se in multitudine pacis*, Psal. XXXVII. 11.

עָנֹג, m. *delicatus*, Deut. XXVIII. 54. fœm. עֲנֻגָּה, f. *delicata*, Deuter. XXVIII. 56.

עֹנֶג, m. *delicium, deliciæ, voluptas*, Ies. XIII. 22.

תַּעֲנוּג, m. *oblectatio*, Prov. XIX. 10. plur. בַּתַּעֲנוּגִים, *in deliciis*, Cant. VII. 6. aff. תַּעֲנוּגֶיהָ, *deliciarum suarum*, Mich. II. 9. fœmin. וְתַעֲנֻגוֹת, *et delicias*, Eccles. II. 8.

עָנַד *alligavit, annexit*: imper. עָנְדֵם, *annecte ea*, Proverb. VI. 21. futurum, אֶעֶנְדֶנּוּ, *annectam eum*, Job. XXXI. 36.

עָנָה *respondit, exaudivit*, quasi re vel verbis petenti respondit: inde latissimè sumitur pro *dixit, locutus, allocutus, prolocutus est, fatus fuit: testificatus, attestatus, contestatus fuit*, et sic ferè cum præpositione בְּ construitur: *clamavit, acclamavit: cecinit, cantavit*: item, *afflixit, humiliavit, demisit, depressit se, afflictus ac depressus fuit*. præter. עָנָה, *respondit*, Jer. XXIII. 35. עָנָה בִי, *testificatus est contra me*, Ruth. I. 21. עָנָהוּ, *dixit ei*, 1 Sam. IX. 17. etc. Chald. præterit. עֲנוֹ, *responderunt*, Dan. II. 7. עֲנָת, *respondit illa*, Dan. V. 10. part. præs. עָנֵה, *loquens, respondens*, Dan. II. 5, 8. plur. עָנַיִן, *respondebant*, Daniel. III. 24. Niph. נַעֲנָה, *responsare, exorari, exoratus respondere: exaudiri: affligi*: præterit. נַעֲנֵיתִי, *responsabo*, quasi exorabilem vel respondentem exhibebo me ei, Ezech. XIV. 4. *afflictus sum*, Psal. CXIX. 107. partic. נַעֲנֶה, *afflictus est*, Ies. LIII. 7. item *responsabo, responsans ero. Sinam me induci, ut respondeam*, Ezech. XIV. 7. fœm. נַעֲנָה, *afflicta*, Ies. LVIII. 10. infin. לֵעָנוֹת, *demittere, abjicere te*, Exod. X. 3. pro לְהֵעָנוֹת, cui simile vide in רָאָה in Niphal futur. אֵעָנֶה, *exaudiar*, Job. XIX. 7. Pih. עִנָּה, *afflixit, compressit, subegit*, pudicitiæ scil. violandæ causâ: *cecinit, cantavit*: præt. לֹא עִנָּה, *non afflixit*, Thren. III. 33. עִנִּיתָהּ, *compressisti eam*, Deuter. XXI. 14. infin. עַנּוֹת, *cantare*, Exod. XXXII. 18. Psalm. LXXXVIII. 1. imperat. וְעַנּוּ אוֹתָם, *et comprimite eas*, Jud. XIX. 24. Pyh. præterit. כִּי־עֻנֵּיתִי, *quòd affligor*, Psal. CXIX. 71. part. מְעֻנֶּה, *afflictus*, Ies. LIII. 4. infinit. אֵת כָּל־עֻנּוֹתוֹ, *omnis affligi ejus*, id est, omnium afflictionum ejus, Psal.

CXXXII. 1. Hiph. particip. מַעֲנֶה בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ, *respondet, annuit, testimonium perhibet lætitiæ cordis ejus,* Eccles. V. 19. futur. יַעֲנֵנִי, *respondere facit me,* Job. XX. 3. et Job. XXXI. 35. juxta quosdam: וְיַעֲנֵם, *et contestabitur istos,* Psalm. LV. 20. vix plura in hac conjugatione reperias. Hithp. præt. הִתְעַנָּה, *afflictus est;* הִתְעַנִּית, *afflictus es,* vel *afflixisti te,* 1 Reg. II. 26. infin. לְהִתְעַנּוֹת, *ut affligeremus nos,* Esræ VIII. 21. imperativ. הִתְעַנִּי, *demitte te,* Gen. XVI. 9.

עָנָו, m. *mansuetus, humilis,* Numer. XII. 3. plur. עֲנָוִים, *mansueti,* Psal. X. 17. constr. עַנְוֵי, Soph. II. 3.

עֲנָוָה, f. *mansuetudo, abjectio, humilitas,* Prov. XV. 33.

עַנְוָה, f. idem, Psal. XLV. 5. aff. וְעַנְוָתְךָ, *et mansuetudo tua,* Psalm. XVIII. 36. pro quo legitur, וַעֲנֹתְךָ, 2 Sam. XXII. 36.

עָנִי, m. *afflictus, pauper,* Deuter. XXIV. 12. affix. לַעֲנִיֶּךָ, *erga pauperem tuum:* plural. עֲנִיִּים, *pauperes,* Job. XXXIV. 28. construct. עֲנִיֵּי, Job. XXIV. 4. affix. וַעֲנִיָּיו, *et pauperum suorum,* Ies. XLIX. 13. Chald. עֲנַיִן, *afflicti,* Dan. IV. 24. fœmin. עֲנִיָּה, *paupercula,* Ies. X. 30.

עֳנִי, m. *afflictio, paupertas:* רָאָה עֳנִי, *expertus est afflictionem,* Thren. III. 1. in pausa עֹנִי, Deuter. XVI. 3. aff. עָנְיִי, *afflictionis meæ,* Gen. XLI. 52. עָנְיָם, *afflictionem eorum,* Ezech. IV. 31.

עוֹנוֹת, f. p. *sulci,* juxta Aben Esram quasi idem quod מַעֲנִית quod sequitur: לִשְׁתֵּי עוֹנֹתָם, *in duobus sulcis suis,* Hos. X. 10. vide suprà in עָנָה in nomine עָוֹן.

עֱנוּת, f. *afflictio,* Psal. XXII. 25.

עִנְיָן, m. *occupatio, negotium,* molestum propriè, quod hominem affligit, Eccles. I. 13. construct. עִנְיַן, Eccles. IV. 8. et V. 13.

תַּעֲנִית, f. *jejunium* ab affligendo: aff. קַמְתִּי מִתַּעֲנִיתִי, *surrexi à jejunio meo,* Esr. IX. 5.

לְמַעַן, *ut, propter,* huc quidam reducunt, quasi causæ redditionem et responsionem denotet, vide in מען.

יַעֲנָה יַעֲנָה, f. *ulula,* avis deserta incolens, à voce resonante sic dicta, Ies. XIII. 21. plurale ex forma altera, יְעֵנִים, *ululæ,* Thren. IV. 3. LXX. *struthionem* reddunt.

מַעֲנֶה, m. *responsio, responsum, exauditio, locutio, sermo.* constr. מַעֲנֵה אֱלֹהִים, *exauditio Dei,* Mich. III. 7. מַעֲנֵה לָשׁוֹן, *responsio linguæ,* Prov. XVI. 1.

מַעֲנָה, f. *jugerum,* à subigendo, 1 Sam. XIV. 14.

מַעֲנִית, f. *sulcus, striga:* affix. לְמַעֲנוֹתָם, *sulcum suum,* Psalm. CXXIX. 3. scribitur cum ו ac si esset in forma plurali, sed juxta Masorethas legendum לְמַעֲנִיתָם.

עָנָן masc. *nubes,* Ezech. I. 4. constructum, כַּעֲנַן בֹּקֶר, *sicut nubes manè,* id est, matutina, Hos. VI. 4. aff. עֲנָנוֹ, *nubis suæ,* Job. XXXVII. 15. וַעֲנָנְךָ, *et nubes tua,* Num. XIV. 14. fœmin. עֲנָנָה, *nubes,* Job. III. 5. Chald. plur. masc. constructum, עִם־עֲנָנֵי שְׁמַיָּא, *cum nubibus cœli,* Dan. VII. 13.

עִנֵּן, Pih. *obnubilare:* infin. בְּעַנְנִי

עָנָן, *quum obnubilavero nube terram*, Gen. IX. 14. pro בְּעַנְנִי.

עָנָן, vide suprà in עוֹן.

ענף m. *ramus*, Ezech. XVII. 8. construct. וַעֲנַף עֵץ, *et ramum arboris*, Levit. XXIII. 40. plural. cum aff. וַעֲנָפֶיהָ, *et ramos ejus*. Ps. LXXX. 11.

עָנָף, m. idem: affix. עַנְפְּכֶם, *ramum vestrum*, Ezech. XXXVI. 8. Chald. עַנְפּוֹהִי, *ramus ejus*, Dan. IV. 11. וּבְעַנְפּוֹהִי, *et in ramis ejus*, ver. 9.

עֲנֵפָה, f. *ramosa, frondosa*, Ezech. XIX. 10.

ענק m. *torques*, Cant. IV. 9. plur. וַעֲנָקִים, *et torques*, Prov. I. 9. fœmin. מִן־הָעֲנָקוֹת, *præter torques*, Jud. VIII. 26.

עָנַק, *torque, torquis in modum cingere*. præt. עֲנָקַתְמוֹ, *ut torques cingit eos*, Psalm. LXXIII. 6. Hiph. הַעֲנִיק, *onerare*, juxta plerosque, scil. muneribus, *munerare, muneribus afficere*, quæ aspectui prostent, R. Sal. et Aben Esra. infinit. cum futuro, הַעֲנֵיק תַּעֲנִיק לוֹ, *munerando munerabis illi*, Deut. XV. 14.

עֲנָק, *Anak*, nomen proprium gigantis celebris, Numer. XIII. 22. quod postea ad omnes gigantes traductum fuit, qui vel עֲנָקִים, *Anakitæ*, vel *filii Anakiturum* inde dicti sunt, Deut. I. et II. et alibi, R. Salomon scribit, sic dictos fuisse, שמניקים חמה בקומתן, *quòd injicerent terrorem staturâ suâ*.

ענש *punivit, pœnâ affecit, mulctavit, mulctam imposuit*: præt. וְעָנְשׁוּ, *et mulctabunt*, Deuter. XXII. 19. Niph. præter. נֶעֱנָשׁוּ, *mulctati sunt*, Prov. XXVII. 12. futurum יֵעָנֵשׁ, *mulctabitur*, Exod. XXI. 22.

עֹנֶשׁ, m. *mulcta*, Prov. XIX. 19. Chald. לַעֲנָשׁ־נִכְסִין, *ad mulctam facultatum*, Esræ VII. 26.

ענת Chald. *tempus*: כְּעֶנֶת, *juxta tempus*, Esr. IV. 10. id est, tali die, mense, anno, ut literis præfigi solebat: contractè וּכְעֶת, ver. 17. quidam ad עֵת referunt, ut נ sit epentheticum. Multi volunt esse proprium nomen loci.

עסס *calcavit, conculcavit*: præt. וְעַסּוֹתֶם, *et conculcabitis*, Mal. III. 21.

עָסִיס, masc. *succus, mustum*, a calcando vel contundendo, Joël. I. 5. constr. מֵעֲסִיס רִמֹּנִי, *de succo malogranati mei* vel *malogranatorum*, Cant. VIII. 2.

עפה עֳפָאִים, m. p. *rami, frondes*: Chaldæum est: מִבֵּין עֳפָאִים, *e medio ramorum*, Psalm. CIV. 12. עֳפִי Chal. idem: aff. וְעָפְיֵהּ, *et rami ejus*, Dan. IV. 9.

עפל עֹפֶל, m. *clivus*: editior locus fuit urbis Jerusalem, post templum versùs occidentem, inter Gichonem torrentem et portam piscium, ut apparet ex 2 Chron. XXXIII. 14. quem inhabitarunt Nethinæi, Neh. III. 26. Quidam nomen arcis in urbe fuisse existimant: alii nomen proprium certi loci, quem *Ophlam* appellat Josephus de bello Jud. lib. 6. cap. 6. ubi situm urbis describit. Fuit et alius quidam clivus, de quo 2 Reg. V. 24.

הֶעְפִּיל, Hiph. *in altum contendere, impetuosè conari et contendere*: futur. וַיַּעְפִּלוּ, *et impetuosè contenderunt*, Num. XIV. 44. R. Salomon, *obfirmarunt, extulerunt animum suum, elato animo contenderunt*. Pyh. præterit. עֻפְּלָה, *effert se, elata est*, Hab. II. 4.

עֳפָלִים, m. p. *hæmorrhoides: mariscæ,* Deut. XXVIII. 27. 1 Sam. V. et VI. propriè autem hæc vox est כִּנּוּי לְתַחְתּוֹנִיּוֹת, cognomen inferiorum partium corporis, quæ sic obscœnè Hebræis ab elevatis clunibus appellantur. Prisci ergo Hebræi pro ea substituerunt aliam pronunciatu honestiorem, nempe טְחֹרִים, quæ propriè morbum ani denotat, scribit Kimchi in lib. Radicum et in Commentariis. R. Levi notat: טְחֹרִים est morbus gravissimus, in quo egreditur sanguis multus, maximè verò, quando extraordinariè à Deo immissus est. A Talmudicis itaque hæc vox inter eas etiam relata est, quæ honestatis causâ correctæ sunt, Codice Megilla, cap. III. in fine: vide et in שגל.

עָפָר m. *pulvis,* Genes. II. 7. constr. אֶת־עֲפַר הָאָרֶץ, *pulverem terræ,* Gen. XIII. 16. aff. אֶת־עֲפָרוֹ, *pulverem ejus,* Deut. IX. 21. plurale fœmin. constructum, עַפְרוֹת תֵּבֵל, *pulveres orbis habitabilis,* Proverb. VIII. 26.

עִפֵּר, Pih. *pulveravit, pulverem excitavit* vel *sparsit.* præt. וְעִפַּר בֶּעָפָר, *et pulverabat pulvere,* 2 Sam. XVI. 13. id est, pulverem spargebat.

עֹפֶר, m. *hinnulus,* Cant. II. 9. plur. עֳפָרִים, Cant. IV. 5.

עֹפֶרֶת, f. *plumbum,* quasi pulvereum seu terreum dictum, quòd magnam partem terrestrem habeat, Zach. V. 7. כַּעוֹפֶרֶת, *sicut plumbum,* Exod. XV. 10.

עֵץ masc. *lignum,* synecdochicè *arbor:* generale est, ac ad arbusta etiam et frutices transfertur, et quicquid altiùs excrescit et ramos producit: עֵץ, *arborem,* Gen. I. 11. aff. בְּעֵצוֹ, *in ligno suo,* Hos. IV. 12. עֵצְךָ, *arborem tuam,* Deut. XXVIII. 42. plur. עֵצִים, *ligna,* Levit. I. 7. construct. עֲצֵי עוֹלָה, *ligna holocausti,* Gen. XXII. 3. aff. וְאֶת־עֵצָיו, *et ligna ejus,* Levit. XIV. 45. fœm. עֵצָה, *lignum,* Jer. VI. 6.

עָצַב *doluit: dolore affecit, dolorem attulit:* præterit. עֲצָבוֹ, *dolore affecit eum,* 1 Reg. I. 6. part. præt. עֲצוּבַת רוּחַ, *dolore affecta, dolens animo,* Ies. LIV. 6. inf. לְבִלְתִּי עָצְבִּי, *ut non afficiat dolore me,* 1 Par. IV. 10. Niph. præt. נֶעְצַב, *dolore afficiebatur,* 1 Sam. XX. 34. futur. יֵעָצֵב, *dolore afficiatur,* 1 Sam. XX. 3. Pih. præteritum, וְעִצְּבוּ אֶת־רוּחַ קָדְשׁוֹ, *et dolore affecerunt Spiritum Sanctum ejus,* Ies. LXIII. 10. עִצְּבוּנִי, *dolore afficiunt me,* Job. X. 8. fut. יְעַצֵּבוּ, *dolorem afferunt,* Psalm. LVI. 6. Hiph. infin. לְהַעֲצִבָהּ, *idololatricum cultum exhibendo ei,* Jer. XLIV. 19. vel *idola effingendo, idolorum formam offerendo ei,* juxta R. Salomonem, significatione à nomine, quod idolum significat, deducta. futur. יַעֲצִיבוּהוּ, *dolore affecerunt eum,* Ps. LXXVIII. 40. Hithp. futur. וַיִּתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ, *et doluit apud animum suum,* Genes. VI. 6.

עֹצֶב, masc. *dolor, molestia,* Psalm. CXXXIX. 24. aff. מֵעָצְבְּךָ, *a dolore tuo,* Ies. XIV. 3. semel *idolum, terriculum,* sic dictum, quòd dolorem potius et terrorem affert conscientiis, quàm levamen: עָצְבִּי, *idolum meum,* Ies. XLVIII. 5.

עֶצֶב עָצָב, m. *dolor, labor, molestia: idolum, simulachrum,* ut Jer. XXII. 28. plur. הָעֲצָבִים, *dolorum,* Psalm. CXXVII. 2. aff. וַעֲצָבֶיךָ, *et labores tui,* id est, facultates labore partæ,

metonymicè, Prov. V. 10. et sic Ies. LVIII. 3.

עָצִיב, Chald. *dolens, tristis*, Dan. VI. 21.

עֲצַבִּים, m. p. *terricula, simulachra*, Hos. IV. 10. const. עַצַבֵּי, Psalm. CXXXV. 15. aff. אֶת־עֲצַבֵּיהֶם, *simulachra eorum*, Psal. CVI. 36.

עִצָּבוֹן, m. *dolor, labor:* בְּעִצָּבוֹן, *cum dolore*, Gen. III. 17. construct. וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ, *et de labore manuum nostrarum*, Gen. V. 29. aff. עִצְּבוֹנֵךְ, *dolorum tuum*, Gen. III. 16.

עַצֶּבֶת, f. *dolor, molestia*, Prov. X. 10. const. וּבְעַצְּבַת־לֵב, *et dolore cordis*, Prov. XV. 13. plur. cum aff. עַצְּבוֹתָם, *dolores eorum*, Ps. XVI. 4.

מַעֲצֵבָה, fœm. *dolor:* לְמַעֲצֵבָה תִּשְׁכָּבוּן, *in dolore decumbetis*, Ies. L. 11.

עצד מַעֲצָד, m. *ascia, securis*, Ies. XLIV. 12. בַּמַּעֲצָד, *cum securi*, Jerem. X. 3. Kimchi et R. Salomon *dolabrâ*.

עצה *claudere leviter, connivere:* part. עֹצֶה עֵינָיו, *connivens oculis suis*, Prov. XVI. 30.

עָצֶה, m. *spina dorsi*, Lev. III. 9.

עצל m. *piger:* לֵךְ אֶל־נְמָלָה עָצֵל, *abi ad formicam piger*, Proverb. VI. 6.

עַצְלָה f. *pigritia*, Prov. XIX. 15. duale, בַּעֲצַלְתַּיִם, *pigritiâ duplici*, id est, ambarum manuum, Eccles. X. 18. quasi בְּעַצְלוּת יָדַיִם.

עַצְלוּת, f. *pigritia*, Prov. XXXI. 27.

נֶעֱצַל, Niph. *pigrari, pigrum esse* vel *fieri*. fut. אַל־תֵּעָצְלוּ, *ne pigramini, pigri estote*, Jud. XVIII. 9.

עצם *roborari, corroborari, potentem esse* vel *fieri: invalescere, roborare se; multum, plurimum, numerosum esse;* et semel, *obstipare, claudere*. præter. וְעָצַם כֹּחוֹ, *et invalescet robur ejus*, Dan. VIII. 24. partic. præsens וְעֹצֵם עֵינָיו, *et obstipans oculos suos*, Ies. XXXIII. 15. infin. וּכְעָצְמוֹ, *et quum roboratus esset*, Dan. VIII. 8. Pih. עִצֵּם, *exossavit*, vel *ossa comminuit* aut *contrivit*, juxta Kimchium et R. Salom. præter. עִצְּמוֹ, *exossavit eum*, Jerem. L. 17. significatione ex nomine, quod *os* significat, deductâ. futur. וַיְעַצֵּם, *et obstipavit oculos eorum*, Ies. XXIX. 10. Hiph. futur. וַיַּעֲצִמֵהוּ, *et potentem effecit eum*, Ps. CV. 24.

עָצוּם, m. *robustus, validus, potens, numerosus:* עָצוּם מְאֹד, *numerosum valdè*, Num. XXXII. 1. וְעָצוּם, *et potentem*, Gen. XVIII. 18. plural. עֲצוּמִים, *robusti*, Prov. XVIII. 18. aff. בַּעֲצוּמָיו, *robustis suis*, sc. membris, Psalm. X. 10. fœmin. עֲצֻמוֹת, *robora:* aff. עֲצֻמוֹתֵיכֶם, *robora vestra*, Ies. XLI. 21.

עֹצֶם, m. *robur*, Deuter. VIII. 17. עָצְמִי, *robur meum, vis mea*, Psalm. CXXXIX. 15. fœmin. עָצְמָה, *robur*, Ies. XL. 29. constr. בְּעָצְמַת, *cum fortitudine incantatorum tuorum*, Ies. XLVII. 9.

עֶצֶם, c. sed fœm. sæpius, *os ossis* à robore: synecdochicè *corpus, substantia:* et inde quod Latini dicunt, *ipsemet, ipsummet, ille, ipse*, (ut apud Rabbinos, עַצְמִי, *ego ipse;* עַצְמְךָ, *tu ipse;* בְּעַצְמוֹ, *per seipsum*, etc.) עֶצֶם, *os*, Gen. II. 23. עַד־עֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה, *usque ad illum ipsum, hunc ipsum, huncmet diem*, Levit. XXIII. 14. בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ, *in illa ipsa, ipsâmet integritate sua*, Job. XXI. 23. וּכְעֶצֶם

הַשָּׁמַיִם, *et sicut ipsummet cœlum (puritate sua,)* Exod. XXIV. 10. aff. אֶל־עַצְמוֹ, *ad ossa ejus,* Job. II. 5. plur. עֲצָמִים, *ossa,* Ezech. XXIV. 4. affix. עֲצָמַי, *ossa mea,* Psalm. VI. 3. עֲצָמֵינוּ, *ossa nostra,* Ps. CXLI. 7. fœm. עַצְמוֹת, *ossa,* Prov. XIV. 30. constr. אֶת עַצְמוֹת, *cum ossibus prophetæ,* 2 Reg. XXIII. 18. affix. וְעַצְמֹתֶיךָ, *et ossa tua,* Ies. LVIII. 11.

תַּעֲצֻמוֹת, f. p. *vires,* Ps. LXVIII. 36.

עָצַר *clausit, conclusit, inclusit, occlusit: continuit, detinuit: cohibuit, coërcuit imperando, imperavit:* construitur cum accusat. et præposit. ב: præterit. עָצֹר עָצַר, *occludendo occluserat,* Genes. XX. 18. עָצוֹר בְּמִלִּין, *continere sermones quis possit,* Job. IV. 2. futur. יַעְצֹר, *imperium obtinebit,* 1 Sam. IX. 17. Niph. præter. נֶעֱצָרָה, *cohibita esset,* Num. XVI. 50. particip. נֶעֱצָר, *detentus,* 1 Sam. XXI. 7. infin. בְּהֵעָצֵר, *cùm clausum fuerit,* 1 Reg. VIII. 35. fut. וַתֵּעָצַר, *ut cohibeatur,* 2 Sam. XXIV. 21.

עֶצֶר, m. *imperium,* Jud. XVIII. 7.

עֹצֶר, masc. *occlusio, coarctatio:* Prov. XXX. 16. Ies. LIII. 8.

עֲצֶרֶת, עֲצָרָה, f. *interdictio, prohibitio, detentio: dies feriatus, feria, cœtus ferians.* Dicebatur de certis diebus, qualis fuit octavus in celebri tabernaculorum festo, Levit. XXIII. 36. et ultimus paschatis, Deut. XVI. 8. et aliæ feriæ ab Ecclesia indictæ, Joël. I. 4. 2 Reg. X. 20. plural. cum aff. בְּעַצְּרֹתֵיכֶם, *in festa aut ferias vestras,* Amos V. 21.

מַעְצוֹר, m. *prohibitio, impedimentum,* 1 Sam. XIV. 6.

מַעְצָר, masc. *coërcitio, imperium,* Prov. XXV. 28.

עָקֵב m. *calx, calcaneus, extremum pedis,* inde latè est, *finis, extremum, extremitas, extrema pars,* et adverbialiter, *extremò, in finem, tandem.* Kimchi addit, *merces,* quia extremum laboris est. Vide eum, Psalm. CXIX. 33. עָקֵב, *calcaneum,* Genes. III. 15. בַּעֲקֵב, *in calcaneo,* Genes. XXV. 26. aff. וְאֶת־עֲקֵבוֹ, *et calcem,* id est, *extremam partem ejus,* Jos. VIII. 13. plural. constr. עִקְּבֵי סוּס, *calces equi,* Genes. XLIX. 17. cum Dagesch euphonico: בְּעִקְּבֵי הַצֹּאן, *in vestigiis gregis,* Cant. I. 8. aff. עֲקֵבַי, *vestigiorum meorum,* Psalm. XLIX. 6. עֲקֵבַיִךְ, *calcanei tui, pedes tui,* synechdochicè, Jer. XIII. 22. fœm. plural. עִקְּבוֹת מְשִׁיחֶךָ, *vestigia Christi tui,* Ps. LXXXIX. 52. aff. וְעִקְּבוֹתֶיךָ, *et vestigia tua,* Psalm. LXXVII. 20.

עָקַב, *calcaneum tenuit* vel *apprehendit, calcaneo supposito pessumdedit, supplantavit, defraudavit, circumvenit.* præterit. עָקַב אֶת־אָחִיו, *calcaneum tenuit fratris sui,* Hos. XII. 4. infin. cum futur. עָקוֹב יַעְקֹב, *supplantando supplantat,* Jerem. IX. 4. וַיַּעְקְבֵנִי, *et supplantavit me,* Genes. XXVII. 36. Pih. עִקֵּב, *distulit ad extremum, retardavit,* idem quod עַכֵּב apud Chaldæos, et Rabbinos, unde efformatum, permutato כ in ק. futur. יְעַקְּבֵם, *differt illa,* Chald. יְעַכְּבִנּוּן, Job. XXXVII. 4.

עָקוֹב, m. *fraudulentum, pravum, perversum,* Jer. XVII. 9. Ies. XL. 4. hinc nomen Jacobi יַעֲקֹב, *fraudulentus, supplantator:* quòd in partu

calcem fratris tenuit, quasi ipsum in primogenitura supplantare volens, Genes. XXV. 26. fœm. עֲקֻבָּה, *vestigiata, calcaneata, plena vestigiis*, Hos. VI. 8.

עָקְבָּה, fœm. *fraus:* בְּעָקְבָּה, *per fraudem, fraudulenter*, 2 Reg. X. 19.

עֵקֶב, masc. *emolumentum, fructus, præmium, merces*, quia eo operis finis est. Sic τὸ τέλος, 1 Petr. I. 9. adverbialiter, *finaliter, ad extremum, in finem usque:* item, *pro, propter, quia, propterea quòd, eò quòd:* עֵקֶב רָב, *emolumentum magnum, merces magna*, Psal. XIX. 12. עֵקֶב עֲנָוָה, *præmium mansuetudinis*, Prov. XXII. 4. עֵקֶב שֹׁחַד, *pro munere, propter munera*, Ies. V. 23. עֵקֶב הָיְתָה, *quia fuit*, Num. XIV. 24. עֵקֶב אֲשֶׁר, *pro eò quòd, quandoquidem*, Gen. XXII. 18. עֵקֶב כִּי, *propterea quòd*, Amos IV. 12. עַל־עֵקֶב בָּשְׁתָּם, *pro mercede pudoris sui*, Psal. XL. 16. absolutè positum, עֵקֶב, *finaliter, in finem usque*, Psal. CXIX. 33, 112.

עָקַד *ligavit, colligavit*, propriè artus, ut oves quatuor pedibus colligari solent ad mactationem: futur. וַיַּעֲקֹד, *et colligavit (artubus,)* Genes. XXII. 9.

עָקֹד, m. *varium, maculosum*, propriè cruribus, ubi ligari solet pecus, scribit R. Salomon, Gen. XXX. 40. plural. עֲקֻדִּים, *varios*, ver. 39.

בֵּית־עֵקֶד, *beth-heked*, nomen proprium loci, à ligatione sic dicti, quòd ibi oves ad tonsuram ligare solerent, 2 Reg. X. 12.

עקה מַעֲקֶה, m. *lorica, loricatio, peribolus*, septum tectorum, Deuter. XXII. 8. tecta enim in Palæstina fuerunt plana in ædificiis, unde munimento egebant, ne quis decideret.

עקל מְעֻקָּל, *perversum, tortuosum, obtortum*, Hab. I. 4. est participium ex Pyhal.

עֲקַלָּתוֹן, masc. *tortuosus*, Iesaias XXVII. 1.

עֲקַלְקַלּוֹת, f. p. *tortuosa*, Jud. V. 6. aff. עֲקַלְקַלּוֹתָם, *in tortuosis viis suis*, Psal. CXXV. 5.

עָקַר *exstirpavit, eradicavit, enervavit:* infinit. עֵת לַעֲקוֹר, *tempus exstirpandi*, Eccl. III. 2. Niph. futur. תֵּעָקֵר, *exstirpabitur*, Soph. II. 4. Pih. אֶת־סוּסֵיהֶם עִקֵּר, *equos ipsorum enervavit: suffragines succidit*, Jos. XI. 9. עִקְּרוּ שׁוֹר, *exstirparunt, avulserunt murum*, juxta Ab. Esram, Gen. XLIX. 6. futurum, וַיְעַקֵּר, *et enervavit, suffragines succidit*, 1 Par. XVIII. 4. תְּעַקֵּר, *suffragines succides*, Jos. XI. 6. Chald. præterit. ex Ithpehal אֶתְעֲקַרוּ, *eradicata fuerunt*, Dan. VII. 8. scribitur cum ו ex forma pluralis masculini, sed legendum juxta Masorethas, אֶתְעֲקַרָה ex forma fœm.

עָקָר, m. et f. עֲקָרָה עֲקֶרֶת, *sterilis*, Deut. VII. 14. Psal. CXIII. 9. ex quibus virtus pariendi eradicata.

עֵקֶר, m. *stirps, indigena*, qui è familia peregrina ortus, alibi radices egit, et stirpem fecit, Lev. XXV. 47.

עִקַּר, m. Chald. *stirps, radix, fundamentum:* עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי, *stirpem radicum ejus*, Dan. IV. 12.

עַקְרָב m. *scorpio*, Deut. VIII. 15. plural. עַקְרַבִּים, *scorpiones*, Num. XXXIV. 4. ubi multis proprium nomen loci est: וְאֶל־עַקְרַבִּים, *et apud scorpiones*, Ezech. II. 6. בָּעַקְרַבִּים, *scorpionibus*, id est, flagellis aculeatis, 1 Reg. XII. 11. *baculi pleni spinis*, qui pungebant et dolorem afferebant gravissimum, scribit R. Levi.

עָקַשׁ *pervertit:* futur. וַיַּעְקְשֵׁנִי, *perverteret me,* Job. IX. 20. Pih. præterit. עִקְּשׁוּ, *pervertunt, depravant,* Ies. LIX. 8. particip. וּמְעַקֵּשׁ, *et pervertens vias suas,* Prov. X. 9. futur. יְעַקֵּשׁוּ, *pervertunt,* Mich. III. 9. Niph. particip. construct. וְנֶעְקַשׁ דְּרָכַיִם, *et perversus ambabus viis,* Prov. XXVIII. 18. id est, in utramque partem vel huc illuc se flectens, et opponitur integrè et rectâ viâ ambulanti.

עִקֵּשׁ, m. *perversus,* Psal. XVIII. 27. plur. עִקְּשִׁים, *perversi,* Prov. II. 15. constructum, עִקְּשֵׁי לֵב, *perversi animo,* Prov. XI. 20.

עִקְּשׁוּת, f. *perversitas,* Prov. IV. 24.

מַעֲקַשִּׁים, m. p. *perversitates,* Ies. XLII. 16.

עָרַב *miscuit, commiscuit,* unde ad varia transfertur: *negotiari: spondere, fidejubere,* et sic construitur cum accusativo et præpositionibus עַל, עִם et לְ: *oppignerare: amœnum, suave, gratum, jucundum, dulce esse,* et ita dativo jungitur: *pertexere: advesperascere, obtenebrari, obscurari,* in quibus omnibus quædam est commixtio. Sumtæ verò sunt quædam significationes ex nominibus derivatis. præter. עָרַב אֶת־הַנַּעַר, *spopondit pro hoc puero,* Genes. XLIV. 32. עָרַב אֶת־לִבּוֹ, *qui spondeat cum animo suo,* Jer. XXX. 21. אִם־עָרַבְתָּ לְרֵעֶךָ, *si spopondisti amico tuo,* Prov. VI. 1. לֹא עָרְבוּ לִי, *non sunt suavia mihi,* Jer. VI. 20. עָרְבָה כָּל־שִׂמְחָה, *obscurabitur omnis lætitia,* Ies. XXIV. 11. id est, occidet, abibit in tenebras, id est, luctum. particip. עֹרֵב עֲרֻבָּה, *spondens sponsionem,* Prov. XVII. 18. plur. אֲנַחְנוּ עֹרְבִים, *nos oppigneramus,* Nehem. V. 3. בְּעֹרְבִים מַשָּׁאוֹת, *inter spondentes pro debitis,* Prov. XXII. 26. construct. וְעֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ, *miscentes commercia tecum,* Ezech. XXVII. 27. et sic ver. 9. infinitiv. רָפָה הַיּוֹם לַעֲרֹב, *remittit ad vesperascendum,* Jud. XIX. 9. imper. עֲרֹב עַבְדְּךָ לְטוֹב, *sponde pro servo tuo in bonum,* Ps. CXIX. 122. R. Salomon, *esto fidejussor* vel *pignus pro me contra malum,* q. d. defende et libera me, ne mali me opprimant. Chald. part. ex Pyh. מְעָרַב, *mixtum,* Dan. II. 43. Hiph. infin. הַעֲרֵב, *vesperascendo,* 1 Sam. XVII. 16. id est, *vespere,* infinitivus loco adverbii, ut Kimchi in Comment. notat. Hithp. imperat. הִתְעָרֶב נָא, *sponde nunc, sponsionem fac,* juxta Hebræos communiter, 2 Reg. XVIII. 23. quidam, misce te bello cum, etc. futurum, לֹא יִתְעָרַב, *non miscebitur, immiscebit se,* Proverb. XIV. 10. Chald. part. מִתְעָרַב, *commixtum,* et plural. מִתְעָרְבִין, *commixta,* Dan. II. 43.

עָרֵב, m. *suavis, dulcis,* Cant. II. 14. Prov. XX. 17.

עֵרֶב, m. *miscellanea turba,* Exod. XII. 38. Nehem. XIII. 3. item *trama, subtegmen,* Levit. XIII. 52. q. mixturam dicas, quòd stamini ex transverso intexitur et immiscetur.

עֶרֶב, m. *vesper, vespera,* Gen. I. 5. sic dicta, quòd tunc lux tenebris commisceri incipiat. Semel fœmininum, עַד־הָעֶרֶב הַשְּׁלִשִׁית, *usque ad vesperam tertiam,* 1 Sam. XX. 5. id est, usque ad tempus vespertinum diei tertii, ut Chaldæus explicat, et Kimchi illic dicit, adjectivum fœmininum שְׁלִישִׁית respectum habere ad nomen subauditum עֵת. item, *miscellanea turba,* mixtura variorum populorum, Jer. XXV. 20, 24. ubi Kimchi scribit, Arabes vagos et mistos יוֹשְׁבֵי אֹהָלִים, *inhabitantes ta-*

bernacula, intelligi, qui ob id Plinio dicuntur Scenitæ: item Jer. L. 37. plurale fœm. עֲרָבוֹת, *vesperæ,* Jer. V. 6. duale בֵּין הָעַרְבַּיִם, *inter duas vesperas,* Exod. XII. 6. id est, ut Kimchi in libro Radicum scribit, a tempore inclinationis solis ad occidentem, quod est à sexta hora et ulteriùs usque ad noctem. Dicit autem עַרְבַּיִם, quod notat *duas vesperas.* Nam à tempore, quando sol incipit declinare, ea est vespera una: post occasum solis est vespera altera. Inter hoc tempus est illud, de quo dicitur בֵּין הָעַרְבַּיִם. Per sextam hîc non intelligitur nostra sexta vespertina, sed sexta diei Judaici, id est, ipsa meridies. Dies enim in duodecim horas erat divisus, Joh. XI. 9. hæc latiùs explicanda. Jusserat Deus agnum paschalem mactari inter duas vesperas, Exod. VI. jusserat etiam agnos duos quotidie offerri in sacrificium juge et quotidianum, unum mane, alterum vespere seu inter duas vesperas, Num. XXVIII. ergo vesperâ paschatis duo erant mactandi. Agnus paschalis illum sequebatur nam ordinario non debebat accidentarium præferri. De agno paschali traditio priscorum legitur: si juguletur, pæsach ante meridiem, prophanum et illegitimum est, propterea quòd dicitur: et jugulabunt eum inter duas vesperas, Exod. XII. 6. ante sacrificium juge vespertinum, rectum est, maximè si quis misceat sanguinem agni, (ne scil. condensetur) usque dum sparsus fuerit sanguinis sacrificii jugis, et postea ipse quoque spargatur, tum rectum est: tractatu Thalmudico פסחים, *de Paschate,* cap. 5. fol. 6. de agno sacrificii jugis sive quotidiani traditio est, in eodem capite, in initio, his verbis: tamid sive juge sacrificium agni, jugulabatur horâ octavâ et dimidiâ (id est, inter secundam et tertiam) et offerebatur horâ nonâ et dimidiâ (inter tertiam et quartam.) Vesperâ paschatis, mactabatur septimâ et dimidiâ (inter primam et secundam) et offerebatur octavâ et dimidiâ, (mediâ ad tertiam) quòd si vespera paschatis incideret in vesperam sabbathi, mactabatur sextâ et dimidiâ, (inter duodecimam et primam) et offerebatur septimâ et dimidiâ, (mediâ ad secundam) et postea pæsach. Hæc traditio, explicant et complent eam doctores in Gemara hoc modo: unde hæc probantur? ex eo quod dicit Scriptura, agnum unum parabis mane, et agnum alterum parabis inter duas vesperas, Num. XXVIII. 4. dividit illud tempus in duas vesperas, ut duæ horæ cum dimidia sint hinc, et totidem illinc, et hora una ad parandum eum. Quæsivit quidam, quare vesperâ paschatis anticipamus horâ unâ? respondit Rabba: lex sacrificii jugis propriè est, à quo se inclinare incipiunt umbræ vesperæ. Quare id? ex eo quod dicit Scriptura, inter duas vesperas, id est, מעידנא דמתחיל שמשא למערב, *a tempore quo incipit sol occumbere.* at vesperâ paschatis, quando agnus paschatis post tamid seu agnum quotidianum mactandus est, anticipamus horâ unâ quòd si vespera paschatis incidat in vesperam sabbathi, ne assatura agni paschalis attingat sabbathum, ulterius horâ unâ anticipamus, mactando eum sextâ et dimidiâ. Hactenus Gemara, unde satis liquet, quæ priscorum de hoc vespertino tempore sententia fuerit. Glossa R. Salomonis in hunc textum illustris est: omnes sex horæ pomeridianæ rectæ sunt, ex quo scilicet incipiunt inclinare umbræ vespertinæ, quod fit à media septima et ulteriùs quò sol vergit ad occidentem et umbra ad orientem, ut cùm homo stat ex opposito solis, umbra ejus spargitur versùs orientem, sed à dimidia sexta ad dimidiam septimam, sol consistit in medio firmamenti, et umbra in nullam partem declinat, sed rectâ deorsum sub ho-

minem. Hæc ibi. Omnino ergo per sextam, tam in Kimchio, quàm aliis, intelligenda ipsa meridies, et sic reliquæ horæ, calculo diei Judaici, in duodecim horas olim divisi; Majemon, tractatu תָּמִיד, *de Sacrificio Jugi*, cap. 1. in eandem sententiam scribit: sacrificium juge duarum vesperarum jugulant, ex quo prolongari incipit umbra, et quum omnibus apparet, umbram prolongari, nempe à sexta hora et dimidia, et inde usque ad finem diei. Vide eundem de Sacrificio Pesach cap. 1. et in tract. תְּפִלָּה, *de Precibus*, cap. 3. Aruch in פֶּלֶג.

עָרֹב m. *colluvies, mixtura* insectorum vel variorum animalium, Exod. VIII. 25.

עֹרֵב, m. *corvus*, Gen. VIII. 7. plur. וְאֶת־הָעֹרְבִים, *et corvis præcepi*, 1 Reg. XVII. 4. constr. עֹרְבֵי־נַחַל, *corvi torrentis*, Prov. XXX. 17.

עֲרָב m. *Arabia*, 2 Par. IX. 14. sic dicta à mixtis populis, vel quòd quasi solitudo et deserta regio esset, ex significatione nominis עֲרָבָה quod mox sequitur: et in Pathach עֲרַב, Ezech. XXVII. 21. הָעַרְבִי, *Arabs*, Nehem. II. 19. plural. וְהָעַרְבִים, *et Arabum*, 2 Par. XXI. 16. et cum epenthesi א, וְהָעַרְבִיאִים, 2 Paral. XVII. 11. Ezech. XXVII. 21.

עֲרָבָה, f. *campestris locus, campestria*, Job. XXIV. 5. item *solitudo, desertus locus*, Jer. L. 12. כָּעֲרָבָה, *sicut solitudo*, Ies. XXXIII. 9. cum ה locali, הָעֲרָבָתָה, *versùs campestria*, Jos. XVIII. 18. quibusdam est proprium nomen loci: pluraliter *cœli:* לָרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת, *equitanti super cœlos*, Psalm. LXVIII. 5. juxta Ab. Esram, et explicat per ver. 34. ubi dicitur, לָרֹכֵב בִּשְׁמֵי שְׁמֵי קֶדֶם, *qui insidet cœlis cœlorum antiquorum.* R. Mosche dixit, sic appellari cœlum, quòd latum et extensum sit instar loci campestris: Majemon in More, parte 1. cap. 70. et Kimchi in Comment. accipiunt de cœlo supremo Dei sede, ubi amœnitas et suavitas perfectissima. R. Elieser in capitulis suis scribit: septem firmamenta creavit Deus, ex quibus non elegit thronum gloriosum regale, nisi hoc quod dicitur עֲרָבוֹת. constr. עַרְבוֹת, *campestria (Jericho,)* Jos. IV. 13. et transpositis literis, בְּעַבְרוֹת הַמִּדְבָּר, *in campestribus deserti*, 2 Sam. XV. 28. quod legendum juxta Masorethas בְּעַרְבוֹת.

עֲרֻבָּה, f. *sponsio*, Prov. XVII. 18. item, *arrha, pignus:* affix. וְאֶת־עֲרֻבָּתָם, *et arrham eorum*, 1 Sam. XVII. 18.

עֲרָבִים, m. p. *salices*, Psalmus CXXXVII. 2. ab amœnitate, quòd inter prima virescentia sunt, vel quòd campestribus locis gaudent: construct. וְעַרְבֵי־נָחַל, *et salices torrentis*, Lev. XXIII. 40.

עֵרָבוֹן, m. *arrha, pignus, arrhabo*, Gen. XXXVIII. 17.

מַעֲרָב, m. *occidens*, Dan. VIII. 5. dicta quasi vespertina, quòd sole illic occidente vespera fiat: aut שהצורות מתערבות באותה שעה, *quòd rerum formæ eo tempore commiscentur:* cum ה locali מַעֲרָבָה, *occidentem versus*, 1 Par. XXVI. 30 et fœmin. וּמִמַּעֲרָבָה, *et ab occidente*, Ies. XLV. 6. item *commercium, negotiatio:* aff. מַעֲרָבֵךְ, *negotiationem tuam*, Ezech. XXVII. 27. et ver. 19. plur. וּמַעֲרָבַיִךְ, *et commerciorum tuorum*, ver. 33.

תַּעֲרֻבוֹת, f. p. *sponsiones:* וְאֵת־בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת, *etiam filiis fidejussionum*, 2 Reg. XIV. 14. id est, obsidibus.

עָרַג *glocitavit:* verbum cervorum proprium: futur. כְּאַיָּל תַּעֲרֹג, *sicut cervus glocitat,* Psalm. XLII. 2. inde et aliis animalibus tribuitur: etiam bestiarum agri quælibet תַּעֲרֹג אֵלֶיךָ, *glocitabit ad te,* Joël. I. 20. id est, vociferabitur, mugiet.

עֲרוּגָה, f. *areola:* constr. כַּעֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם, *ut areola aromatica,* Cant. V. 13. plural. עַל־עֲרֻגֹת צִמְחָהּ, *cum areolis germinationis suæ (siccabitur,)* Ezech. XVII. 10.

ערד עָרוֹד, masc. *onager,* Job. XXXIX. 5. plural. Chald. וְעִם־עֲרָדַיָּא, *et cum onagris (habitatio ejus,)* Dan. V. 21.

עָרָה *nudari:* infinit. irregularis, וְעֹרָה, *et nudari,* Ies. XXXII. 11. pro לְעָרוֹת, *nudandum est.* Est autem infinitivus loco imperativi, *nudamini, nudate vos,* et formam habet a vicino verbo עוּר, vel est per transpositionem vocalium pro עָרָה: vide simile in רגז. Niph. נֶעֱרָה, *nudari, evacuari, effundi:* effusione enim vas quasi nudatur. futur. עַד־יֵעָרֶה, *donec effundatur,* Ies. XXXII. 15. et anomalum תֵּעוֹר, *nudabitur,* Hab. III. 9. formâ ab עוּר mutuatâ. Pih. עֵרָה, *nudavit, evacuavit, deplevit, effudit:* præterit. עֵרָה מָגֵן, *nudat clypeum,* Ies. XXII. 6. infinit. עָרוֹת, *nudando,* Hab. III. 13. imper. עָרוּ, *nudate,* Psalm. CXXXVII. 7. futur. יְעָרֶה, *nudabit,* Ies. III. 17. per apocopam, אַל־תְּעַר, *ne nudes,* Psalm. CXLI. 8. pro תְּעָרֶה: sic וַתְּעַר, *et deplevit,* Gen. XXIV. 20. וַיְעָרוּ, *et evacuarunt,* 2 Par. XXIV. 11. Hiph. præter. הֶעֱרָה, *effundit (in mortem animam suam,)* Ies. LIII. 12. *nudavit,* Levit. XX. 18. Hithp. particip. מִתְעָרֶה, *diffundens, explicans se, virescens,* Psal. XXXVII. 35. futur. תִּתְעָרִי, *nudabis te,* Thren. IV. 21. et geminatis duabus literis, תִּתְעַרְעַר, *nudabitur,* Jer. LI. 58.

עֶרְוָה, f. *nuditas, nudatio: verenda, pudenda, turpitudo, probrum:* nuditas corporis humani propalam turpis et pudenda censetur, maximè partium genitalium, quas natura tectas voluit: בְּשַׂר עֶרְוָה, *carnem nuditatis,* Exod. XXVIII. 42. id est, pudenda: construct. עֶרְוַת אָבִיו, *verenda patris sui,* Gen. IX. 22. aff. עֶרְוָתוֹ, *nuditatem ejus,* Levit. XX. 17. Chald. וְעַרְוַת מַלְכָּא, *et nudationem regis,* Esr. IV. 14 ut tributo suo nudetur et spolietur: vel, probrum regis, quod accidet, si subditi tributum denegent.

עֶרְיָה, f. *retectio,* vel adjectivè, *retecta, nudata,* Ezech. XVI. 7. Mich. I. 11. vel accipiendum pro בְּעֶרְיָה.

עוֹר, m. *cutis, pellis,* à nuditate sic dicta, Genes. III. 21. aff. וְאֶת־עֹרוֹ, *et pellem ejus,* Levit. VIII. 17. עוֹרִי, *pellem meam,* Job. XIX. 26. juxta Hebræos: plur. עוֹרֵנוּ, *pelles nostræ,* Thren. V. 10. cum defectu י in medio. Et fœmin. עֹרֹת, Exod. XXVI. 14. aff. עֹרֹתָם, *pelles eorum,* Levit. XVI. 27.

עָרוֹת, f. p. *papyri,* juxta quosdam, Ies. XIX. 7. quasi pelliculæ dictæ: nam in prætenues, et multiplices membranulas acu dividebantur, ut docet Plin. lib. XIII. cap. 11. Hebræi *virentia, gramineta,* explicant.

עַרְעָר, masc. *nudatissimus,* juxta quosdam: aliis *myrica,* virgultum tenue, humile, fragile: פָּנָה אֶל־תְּפִלַּת הָעַרְעָר, *respexit ad orationem*

nudatissimi, Psalm. CII. 18. id est, omni ope destituti, derelicti ab omnibus· R. Salomon, *vociferantis, clamantis*, ex significatione יְעֹעֵרוּ, *vociferantur*, Ies. XV. 5. Ab. Esra, ad precationem populi qui est veluti myrica solitudinis, ut in sequenti loco, כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה, *ut myrica solitudinis*, Jer. XVII. 6. vel, ut locus nudatus deserti: in quo scil. nihil crescit: R. Salomon, *ut arbor solitaria*, quasi ab עֲרִירִי, vel *ut locus vastus*. Sic juxta quosdam, כַּעֲרוֹעֵר בַּמִּדְבָּר, *sicut arbor nuda in deserto*, Jer. XLVIII. 6. aliâs, *Aroër*, est proprium nomen loci.

מַעַר, m. *nuditas*: כְּמַעַר אִישׁ, *secundum nuditatem cujusque*, id est, spatium nudum et vacuum, 1 Reg. VII. 36. Kimchi, *secundum adhæsionem cujusque*, prout unum alteri adhærebat et conjunctum erat, et sic verbum in Pihel pro *adhærere* quidam exponunt: quidam *cœlaturam* vertunt, quod cœlando et exsculpendo res antea tecta denudetur et retegatur.

מַעֲרֶה, masc. *nuditas, denudatio*: constr. מִמַּעֲרֵה, *post denudationem* (*Gibha*,) id est, postquam urbs Gibhea præsidio denudata esset, Jud. XX. 33. R. Levi, *ex valle* seu *spelunca*, quasi idem sit cum sequenti nomine.

מְעָרָה, f. *spelunca, fossa*, quasi locum nudum et evacuatum dicas, 1 Sam. XXIV. 4. constr. הַמְעָרַת פָּרִצִים, *an spelunca latronum*, Jer. VII. 11. plur. מְעָרוֹת, *speluncæ*, Ies. XXXII. 14. cujus thema quidam faciunt inusitatum מער·

מְעוֹרִים, m. p. *nuditates*: affix. מְעוֹרֵיהֶם, *nuditates eorum*, Hab. II. 15. quod formam ab עור habet.

עָרַךְ *ordinavit, disposuit, aptavit, struxit, instruxit*: *æstimavit, taxavit, comparavit, æquiparavit, par æstimatus fuit*: præter. עָרַךְ אֵלַי, *disposuit mihi*, Job. XXXII. 14. וְעָרַכְתָּ אֶת־עֶרְכּוֹ, *et ordinabis ordinationem ejus*, Ex. XL. 4. etc. Hiph. præt. הֶעֱרִיךְ אֶת הָאָרֶץ, *taxabat terram*, 2 Reg. XXIII. 35. וְהֶעֱרִיךְ אֹתוֹ, *et æstimet eum*, Levit. XXVII. 8. futur. יַעֲרִיךְ אֹתוֹ, *æstimabit eam*, Lev. XXVII. 14.

עֵרֶךְ, m. *instructio, dispositio, æstimatio*: affix. וְחִין עֶרְכּוֹ, *et gratiam dispositionis ejus*, Job. XLI. 4. עֶרְכְּךָ, *æstimatio tua*, Lev. XXVII. 16.

מַעֲרָכָה, fœm. *ordo, aptatio, acies, strues*: נֵרוֹת הַמַּעֲרָכָה, *lucernas aptationis*, Ex. XXXIX. 37. מֵהַמַּעֲרָכָה *ex ipsa acie*, 1 Sam. IV. 12. plural. מַעֲרָכוֹת, *ordines*, Levit. XXIV. 6. constr. מַעַרְכוֹת, *acies* (*Dei viventis*,) 1 Sam. XVII. 26.

מַעֲרֶכֶת, f. *ordo, dispositio*, Levit. XXIV. 7. plural. mascul. construct. מַעַרְכֵי־לֵב, *dispositionis cordis*, Prov. XVI. 1.

עָרַל *præputiatum, obthuratum habuit* vel *censuit*, juxta Hebræos, qui per אָטַם exponunt, vel *præputium abstulit*, quasi depræputiare dicas, præterit. וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ, *et obthurabitis obthurationem ejus*, Lev. XIX. 23. juxta R. Salomonem, id est, arborem impuram et fructus ejus pollutos et abominabiles censebitis, sicut præputium seu cutis obthurans membrum virile. Vel, *depræputiabitis*, id est, auferetis præputium ejus, id est, fructus seu impuros decutietis, ut Chaldaicè, תְּרַחֲקוּן רַחָקָא יַת אִבֵּיהּ, *removendo removebitis fructus ejus*, id est, abjicietis tanquam immundos. Niph. imper. הֵעָרֵל, *præputium retege, præputiatum te ostende, pudendis nuda te*, ut ebrii solent, Hab. II. 16. juxta Ab. Esram: R.

Salomon reddit, *obthurator stupore cordis.*

עָרֵל, m. *præputiatus, incircumcisus, obthuratus,* cujus membrum genitale obducto præputio obthuratum est, Exod. XII. 48. construct. עֲרַל שְׂפָתַיִם, *obthuratus, præputiatus labiis,* Exod. VI. 12. plural. עֲרֵלִים, *præputiati,* Lev. XIX. 23. construct. עַרְלֵי לֵב, *præputiati corde,* Jer. IX. 25. fœmin. עֲרֵלָה, *præputiata,* Jer. VI. 10.

עָרֵל, mascul. *præputiatus,* Ezech. XLIV. 9.

עָרְלָה, fœmin. *præputium,* Genes. XXXIV. 14. const. עָרְלַת בְּנוֹ, *præputium filii ejus,* Exod. IV. 25. affix. עָרְלָתָם, *præputii sui,* Genes. XVII. 27. plur. עֲרָלוֹת, 1 Sam. XVIII. 25. affix. עָרְלֹתֵיהֶם, *præputia eorum,* ver. 27.

עָרַם *calliditate, astu usus fuit:* infinitiv. עָרוֹם, *astu utendo,* 1 Sam. XXIII. 22. Niph. נֶעֱרַם, *coacervari:* præter. נֶעֶרְמוּ מַיִם, *coacervatæ sunt aquæ,* Exod. XV. 8. Hiph. futur. יַעְרִם, *astutè aget, astutus fiet,* Prov. XIX. 25.

עָרוּם, masc. *astutus,* Gen. III. 1. plur. עֲרוּמִים, Job. XV. 5.

עָרֹם, עָרוֹם, masc. *nudus,* Ies. LVIII. 7. plur. עֲרוּמִּים, *nudi,* Gen. II. 25. fœm. עֲרֻמָּה, *nuda,* Hos. II. 3.

עֵירֹם, masc. *nudus,* Gen. III. 10. *nuditas:* Deut. XXVIII. 48. plural. עֵירֻמִּים, *nudi,* Gen. III. 7.

עָרְמָה, f. *astutia,* Prov. I. 4. affix. בְּעָרְמָם, *in astutiâ ipsorum,* Job. V. 13. contractè pro בְּעָרְמָתָם cui simile vide in פֶּחָה.

עֲרֵמָה, f. *acervus,* Ruth. III. 7 construct. עֲרֵמַת חִטִּים, *acervus triticorum,* Cant. VII. 2. plur. עֲרֵמוֹת, *acervi,* 2 Par. XXXI. 6. et masculinum, עֲרֵמִים, *acervi,* Jer. L. 26.

מַעֲרֻמִּים, masc. plur. *nudi:* affix. מַעֲרֻמֵּיהֶם, *nudos eorum,* 2 Paral. XXVIII. 15.

*עַרְמוֹן, m. *platanus* arbor: Hebræis, *castanea* arbor, Genes. XXX. 37. plur. עַרְמֹנִים, *castaneæ,* Ezech XXXI. 8.

ערס עֲרִיסוֹת, f. p. *massæ,* farinæ scil. aqua conspersæ: affix. עֲרִיסֹתֵיכֶם, *massarum vestrarum,* Num. XV. 20.

פָּעַר *aperuit, distendit*, et ori peculiariter tribuitur: præterit. פִּי פָּעַרְתִּי, *os meum distendi*, Psalm. CXIX. 131. פָּעֲרוּ, *distenderunt contra me*, בְּפִיהֶם, *ore suo*, id est, os suum, Job. XVI. 10. et ב redundat, vide Job. XXIX. 23. Ies. V. 14.

פָּצָה *aperuit, pandit, dilatavit:* et ex usu Chaldaico *liberavit:* præt. פָּצִיתָה אֶת־פִּיךָ, *pandisti os tuum*, Jud. XI. 36. פָּצְתָה אֶת־פִּיהָ, *aperuit os suum*, Gen. IV. 11. particip. הַפּוֹצֶה, *qui liberat* (*Davidem*,) Psal. CXLIV. 10. Jonathan פְּצֵי. imperat. פְּצֵנִי, *libera me*, ver. 11. Jon. פְּצִי יָתִי.

פָּצַח *fragorem, sonum edidit, personuit:* præter. פָּצְחוּ רִנָּה, *fragorem edunt cantu*, Iesaias XIV. 7. imper. פִּצְחוּ, *fragorem edite montes cantu*, Ies. XLIV. 23. Pih. פִּצֵּחַ, *diffregit*, propriè cum fragore et sonitu. præt. עַצְמֹתֵיהֶם פִּצֵּחוּ, *ossa eorum diffringunt*, Mich. III. 3.

פִּצֵּל Pih. *decorticavit:* præter. פִּצֵּל, Gen. XXX. 38. futur. וַיְפַצֵּל בָּהֵן, *et decorticavit in eis*, ver. 37.

פְּצָלוֹת, f. p. *decorticationes, cortices*, Gen. XXX. 37.

פָּצַם *diffregit:* præt. פְּצַמְתָּהּ, *diffregisti eam*, Psalm. LX. 4. sic in Targum פְּצִים לֵיהּ חַרְכִּין, *et perfregit sibi fenestras*, Jer. XXII. 14.

פָּצַע *vulneravit:* præt. פְּצָעוּנִי, *vulnerarunt me*, Cant. V. 7. particip. præter. פְּצוּעַ דַּכָּה, *vulneratus contusione*, Deuter. XXIII. 2. infin. וּפָצֹעַ, *et vulnerando*, 1 Reg. XX. 37.

פֶּצַע, m. *vulnus,* Exod. XXI 25. לְפִצְעִי, *ad vulnus meum,* Genes. IV. 23. plural. פְּצָעִים, *vulnera,* Prov. XXIII. 29. construct. פִּצְעֵי, Prov. XXVII. 6. affix. פְּצָעַי, *vulnera mea,* Job. IX. 17.

פָּצַר *institit:* construitur cum præpos. ב. futurum וַיִּפְצַר־בָּם, *et institit apud eos,* Genes. XIX. 3. וַיִּפְצְרוּ־בוֹ, *et institerunt in eum,* ver. 9. Hiph. infin. loco nominis, הַפְצַר, *instare,* pro instantia, repugnantia, resistentia, 1 Sam. XV. 23.

פְּצִירָה, f. *lima,* 1 Sam. XIII. 21. ab insistendo.

פָּקַד *visitavit,* tam conferendi boni, quàm inferendi denunciati mali causâ. Inde latissimè sumitur, pro, *invisit, revisit, recognovit, rationem habuit: animadvertit: numeravit, recensuit, lustravit: præfecit: commisit, deposuit: requisivit, desideravit,* de defectu usurarum, *defuit.* Constructionis ratio sæpè significata distinguit. Construitur autem cum accusativo et præpositione עַל, אֶל, ל, ב. præt. פָּקַד, *visitavit (Saram,)* Gen. XXI. 1. מִי פָקַד עָלָיו, *quis commisit ipsi viam ejus?* vel quis præstituit, præscripsit, Job. XXXVI. 23. וְהוּא פָקַד עָלַי, *et ipse commisit mihi,* 2 Par. XXXVI. 23. וּפָקַדְתִּי, *et animadvertam,* Jerem. XLIV. 13. אֲשֶׁר פָּקְדוּ, *qui numerarent,* Numer. XXVI. 64. לֹא פָקָדוּ, *non desiderabunt,* Iesaias XXXIV. 16. וּפָקְדוּ, *et præficient,* Deut. XX. 9. פְּקַדְנוּ, *desideravimus,* 1 Sam. XXV. 15. etc. Niph. præter. לֹא נִפְקַד, *non deest ex nobis,* Numer. XXXI. 49. וְנִפְקַדְתָּ, *et desideraberis,* 1 Sam. XX. 18. infinit. הִפָּקֵד יִפָּקֵד, *desiderando desiderabitur,* 1 Reg. XX. 39. futurum, יִפָּקֵד, *visitabitur, animadvertetur,* Numer. XVI. 29. וַיִּפָּקְדוּ, *et recensiti fuerunt,* Nehem. VII. 1. item *præfecti fuerunt,* Neh. XII. 44. Pih. particip. מְפַקֵּד, *lustrat,* Ies. XIII. 4. Pyh. præt. פֻּקַּד, *numeratum est,* Exod. XXXVIII. 21. פֻּקַּדְתִּי, *fit ut desiderem, carere factus sum,* id est, privatus, Ies. XXXVIII. 10. Hiph. præterit. הִפְקִיד אֹתוֹ, *præfecit eum,* Genes. XXXIX. 5. הִפְקַדְתּוֹ, *præfecisti eum,* 1 Samuel. XXIX. 4. imperat. הַפְקֵד, *præfice levitas,* Num. I. 50. fut. אַפְקִיד, *deponam spiritum meum,* Psal. XXXI. 6. וַיַּפְקִדוּ, *ut committerent,* vel *deponerent,* Jer. XXXVII. 21. Hoph. præter. אֲשֶׁר הָפְקַד, *quod depositum fuerat,* Lev. V. 23. item, visitata est, vel visitabitur, Jerem. VI. 6 partic. præterit. מֻפְקָדִים, *præfecti,* 2 Paral. XXXIV. 12. Hithp. præt. הִתְפָּקְדוּ, *recensiti sunt,* Jud. XX. 15. et forma compositâ ex Hophal et Hithpahel, הָתְפָּקְדוּ, *recensiti sunt,* Num. I. 47. futur. וַיִּתְפָּקֵד, *et numeravit* vel *recensuit se,* Jud. XXI. 9. וַיִּתְפָּקְדוּ, *et numerati sunt,* Jud. XX. 15. ubique in medio Kametz contra normam.

פָּקִיד, m. *præfectus,* 2 Reg. XXV. 19. const. וּפְקִיד, *et præfectus (Levitarum,)* Neh. XI. 22. aff. פְּקִידוֹ, *præfectus ejus,* Jud. IX. 28. plural. פְּקִדִים, *præfecti,* Genes. XLI. 34. cum defectu י: et plenum, פְּקִידִים, Esth. II. 3.

פְּקֻדָּה, f. *præfectura; visitatio, animadversio: recensio, depositum:* לְיוֹם פְּקֻדָּה, *die visitationis,* Ies. X. 3. לִפְקֻדָּה, *in recensionem,* 1 Paral. XXIII. 11. construct. פְּקֻדַּת, *præfectura custodum,* Num. III. 32. aff.

פְּקֻדָּתוֹ, *præfecturam ejus*, Psalm. CIX. 8. plural. פְּקֻדּוֹת, *præfecturæ*, 2 Par. XXIII. 11.

פִּקּוּדִים, m. p. *mandata, commissa, commissiones*, ut vulgò loquuntur: constr. פִּקּוּדֵי, *mandata (Domini,)* Ps. XIX. 9. aff. פִּקֻּדָיו, *mandata ejus*, Psal. CXI. 7.

פִּקָּדוֹן, m. *depositum*, Lev. V. 23.

פְּקִדֻת, fœm. *præfectura*, Jerem. XXXVII. 13.

מִפְקָד, m. *mandatum, præfectura, census*, Neh. V. 31. constr. מִפְקַד־הָעָם, *census populi*, 2 Sam. XXIV. 9. בְּמִפְקַד הַבַּיִת, *in loco constituto et destinato domus*, Ezech. XLIII. 21.

פָּקַח *aperuit:* præt. עֵינָיו פָּקַח, *oculos suos aperuit*, Job. XXVII. 19. participium, פֹּקֵחַ עִוְרִים, *aperiens cæcos*, id est, oculos cœcorum, Psal. CXLVI. 8. Niph. præterit. וְנִפְקְחוּ, *et aperient se oculi vestri*, Gen. III. 5. fut. תִּפָּקַחְנָה, *aperientur oculi cæcorum*, Ies. XXXV. 5.

פִּקֵּחַ, m. *apertus*, scil. oculis, hoc est, *videns*, Exod. IV. 11. plural. הַשֹּׁחַד יְעַוֵּר פִּקְחִים, *munus excæcat videntes*, Exod. XXIII. 8.

פְּקַח־קוֹחַ, m. *omnimoda apertio*, Ies. LXI. 1. scribitur ut duæ dictiones, sed est tantùm una, constans ex geminatis duabus radicalibus literis, quo gemina, id est, omnimoda apertio denotatur, juxta Aben Esram. R. Salom. vult קוֹחַ esse nomen separatum, *carcer, captura*, à לָקַח.

פקע פְּקָעִים, m. p. *colocynthidæ*, cucurbitæ sylvestres; vel *fungi*, 1 Reg. VI. 18.

פַּקֻּעֹת, f. p. idem, 2 Reg. IV. 39.

פַּר m. *juvencus*, Exod. XXIX. 1. plur. פָּרִים, *juvenci*, Ex. XXIV. 5. aff. פָּרֶיהָ, *juvencos ejus*, Jer. L. 27.

פָּרָה, f. *juvenca, junix, vacca:* פָּרָה אֲדֻמָּה, *junicem rufam*, Num. XIX. 2. plur. פָּרוֹת, *vaccæ*, Genes. XXXII. 15.

פֶּרֶא m. *onager*, Job. VI. 5. פֶּרֶא אָדָם, *onager homo*, Gen. XVI. 12. id est, ferus homo. Et cum ה vice א, פֶּרֶה, *onager*, Jerem. II. 24. ubi pro fœmina usurpatur: plural. פְּרָאִים, *onagri*, Job. XXIV. 5. יַפְרִיא vide in פָּרָה.

פַּרְבָּר m. *pars exterior*, forâs spectans, 1 Par. XXVI. 18. vox ut videtur Chaldæa, composita ex פְּרַר, *divisit*, vel פְּרִיר, *frustum, pars*, et בַּר, *extra*. Veteres exposuerunt כְּלַפֵּי בַּר, *foras versùs*, Cod. Zevachim cap. 5. fol. 55. quidam retinent vocem Hebræam, quasi nomen proprium: quidam *cellulam* interpretantur.

פָּרַד *separavit, disjunxit:* part. Pahul פְּרֻדוֹת, *separatæ*, id est, exporrectæ, expansæ, Ezech. I. 11. et participio in nomen converso, פְּרֻדוֹת, *grana*, sic dicta, quasi hinc inde separata et dissita, Joël. I. 17. Niph. נִפְרַד, *dividi, disjungi, separari, separare se:* præt. נִפְרַד, *separaverat se*, Jud. IV. 11. et Kametz est propter pausam: נִפְרְדוּ, *divisæ sunt*, Gen. X. 5. participium נִפְרָד, *disparans* vel *separans se*, Proverb. XVIII. 1. id est, qui animo est ab omnibus alieno, et se ex omnium consortio subducit, ut in suo proposito et animi sententia persistat. Pih. futurum, יְפָרֵדוּ, *separant, separationem faciunt*, Hos. IV. 14. Pyh. particip. מְפֹרָד, *dissipatus, divisus*,

Esth. III. 8. Hiph. הִפְרִיד, *separavit, separationem fecit, dissipavit, disjunxit, diremit:* præter. הִפְרִיד, *separabat,* Gen. XXX. 40. particip. מַפְרִיד אַלּוּף, *disjungit ducem,* Prov. XVII. 9. infinit. בְּהַפְרִידוֹ, *cùm dissiparet ille,* Deut. XXXII. 8. futur. יַפְרִיד, *separationem faciet,* Ruth. I. 17. Hithp. præterit. וְהִתְפָּרְדוּ, *et disparant se ossa mea,* Psalm. XXII. 15. futur. יִתְפָּרְדוּ, *dissipantur,* Psalm. XCII. 10.

פֶּרֶד, m. *mulus,* 2 Sam. XVIII. 9. affix. פִּרְדּוֹ, *mulum suum,* 2 Sam. XIII. 29. plural. פְּרָדִים, *muli,* 2 Reg. V. 17. fœmin. פִּרְדָּה, *mula,* 1 Reg. I. 33.

פְּרֻדוֹת, vide initio radicis.

פַּרְדֵּס m. *παράδεισος, paradisus, pomarium,* voluptatis et amœnitatis causâ consitum, Cant. IV. 13. at Neh. II. 8. *sylvam, saltum,* R. Salomon exponit, quo nomine totam regionem comprehendi volunt interpretes a Libano ad Antilibanum, arboribus præstantissimis amœnissimam, in cujus extremitate fuit oppidum nomine Paradisi, cujus meminit Ptolomæus, et Plin. lib. 5. cap. 23. plural. פַּרְדֵּסִים, *pomaria,* Eccl. II. 5. ubi notat Aben Esra, גַּן esse *hortum,* qui varias habeat species arborum, פַּרְדֵּס verò qui unicam tantùm, ut, hortus malorum punicorum, Cant. IV. in quo tantùm fuerunt mala punica. Aliis aliter placet.

פָּרָה *fructuosus fuit, fructum edidit, fœtavit, fœtificavit:* præterit. פָּרוּ, *fœtificaverunt,* Ex. I. 7. וּפָרִינוּ, *et fructuosi sumus,* Gen. XXVI. 22. particip. פֹּרֶה, *fructificans, fructum proferens,* Deut. XXIX. 18. fœmin. irregulare, בֵּן פֹּרָת, *filius fœcundæ, fructiferæ,* scil. arboris, id est, ramus fœcundus, Genes. XLIX. 22. pro פֹּרָה ut quibusdam placet: פֹּרִיָּה, *fructifera,* Psalm. CXXVIII. 3. ubi tertia radicalis ה mutata est in י. Hiph. הִפְרָה, *fructuosum reddidit, fœcundavit, fœtificare fecit:* præteritum, הִפְרַנִי, *fructuosum reddidit me,* Genes. XLI. 52. וְהִפְרֵיתִי, *et fœcundabo te,* Genes. XVII. 6. participium מַפְרְךָ, *fœcundabo,* et Gen. XLVIII. 4. futur. וַיֶּפֶר, *fecit ut fœtificaret,* Psal. CV. 24. et cum א loco ה, יַפְרִיא, *fructificabit,* Hos. XIII. 15.

פְּרִי, m. *fructus,* Gen. I. 11. affix. פִּרְיוֹ, *fructum suum dabit,* Psalm. I. 3. פֶּרְיְךָ, *fructus tuus,* Hos. XIV. 9. פְּרִיהֶם, *fructum eorum,* Amos IX. 14. וּפֶרְיְכֶם, *et fructum vestrum,* Ez. XXXVI. 8. פִּרְיָהֶן, *fructum eorum,* Jer. XXIX. 28.

פֹּארָה, fœm. *ramus,* a fructibus; hinc potiùs secundum Kimchi deduci videtur, quòd א quasi redundans sit: vide supra in פָּאַר.

אַפִּרְיוֹן, m. *thronus, thalamus, lectus conjugalis,* a fœcunditate, Cant. III. 9.

פַּרְוַיִם *Parvajim,* nomen proprium loci, ubi auri præstantissimi copia, 2 Paral. III. 6. quidam regnum Indiæ *Peru* esse putant. In notis interpretis doctissimi, aurum Parvajim: ex Chavila, ubi præstantissimum aurum fuisse, testatur Moses, Gen. II. 11. est enim in ea, sive Characenorum regno, Parbatia (sive Barbatia) oppidum corrupto nomine dictum, pro Parvajimis, Plinius Nat. Hist. lib. 6. cap. 28. quod aurum David ex devictis regibus regioni illi finitimis consecutus, ad hos usus asservarat, 1 Reg. VI. 20. vide זָהָב.

פַּרְוָר m. *suburbium :* plural. בַּפַּרְוָרִים, *in ipsis suburbiis,* 2 Reg. XXIII. 11. Chaldæis usitata vox, ut hîc דִּבְפַּרְוָרַיָּא, *quæ in suburbanis.* item יִרְעֲשׁוּ פַּרְוָרֵיָא, *commovebuntur suburbia,* Ezech. XXVII. 28.

פרז פְּרָזוֹן, masc. *pagus,* absque muro, et metonymicè, *paganus, paganitas,* id est, homines inhabitantes pagos, Jud. V. 7. aff. פִּרְזוֹנוֹ, *pagorum* vel *paganorum ejus,* ver. 11.

פְּרָזוֹת, f. p. *pagi,* Ez. XXXVIII. 11. בְּעָרֵי הַפְּרָזוֹת, *in civitatibus pagorum,* Esth. IX. 19. per hypallagen, pro, in pagis urbium.

פְּרָזִי, m. *paganus,* Deuter. III. 5. plurale contractum הַפְּרָזִים, *pagani,* Esth. IX. 19. pro הַפְּרָזִיִּים, affix. פְּרָזָו, *paganorum ejus,* Hab. III. 14. cum defectu י pro פְּרָזָיו.

פַּרְזֶל m. Chald. *ferrum,* emph. פַּרְזְלָא, Dan. II. 33, 35. et deinceps.

פָּרַח *floruit, effloruit, refloruit, germinavit, regerminavit :* præterit. פָּרַח, *floruerat (virga,)* Num. XVII. 8. פָּרְחָה, *floreat vitis,* Cant. VII. 13. particip. פֹּרֵחַ, *efflorescens, erumpens,* Exod. IX. 9. Hiph. וְהִפְרַחְתִּי, *et facio ut floreat,* Ezech. XVII. 24. et intransitivè, futurum, יַפְרִיחַ, *florebit,* Proverb. XIV. 11. יַפְרִיחוּ, *florebunt, germina profundent,* Psal. XCII. 14. תַּפְרִיחִי, *feceris ut effloresçat,* Ies. XVII. 11.

פֶּרַח, m. *flos,* tam apertus quàm clausus adhuc vel semi-apertus: *germen,* Num. XVII. 23. וּפִרְחָם, *et flos istorum,* Ies. V. 24. plural. וּפְרָחֶיהָ, *et flores ejus,* Exod. XXV. 31. apud Rabbinos, פִּרְחֵי כְהֻנָּה, *flores sacerdotii,* id est, filii in sacerdotio aliquando successuri. Sic sequens.

פִּרְחָח, m. *pubertas,* quasi florida ætas dicta, et metonymicè *puberes filii,* Job. XXX. 12. ח geminatum est.

אֶפְרֹחִים, m. p. *pulli avium,* à plumarum flore sic dicti, Deut. XXII. 6. aff. אֶפְרֹחֶיהָ, *pullos suos,* Psalm. LXXXIV. 4.

פֶּרֶט *particularitas : acini decidui,* quasi uvarum particularitates, Levit. XIX. 10.

פּוֹרְטִים, m. p. *modulantes,* Amos VI. 5. vocibus sc. minutim et in particulas quasi concisis, et sono vibrante ac frequentato, quòd dicimus vulgò quíntíliéren, a chorda, quàm musici quintam vocant. Apud Rabbinos פְּרָטֵי פֶּרֶט, *particulare, speciale :* בִּפְרַט, *particulariter* סִפּוּר פְּרָטִי, *prædicatio particularis :* לִפְרַט קָטוֹן, *ad æram minorem,* omisso scil. millenario, פְּרוּטָה, *numulus.*

פרך פֶּרֶךְ m. *asperitas, sævitia :* בְּפָרֶךְ, *per sævitiam, sæviter,* Exod. I. 13.

פָּרֹכֶת, f. *velum,* quod obductum erat arcæ et dividebat inter sanctum et sanctum sanctorum, Exod. XXVI. 31, 33. hoc in epistola ad Hebræos IX. 3. appellatur δεύτερον καταπέτασμα, *velum secundum,* nempe respectu veli prioris seu anterioris, quod dividebat atrium populi à sancto sacerdotum. Est formæ dagessatæ כַּפֹּרֶת.

פָּרַם *scidit, discidit, dissuit,* propriè secundùm suturam. participium Pahul sive præterit. פְּרֻמִים, *scissa,* Levit. XIII. 45. futurum, לֹא יִפְרֹם, *ne discindito,* Levit. XXI. 10. לֹא תִפְרֹמוּ, *ne discindite,* Lev. X. 6.

פָּרַס *partitus est, divisit,* et ס quandoque in שׂ commutat: præt. וּפָרְשׂוּ, *et dividunt,* Mich. III. 3. partic. פֹּרֵשׂ, *partiens, qui partiatur,* Thren. IV. 4. inf. פָּרֹס, *partiendo, ut partiaris,* Ies. LVIII. 7. fut. יִפְרְסוּ, *partientur* sc. cibum, Jer. XVI. 7. Chald. præter. פְּרֵס, *divisit,* Dan. V. 28. part. præsens plural. וּפַרְסִין, *et dividunt,* Dan. V. 25. partic. præter. fœmin. פְּרִיסַת, *divisum est,* ver. 28. Hiph. præt. הִפְרִיסוּ, *dividunt,* Deut. XIV. 7. הִפְרִיסָה, *dividit,* Lev. XI. 6. part. מַפְרִיס, *dividens,* ver. 4. plur. const. וּמִמַּפְרִיסֵי הַפַּרְסָה, *et ex dividentibus ungulam,* Lev. XI. 4. cum defectu י in medio, juxta Masorethas. fœm. מַפְרֶסֶת, *dividens,* Lev. XI. 3. diciturque tantùm in hac conjugatione de ungula animalium divisa vel scissa.

פֶּרֶס, m. *ossifraga,* aquilæ species immunda, Lev. XI. 13. alii aliter.

פַּרְסָה, f. *ungula,* à fissura, Levit. XI. 3. plural. פְּרָסוֹת, *ungulæ,* Lev. XI. 3. construct. פַּרְסוֹת, Ies. V. 28. aff. וּפַרְסֹתַיִךְ, *et ungulas tuas,* Mich. IV. 13. et mas. וּפַרְסֵיהֶן, *et ungulas earum,* Zach. XI. 16.

פָּרַע *nudavit, retexit, abstraxit, abjecit, rejecit, deseruit: abstraxit se, recessit, avertit se, retrocessit:* item *ultus est,* ex usu Chaldaico: præterit. וּפָרַע, *et reteget,* Numer. V. 18. כִּי פְרָעֹה, *quòd nudasset eum,* Exod. XXXII. 25. particip. præsens, פּוֹרֵעַ, *abstrahens, rejiciens,* Prov. XIII. 18. part. passivum, פָּרוּעַ, *retectum,* Lev. XIII. 45. infin. בִּפְרֹעַ, *in ulciscendo,* Jud. V. 2. imper. פְּרָעֵהוּ, *abstrahe, abjice eam,* Proverb. IV. 15. futur. אֶפְרַע, *abstraham me, retrocedam,* Ezech. XXIV. 14. יִפְרָע, *reteget,* Levit. XXI. 10. תִּפְרָעוּ, *abstrahite vos,* Prov. VIII. 33. וַתִּפְרְעוּ, *et rejecistis,* Prov. I. 25. Niph. fut. יִפָּרַע, *abstrahitur, avertit se,* Prov. XXIX. 18. Hiph. præter. הִפְרִיעַ, *abstractionem vel aversionem fecerat,* sc. rex Achas, 2 Paral. XXVIII. 19. futur. תַּפְרִיעוּ, *abstrahitis,* Exod. V. 4.

פֶּרַע, m. *coma,* Num. VI. 5. quia quò magis nutritur, eò magis retegitur.

פַּרְעָה, f. *ultio:* plur. פְּרָעוֹת, *ultiones,* Jud. V. 2. constr. פַּרְעוֹת, Deut. XXXII. 42.

*פַּרְעֹשׁ, m. *pulex:* אַחֲרֵי פַּרְעֹשׁ אֶחָד, *post pulicem unum,* 1 Sam. XXIV. 15.

פָּרַץ *rupit, erupit, disrupit, irrupit, perrupit, rupturam fecit, effregit:* item *ursit, institit,* et tum cum præpos. ב construitur, estque significatio petita à פָּצַר per literarum transpositionem. Quandoque est copiæ, pro, *erumpere in multitudinem,* metaphorâ ab exundantibus aquis petitâ. præter. פָּרַץ, *rupit inimicos,* 2 Sam. V. 20. פָּרַצְתָּ, *perrupisti,* Gen. XXXVIII. 29. וּפָרַצְתָּ, *et erumpes* sc. multitudine, Gen. XXVIII. 14. etc. futur. וַיִּפְרָץ־בּוֹ, *et institit in eum, ursit eum,* q. d. irruit vel irrupit in eum, 2 Sam. XIII. 25. וַיִּפְרְצוּ־בוֹ, *et instituerunt apud eum,* 1 Samuel. XXVIII. 23. Niph. particip. (*visio*) נִפְרָץ, *perrupta* scil. in publicum, id est, aperta, 1 Sam. III. 1. Pyh. part. מְפֹרָצֶת, *disruptus,* Nehem. I. 3. Hithp. particip. הַמִּתְפָּרְצִים, *qui abrumpunt se,* abrumpentes se deficiunt, 1 Sam. XXV. 10.

פֶּרֶץ, m. *ruptura, eruptio, irruptio*·

plural. פְּרָצִים, *rupturæ*, Amos IV. 3. aff. פִּרְצֵיהֶן, *rupturas earum*, Amos IX. 11. fœm. בַּפְּרָצוֹת, *ad irruptiones vel rupturas*, Ezech. XIII. 5.

פָּרִיץ, m. *effractor, violentus, latro*, qui leges ac jura præfractâ audaciâ perrumpit, Psalm. XVII. 4. constr. וּפְרִיץ חַיּוֹת, *et violenta bestiarum*, Ies. XXXV. 9. plural. הַמְעָרַת פָּרִצִים, *an ut spelunca effractorum*, Jer. VII. 11. id est, λῃστῶν, *latronum*, Matth. XXI. 23.

מִפְרָצִים, m. p. *rupturæ:* וְעַל־מִפְרָצָיו, *et super rupturis suis*, Jud. V. 17. locis præruptis.

פָּרַק *rupit, abrupit, disrupit, dilaceravit: eripuit, liberavit, asseruit:* præter. וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ, *ut abrumpas jugum ejus*, Gen. XXVII. 40. partic. פֹּרֵק, *dilaceret*, Psalm. VII. 3. *asserens, eripiens*, Thren. V. 8. futurum, וַיִּפְרְקֵנוּ, *et asserit nos*, Ps. CXXXVI. 24. Chald. imper. פְּרֻק, *abrumpe*, Dan. IV. 24. Pih. particip. מְפָרֵק הָרִים, *perfringens montes*, 1 Reg. XIX. 11. imper. פָּרְקוּ, *abrumpite*, Exod. XXXII. 2. futur. יְפָרֵק, *perrumpet*, Zach. XI. 16. Hithp. præt. הִתְפָּרְקוּ, *rupti, fracti sunt* (*rami ejus*,) Ez. XIX. 12. הִתְפָּרְקוּ, *abruperunt sibi*, sive *detraxerunt* (*inaures aureas*,) Exod. XXXII. 24.

פֶּרֶק, m. *diruptio, dilaceratio, laceratum*, Nah. III. 1. at Obad. ver. 14. ab Hebræis exponitur *compitum*, quasi viæ disruptio. Rabbini *caput* libri sic vocant.

פָּרָק, m. *frustum:* constr. וּפְרַק פִּגֻּלִים, *et fragmen* sive *frustum carnium abominandarum*, Ies. LXV. 4. pro quo legendum, juxta Masorethas, וּמְרַק, vide מָרָק.

מַפְרֶקֶת, f. *cervix, compages vertebrarum cervicis*, à nodis et interruptionibus sic dicta: aff. אֶת־מַפְרַקְתּוֹ, *cervicem suam*, 1 Sam. IV. 18.

פרר פָּרוּר, m. *cacabus*, Num. XI. 8. בַּפָּרוּר, *in cacabo*, Jud. VI. 19. cum epenthesi פָּארוּר, *nigror ollaris, pallor livens*, juxta R. Salomonem, Joël. II. 6. at juxta R. Ab. Esram est à פְּאֵר, vide illic.

פָּרַשׁ *exposuit, explanavit, declaravit, explicuit:* infinit. לִפְרֹשׁ לָהֶם, *ad exponendum eis*, Levit. XXIV. 12. Niph. נִפְרַשׁ, *separari, dispergi, dissipari.* part. צֹאנִי נִפְרָשׁוֹת, *ovium suarum dispersarum*, Ez. XXXIV. 12. Pyh. præterit. פֹּרַשׁ, *expositum fuit*, Num. XV. 34. particip. מְפֹרָשׁ, *explanatum*, loco adverbii, *explanatè*, Neh. VIII. 8. Chald. מְפָרַשׁ, *explicatè*, Esr. IV. 18. Hiph. ex alia significatione. fut. יַפְרִשׁ, *punget*, Prov. XXIII. 32.

פָּרָשׁ, masc. *eques*, quòd equum calcaribus (quæ et hinc פְּרִישִׁים, Rabbinis dicuntur) pungat, Nah. III. 3. Aben Esra scribit: Prov. XXIII. 32. פרש dicitur בעבור הפרישים אשר ברגליו, *à calcaribus quæ sunt in pedibus ejus.* Et in Pathach ex forma dagessata שַׁדַּי, פָּרַשׁ וּפֶגֶג, *equitum*, Ezech. XXVI. 10. plural. פָּרָשִׁים, *equites*, Genes. L. 9. aff. וּפָרָשָׁיו, *et equitibus suis*, Ies. XXVIII. 38. Kimchi, *cuspidibus* sive *dentibus illius*, scil. הֶחָרוּץ, *tribulæ*, quæ sunt acutæ et pungentes. Sic esset pronomen affixum absque antecedente substantivo. Nam tribulæ nomen non antecedit.

פֶּרֶשׁ m. *fimus, stercus*, quasi ventris expositum dicas, Mal. II. 3. aff. פִּרְשׁוֹ, *fimum ejus*, Exod. XXIX. 14.

פָּרָשָׁה, fœm. *expositio, explicatio:* const. וְאֵת פָּרָשַׁת הַכֶּסֶף, *et expositionem argenti,* Esth. IV. 7. וּפָרָשַׁת גְּדֻלַּת מָרְדֳּכַי, *et explicatio amplitudinis Mordechai,* Esth. X. 2.

פָּרַשׂ *pandit, expandit, explicavit, extendit:* præteritum, פָּרַשׂ עָנָן, *expandit nubem,* Ps. CV. 39. וּפָרַשְׂתָּ, *et expandes,* Job. XI. 13. part. rete פֹּרֵשׂ, *pandit,* Prov. XXIX. 5. aliam significationem vide in פָּרַס. part. præteritum, פָּרֻשׂ, *expansum,* Joël. II. 2. etc. Niph. futur. יִפָּרֵשׂוּ, *dispandentur,* Ezech. XVII. 21. id est, dispergentur. Pih. præt. וּפֵרַשׂ יָדָיו, *et expandet manus suas,* Ies. XXV. 11. פֵּרַשְׂתִּי, *expandi vos,* Zach. II. 10. פֵּרְשָׂה, *expandat,* Thren. I. 17. etc.

מִפְרָשׂ, m *extensio.* plur. const. מִפְרְשֵׂי עָב, *extensiones nubis,* Job. XXXVI. 29.

פַּרְשֶׁגֶן m. Chald. *exemplum, exemplar,* פַּרְשֶׁגֶן אִגַּרְתָּא, *exemplar epistolæ,* Esr. IV. 11. vide et VII. 11.

פַּרְשְׁדֹנָה *podex,* Jud. III. 22. secundum paraphrasten Chaldæum est compositum ex פֶּרֶשׁ, *fimus* et שְׁדֵי vel שָׁדָה, *effudit,* quasi dicas locum effusionis excrementi: vel simpliciter, *excrementum,* ut Chaldæus, אוּכְלֵיהּ, quod sic aliquando cibum concoctum et excrementum digestum significat.

פַּרְשֵׁז Pih. *expandit:* præterit. פַּרְשֵׁז עָלָיו עֲנָנוֹ, *expandit super eum nubem suam,* Job. XXVI. 9. et Pathach est loco Chirek, ex forma Chaldaica, cui simile vide in קִיר.

פְּרָת masc. *Euphrates,* fluvius quartus paradisi, Gen. II. 14. Græcè Εὐφράτης, quod putant factum ex הוּא פְּרָת.

פַּרְתְּמִים m. p. *proceres, præfecti, dominatores,* Dan. I. 3. Esth. I. 3. R. Salomon scribit, linguâ Persicâ esse idem quod שלטונים, *dominatores.*

פָּשָׂה *expandit, diffudit se:* præt. פָּשָׂה הַנֶּגַע, *diffudit se plaga,* Levit. XIII. 5. פָּשְׂתָה, *diffudit se,* ver. 8. futur. et infin. פָּשֹׂה יִפְשֶׂה, *diffundendo diffudit se,* ver. 35.

פִּשַּׁח Pih. *discerpsit, discidit.* futurum, וַיְפַשְּׁחֵנִי, *et discerpsit me,* Thren. III. 11. propriè Chaldaicum est: ut וַיְפַשַּׁח שְׁמוּאֵל, *et discerpsit Samuel (Agagum,)* 1 Samuel. XV. 33. Syrè נְפַשְּׁחוּנֵהּ, *discerpent eum,* Luc. XXIII. 11. et alibi.

פָּשַׁט *exuit, detraxit, nudavit, spoliavit: irruit, irrupit, diffudit se, grassatus est:* construitur cum accus. et præpos. עַל, אֶל, et בְּ. præterit. פָּשַׁט, *irruit latro,* Hos. VII. 1. וּפָשַׁטְתָּ, *et irrues,* Jud. IX. 33. פָּשַׁטְתִּי, *exui tunicam meam,* Cant. V. 3. infinitiv. פָּשְׁטָה, *spoliare,* Ies. XXXII. 11. pro לִפְשׁוֹט, cum ה paragogico, antecedente Cholem præter normam. Est autem infinitivus pro imperativo, פְּשׁוֹטְנָה, *spoliate.* Simile in עֹרָה. Pih. infin. לְפַשֵּׁט, *ad spoliandum,* 1 Sam. XXXI. 8. Hiph. præter. הִפְשִׁיט, *detraxit,* Job. XIX. 9. וְהִפְשִׁיט, *et detrahet,* sc. pellem, id est, excoriabit, Lev. I. 6. וְהִפְשִׁיטוּ, *et exuent te,* Ezech. XVI. 39. Hithp futur. וַיִּתְפַּשֵּׁט, *et exuit se,* 1 Sam. XVIII. 4.

פָּשַׁע *defecit, prævaricatus est, rebellavit:* latiùs propriè patet, quam מָרַד. Aben Esra scribit, Hos. XIV. 10. שיוצאים מהרשות esse פּוֹשְׁעִים, *qui egrediuntur ex potestate,* qui ex potestate legitimi magistratus se eximunt, eique se opponunt. Vide Kimchium, Ps. XXV. 7. sæpiùs construitur cum בְּ, quasi dicas, *rebellare in* vel *contra aliquem.* præt. פָּשַׁע בִּי, *rebellavit contra me, defecit à me,* 2 Reg. III. 7. פָּשְׁעוּ־בָךְ, *defecerunt à te,* 1 Reg. VIII. 50. Niph. præter. vel partic. אָח נִפְשָׁע, *frater defectione læsus* vel *offensus,* vel, *frater deficiens, rebellans,* Prov. XVIII. 19.

פֶּשַׁע, m. *defectio, rebellio, prævaricatio:* Kimchi, Psalm. XXV. 7. explicat per מֶרֶד, *rebellionem,* id est, peccatum quod scienter et contumaciter committitur: aff. פִּשְׁעוֹ, *defectionis suæ,* Ezech. XXXIII. 12. plur. פְּשָׁעִים, *prævaricationes,* Prov. X. 12. construct. פִּשְׁעֵי, Amos I. 3. aff. פְּשָׁעֶיךָ, *prævaricationes tuas,* Ies. XLIII. 25. פִּשְׁעֵיהֶם, *rebellionibus eorum,* 1 Reg. VIII. 50.

פָּשַׂע *incessit, gressus, ingressus est:* futur. אֶפְשְׂעָה בָהּ, *ingrediar contra eum,* Ies. XXVII. 4.

פֶּשַׂע, m. *passus, gressus, gradus,* 1 Sam. XX. 3.

מִפְשָׂעָה, f. *gradatio, gradificatio.* propriè; *coxendix,* quòd ibi gressus incipit: עַד־מִפְשָׂעָה, *usque ad coxendices,* 1 Par. XIX. 4. id est, nates, quæ pro more scripturæ sic honestè appellantur. In Samuele pro hac voce est עַד שְׁתוֹתֵיהֶם quod idem, 2 Sam. X. 4.

פָּשַׂק *divaricavit:* partic. פֹּשֵׂק, *divaricans labia sua,* Prov. XIII. 3. Pih. futur. וַתְּפַשְּׂקִי, *et divaricasti (pedes tuos,)* Ezech. XVI. 25.

פְּשַׁר Chald. *interpretatus est:* infin. לְמִפְשַׁר, *interpretari,* Dan. V. 16. Pahel particip. מְפַשַּׁר, *interpretans,* Dan. V. 12.

פְּשַׁר, m. emph. פִּשְׁרָא, *interpretatio,* Dan. IV. 3. וּפִשְׁרָא נְחַוֵּא, *et interpretationem indicabimus,* Dan. II. 4. aff. וּפִשְׁרֵהּ, *et interpretationem ejus,* Dan. II. 36. pro quo bis scribitur פִּשְׁרֵא, IV. 15. et V. 8. plur. פִּשְׁרִין לְמִפְרַשׁ, *interpretationes interpretari,* Dan. V. 16.

פֵּשֶׁר, m. *interpretatio,* Eccl. VIII. 1.

פשת פִּשְׁתָּה, fœm. *linum,* Ies. XLII. 3. Exod. IX. 31. aff. וּפִשְׁתִּי, *et linum meum,* Hos. II. 9. contractè pro פִּשְׁתָּתִי, cui simile vide in בִּין inter nomina: pl. פִּשְׁתִּים, *lina,* Ies. XIX. 8. לַפִּשְׁתִּים, *linorum,* id est, lineorum, Lev. XIII. 48. construct. בְּפִשְׁתֵּי הָעֵץ, *in linis ligni,* Ies. II. 6. id est, in stipulis lini, per hypallagen, quasi à sing. פִּשְׁתָּה.

פתא פִּתְאֹם, *subitò, repentè,* Malach. III. 1. referunt ad פָּתָה, et מ utroque modo est formativum ut in שִׁלְשֹׁם.

פְּתִיגִיל masc. *toga,* muliebris exterior, Ies. III. 24. vestis tenuis ac subtilis Phrygionica, quæ ponebatur super omnes vestes, scribit Ab. Esra. R. Salomon cum Talmudicis *semicinctum, ventrale,* exponit.

פִּתְגָם m. Chald. et emph. פִּתְגָמָא, *verbum, sermo, narratio, res, negotium,* latè ut דְּבַר Hebræis: עַל־דְּנָה־פִּתְגָם, *super hoc negotio,* Dan. III. 16. פִּתְגָמָא, *narrationem,* Esræ V. 7. hinc Hebraicè est *sententia,*

ecretum, Eccl. VIII. 11. Esth. I. 0.

פָּתָה *seductus, pellectus, persua-us fuit,* tàm in bonum quàm in ma-um: part. פֹּתֶה, vide inter nomina. ut. יִפְתֶּה, *seducatur,* Deut. XI. 16. וַיִּפְ, *et pellectus est,* Job. XXXI. 7. Niph. præter. נִפְתָּה, *pellectus fuit,* Job. XXXI. 9. fut. וָאֶפָּת, *et ellectus sum,* Jerem. XX. 7. Pih. פִּתָּ, *pellexit, allexit, decepit* blan-iendo: hinc juxta quosdam præte-itum irregulare, וַהֲפִתִּית, *et nun-uid pellecturus esses?* Prov. XXIV. 8. q. d. minimè debes pellicere uenquam labiis tuis, ut det falsum estimonium: at negat Elias Levita opulam ו ante ה interrogativum oni: vide in פָּתַת ampliùs, פִּתִּיתַנִי, *ellexisti me,* Jerem. XX. 7. particip. מְפַתֶּי, *pellecturus sum eam,* Hos. II. 4. ubi est י loco tertiæ radicalis ה, uæ aliâs solet abjici. Pyh. futur. יְפֻתֶּ, *pellectus fuerit,* Ezech. XIV. . יְפֻתֶּה קָצִין, *pellicietur princeps,* Prov. XXV. 15. Hiph. futurum, per pocopam, יַפְתְּ, *dilatet,* juxta para-hrasten Chaldæum et plerosque Hebræos, Genes. IX. 27. nam ita oc verbum Chaldæis usurpatur. Quidam *alliciet,* scil. ut suo tempore d cultum Dei et tentoria Sem, id st, ecclesiam, accedat.

פֶּתֶה, m. *simplex, fatuus, imperi-us,* qui facilè pellicitur et blanditiis educitur, Job. V. 2. וּלְפֹתֶה שְׂפָתָיו, *t simplici labiis suis,* Prov. XX. 19. œmin. יוֹנָה פוֹתָה, *columba simplex, fatua,* Hos. VII. 11.

פֶּתִי, m. idem: et substantivè, *fa-uitas, simplicitas,* Prov. I. 22. plur. פְּתָיִם, *fatui,* Prov. I. 22. pro פְּתָאיִם, ut sequitur: פְּתָיִים, *simplices,* Psalm. CXIX. 130. et cum epenthesi Aleph. פְּתָאִים, Prov. IX. 6.

פְּתַיּוּת, fœm. *fatuitas, simplicitas,* Prov. IX. 13.

פְּתָא, masc. Chald. *latitudo:* affix. פְּתָיֵהּ, *latitudo ejus,* Esr. VI. 3.

פָּתַח *aperuit,* metaphoricè, *solvit, retexit, pandit, explicavit: strinxit,* cùm de gladio dicitur, præter. פָּתַח, *solvebat,* Ies. XIV. 17. וּפָתַחְתָּ, *et aperies,* 2 Reg. IX. 3. etc. Niph. præter. נִפְתַּח, *solvetur,* Ies. V. 27. נִפְתְּחוּ, *aperti sunt,* Ezech. I. 1. particip. נִפְתָּח, *apertus,* Zach. XIII. 1. infin. לְהִפָּתַח, *ad solvendum,* Ies. LI. 14. fut. יִפָּתֵחַ, *aperietur,* Ezech. XLIV. 2. Pih. פִּתַּח, *aperuit, solvit, sculpsit, insculpsit: sulcavit:* præter. פִּתַּח, *solvit,* Job. XXX. 11. et intransitivè, פִּתַּח, *aperuit se prima uva,* Cant. VII. 13. quasi pro passivo פֻּתַּח positum: et sic accipiendum tradunt, Ies. XLVIII. 8. et LX. 11. וּפִתַּח, *cùm insculpsisset,* 2 Par. III. 7. futur. יְפַתַּח, *sulcabit, proscindet.* q. d. aperiet terram, Ies. XXVIII. 24. Pyh. particip. מְפֻתָּחֹת, *sculptos,* Exod. XXXIX. 6. Chald. præterit. passivum Pehil, פְּתִיחוּ, *aperti sunt,* Dan. VII. 10. particip. plural. פְּתִיחָן, *apertæ,* Dan. VI. 11. Hithp. imp. הִתְפַּתְּחִי, *explica, solve te,* Ies. LII. 2.

פֶּתַח, m. *janua, ostium, fores,* et semel cum Tzere, פֵּתַח, *aditus, ingressus,* Psalm. CXIX. 130. affix פִּתְחוֹ, *januam suam,* Prov. XVII. 19. plur. פְּתָחִים, *ostia,* Prov. VIII. 3. construct. פִּתְחֵי, Ies. XIII. 2. aff. פְּתָחָי, *foribus meis,* Prov. VIII.

34. וּכְפִתְחֵיהֶן, *et sicut ostia eorum*, Ezech. XLII. 11. בִּפְתָחֶיהָ, *in ostiis suis*, Mich. V. 5. R. Salomon, *in ostiis provinciarum:* Aben Esræ, *ensibus suis*, ex significato nominis sequentis.

פְּתִיחוֹת, f. p. *stricti gladii*, Psalm. LV. 22.

פִּתּוּחַ, masc. *sculptura, cœlatura*, 2 Par. II. 14. affix. מְפַתֵּחַ פִּתּוּחָהּ, *sculpturus sculpturam ejus*, Zach. III. 9. plural. לְפַתֵּחַ פִּתּוּחִים, *ad sculpendum sculpturas*, 2 Paral. II. 7. construct. פִּתּוּחֵי חֹתָם, *sculpturis sigilli*, Ex. XXVIII. 11. aff. פִּתּוּחֶיהָ, *sculpturas ejus*, Psal. LXXIV. 6.

פִּתְחוֹן, m. *apertio, apertura*, Ez. XXIX. 21.

מַפְתֵּחַ, m. *clavis*, ab aperiendo, Ies. XXII. 22.

מִפְתָּח, m. *apertio:* const. וּמִפְתַּח שְׂפָתַי, *apertio labiorum meorum*, Prov. VIII. 6.

פתל Niph. נִפְתַּל, *luctari, contorqueri, intorqueri*, ut fit luctando. præter. נִפְתַּלְתִּי, *luctata sum*, Genes. XXX. 8. part. נִפְתָּל, *contortum, distortum*, Prov. VIII. 8. plural. וַעֲצַת נִפְתָּלִים, *et consilium obtortorum* vel *reluctantium*, Job. V. 13. Hithp. fut. עִם־עִקֵּשׁ תִּתְפַּתָּל, *cum perverso eluctaris*, Psal. XVIII. 27. id est, luctaris cum eo, donec deviceris, Aben Esra: vel juxta significationem participii, *cum perverso distortum te exhibes*, hoc est, reddis ipsi juxta vias ipsius distortas, ut Pharaoni: sic derisores ipse deridet, Prov. III. 34. id est, reddit ipsis, ut in sua derisione corruant, R. Sal. cæterùm, 2 Sam. XXII. 27. scribitur תִּתַּפָּל contractè pro תִּתְפַּתָּל ut sc. sit conjugium inter hoc verbum et præcedentia תִּתַּמָּם, תִּתָּבָר, ut R. Sal. loquitur.

פְּתִיל, m. *filum, funiculus, panniculus contortus: vitta, sudarium:* צָמִיד פְּתִיל עָלָיו, *conjunctus panniculus super eo*, Num. XIX. 15. constr. עַל־פְּתִיל תְּכֵלֶת, *cum vitta hyacinthina*, Exod. XXVIII. 37. פְּתִיל תְּכֵלֶת, *filum hyacinthinum*, Num. XV. 38. פְּתִיל־הַנְּעֹרֶת, *filum stupæ*, Jud. XVI. 9. affix. וּפְתִילְךָ, *et sudarium tuum*, Gen. XXXVIII. 18. alii, *linteum capitis:* alii *pallium* explicant: plural. וְהַפְּתִילִים, *et fasciæ, lintea* vel *sudaria*, Genes. XXXVIII. 25. פְּתִילִם, *filamenta*, Exod. XXXIX. 3. defecte sine י.

פְּתַלְתֹּל, m. *contortissimum*, Deut. XXXII. 5.

נַפְתּוּלִים, m. p. *luctationes*, constr. נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים, *luctationibus Dei*, Gen. XXX. 8. id est, maximis; vide similem locutionem in לְהָב.

פֶּתֶן m. *aspis*, Psalm. LVIII. 5. plur. וְרֹאשׁ פְּתָנִים, *et venenum aspidum*, Deut. XXXII. 33.

מִפְתָּן, m. *limen*, inferius propriè, Soph. I. 9. construct. עַל מִפְתַּן דָּגוֹן, *super limen Dagonis*, 1 Sam. V. 5.

פֶּתַע *repentè, momentò, ad momentum, derepentè:* בְּפֶתַע פִּתְאֹם *repentè, subitò*, Numer. VI. 9. sic, לְפֶתַע פִּתְאֹם, Ies. XXIX. 5. aut versim, פִּתְאֹם לְפֶתַע, Ies. XXX. 13. quæ rem maximè improvisam et subitam denotant.

פָּתַר *interpretatus est*, Genes XL. 22. partic. פֹּתֵר, *interpres*, Gen. XLI. 8. infin. לִפְתֹּר, *ad interpretan-*

dum, ver. 15. וּפִתְרֹ־לָנוּ, *et interpretetur nobis*, ver. 12.

פִּתְרוֹן, masc. *interpretatio*, Gen. XLI. 11. affix. פִּתְרוֹנוֹ, *interpretatio ejus*, Gen. XL. 12. plur. פִּתְרֹנִים, Gen. XL. 8.

פַּתְשֶׁגֶן masc. *exemplum, exemplar*: פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב, *exemplar scripti istius*, Esth. III. 14. idem quod suprà פַּרְשֶׁגֶן.

פָּתַת *fregit*: infinitiv. פָּתוֹת, *frangendo*, Lev. II. 6. Hiph. præter. וְהִפְתִּית, *et (ne) confringas, atteras*, pro הֲפִתּוֹת, Prov. XXIV. 28. compositum ex hujus verbi forma et פָּתָה, vide illic.

פַּת, f. *frustum, buccea, buccella, portio*, quasi fragmentum dicas: פַּת־לֶחֶם, *frustum panis*, Genes. XVIII. 5. מִפִּתּוֹ, *de buccella ejus*, vel *frusto panis ejus*, 2 Sam. XII. 3. פִּתְּךָ, *bucceam tuam*, Prov. XXIII. 8. plural. כְפִתִּים, *tanquam frusta*, Psalmus CXLVII. 17.

פְּתוֹתִים, m. p. *frusta*: construct. וּבִפְתוֹתֵי לֶחֶם, *et pro frustulis panis*, Ez. XIII. 19.

צ

צאל צֶאֱלִים, m. p. *umbrosa*, umbrosæ arbores, Job. XL. 21, 22. quod non alienè ad צָלַל referunt, ut א sit loco literæ geminandæ, quod et aliâs fit: vide illic.

צאן c. *oves, grex, greges*, ovium sc. et caprarum, minorum pascualium utriusque speciei, et semper collectivè sumitur. Inde et cum plurali construitur: צֹאן שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים, *ovium tria millia*, 1 Sam. XXV. 2. צֹאן אוֹבְדוֹת, *oves pereuntes, perditæ*, Jer. L. 6. aff. צֹאנוֹ, *oves suas*, Gen. XXXI. 19. צֹאנָם, *greges eorum*, Gen. XXXIV. 28. hinc anomalum, cum א mobili et transposito, לְצֹנַאֲכֶם, *pro gregibus vestris*, Num. XXXII. 24. et aliter, צֹנֶה, *oves, greges*, Psal. VIII. 8.

צַאֲנָן, m. *pecorosus locus*, Mich. I. 11. proprium nomen urbis est.

*צָב, vide infrà in צבה.

צְבָא צְבָה, Chald. *voluit, optavit, cupivit*. præterit. צְבִית, *volui*, Dan. VII. 19. partic. דִּי הֲוָה צָבֵא, *quem erat volens, quem volebat*, Dan. V. 19. infinit. כְּמִצְבְּיֵהּ, *secundum velle suum, pro voluntate sua*, Dan. IV. 32. futur. יִצְבֵּא, *voluerit*, Dan. IV. 14.

צְבוּ, f. Chald. per apocopam, pro צְבוּת, *voluntas*, Dan. VI. 18.

צָבָא *militare, ministrare, turmatim concurrere*. præter. בְּמַרְאוֹת הַצֹּבְאוֹת, *cum* vel *ex speculis mulierum ministrantium* sive *turmatim convenientium*, אֲשֶׁר־צָבְאוּ, *quæ turmatim congregabant se*, Ex. XXXVIII. 8. sic 1 Sam. II. 22. part. הַצֹּבְאִים, *qui militaverant*, Num. XXXI. 42. hinc contractum, צֹבֶיהָ, *militantes contra eam*, Iesaias XXIX. 7. pro צֹבְאֶיהָ. infin. לִצְבֹּא, *ad militandum*,

obeundum ministerium, Num. IV. 23. futur. וַיִּצְבְּאוּ, *et militarunt*, Num. XXXI. 7. Hiph. *exercitum conscribere: militem facere:* part. הַמַּצְבִּא, *qui exercitum conscribebat*, 2 Reg. XXV. 19.

צָבָא, m. *exercitus, militia: tempus militiæ*, Job. VII. 1. semel, מִצָּבָה, *propter exercitum, cum* ה *loco* א, Zach. IX. 8. constr. צְבָא יִשְׂרָאֵל, *exercitus Israël*, 1 Reg. II. 32. affix. צְבָאָם, *exercitus eorum*, Gen. II. 1. צְבָאִי, *militiæ meæ*, id est, præfiniti temporis militiæ, quam in hac vita milito, Job. XIV. 14. sic צְבָאָהּ, *tempus præfinitum ejus*, Ies. XL. 2. plur. cum aff. צְבָאָיו, *exercitus ejus*, Ps. CIII. 31. et fœm. יְהוָֹה צְבָאוֹת *Dominus exercituum*, Psal. XXIV. 10. aliam ejus significationem vide in seq. radice: constr. צִבְאוֹת, Ex. XII. 41. aff. אֶת־צִבְאֹתַי, *exercitus meos*, Exod. VII. 4.

צָבָה *intumuit:* præterit. צָבְתָה בִטְנָהּ, *intumuit venter ejus*, Num. V. 27. particip. צָבֶה, vide in præc. radice. Hiph. infin. לַצְבּוֹת, *ad tumidum reddendum*, Num. V. 22. pro לְהַצְבּוֹת.

צָב, m. *tumidum, tumens:* metaphoricè *cameratum*, Numer. VII. 3. *bufo, testudo*, quia ejus operimentum cameratum est, Levit. XI. 29. plur. צַבִּים, *currus camerati*, Ies. LXVI. 20. fœminin. צָבָה, *tumens*, Numer. V. 21.

צְבִי, m. *decus, gloria, ornamentum*, sic dicta, quòd hæc animum tumidum reddant: לַעֲטֶרֶת צְבִי, *pro corona decoris*, Ies. XXVIII. 5. וְאֶל־הַצֶּבִי, *et versus decus ipsum*, Dan. VIII. 9. id est, Judæam quæ hoc elogio aliquoties appellatur, ut Psal. XLVIII. 3. Ezech. XX. 6. Dan. XI. 16. et secundum aliam significationem, *caprea, capreolus*, Deuter. XII. 22. et XIV. 5. 1 Reg. IV. 23. plur. הַצְּבָיִם, *caprearum*, 2 Sam. II. 18. et deficit in eo י plurale, et sic cum epenthesi א, וְכִצְבָאִים, *et sicut capreæ*, 1 Par. XII. 8. similis flexio in פְּתִי, de quo in פָּתָה. et fœmin. צְבִיָּה, *caprea*, Cant. IV. 5. plural. בִּצְבָאוֹת, *cum capreis*, Cant. II. 7.

צָבַט *porrexit:* fut. וַיִּצְבָּט־לָהּ *et porrexit ei*, Ruth. II. 14. Targum, וְאוֹשִׁיט.

צָבַע *pinxit, tinxit, coloravit:* Chaldæis usitatius est: part. Pahul, הַעַיִט צָבוּעַ, *avis colorata*, Jer. XII. 9. id est, fœdata sanguine, juxta R. Salomonem: vel, *digitata*, hoc est, rapax, uncis unguibus in prædam involans, ex significatione nominis אֶצְבַּע quod sequitur. Chald. part. Pahel, מְצַבְּעִין, *tingunt, intingunt*, Dan. IV. 22. Ithpeh. יִצְטַבַּע, *tingatur*, Dan. IV. 12.

צֶבַע, m. *color, tinctura: versicolor, coloratum:* plur. שְׁלַל צְבָעִים, *præda versicolorum*, Jud. V. 30.

אֶצְבַּע, f. *digitus*, à pingendo, aff. אֶת־אֶצְבָּעוֹ, *digitum suum*, Lev. IV. 6. plur. אֶצְבָּעוֹת, *digiti*, Jerem. LII. 21. construct. וְאֶצְבְּעוֹת יָדָיו, *et digiti manuum ejus*, 2 Sam. XXI. 20. aff. אֶצְבְּעֹתֶיךָ, *digitorum tuorum*, Psalm. VIII. 4. Chald. plur. אֶצְבְּעָן, *digiti*, Dan. V. 5. emph. אֶצְבְּעָתָא, Daniel. II. 41. constr. וְאֶצְבְּעַת רַגְלַיָּא, *et digiti pedum*, Dan. II. 42. porrò digitorum nomina apud Talmudicos hæc recensentur: זֶרֶת, *minimus*, קְמִיצָה, *annularis*, אַמָּה, *medius*,

אֶצְבַּע, *index*, גּוֹדֶל, *pollex*. Quærunt etiam quare sint, משופות כיתדות, *acuti instar clavorum?* respondent, שאם ישמע אדם דבר שאינו הגון יניח אצבעותיו באזניו, *quod si audiat homo verbum inhonestum, infigat digitos suos in aures suas, ne illud audiat*: Ketubh, fol. 5. 2.

צָבַר *congessit, collegit, coacervavit, congregavit*: futur. יִצְבֹּר, *congregat*, Psalm. XXXIX. 7. וַתִּצְבָּר־כֶּסֶף, *et coacervaverit argentum*, Zach. IX. 3.

צִבֻּרִים, m. p. *acervi*, 2 Reg. X. 8.

צֶבֶת m. *manipulus, fasciculus*: plural. מִן־הַצְּבָתִים, *de manipulis*, Ruth. II. 16.

*צדא, Vide mox infra in צָדָה.

צדד צַד, m. *latus*: עַל־צַד, *ad latus*, Ies. LX. 4. aff. מִצִּדּוֹ, *ex latere ejus*, 1 Sam. VI. 8. צִדָּה, *ad latus ejus*, 1 Sam. XX. 20. cum defectu Mappik: plural. לְצִדִּים, *ad latera*, Jud. II. 3. id est, in flagella ad latera vestra, ex Jos. XXIII. 13. alii, *in vepres ad latera*: alii *in retia*, quasi pro צָדִים, vocali longa in brevem et Dagesch conversâ, ut fit quoque in צִנִּים. Chaldæus מְעִיקִין, *hostes*, quasi legerit צָרִים, cum ר. construct. צִדֵּי, *latera*, Exod. XXVI. 13. affix. בְּצִדֵּיכֶם, *in lateribus vestris*, Jos. XXIII. 13. Chald. לְצַד, *ad latus, adversus, contra*, Dan. VII. 25. מִצַּד, *a latere, ex parte, ratione, propter*, Dan. VI. 5.

צָדָה *quærere, venari*: includit certum consilium et propositum: præter. צָדָה, *quæsierit*, Exod. XXI. 13. particip. צֹדֶה, *venaris*, 1 Samuel. XXIV. 12. Niph. נִצְדָּה, *vastari, desolari*, ex usu Chaldaico: præterit נִצְדּוּ, *desolatæ sunt*, Soph. III. 6.

צְדִיָּה, fœm. *industria, propositum*, studium certum quo aliquid agere conamur: בְּלֹא צְדִיָּה, *absque proposito, non de industria*, Numer. XXXV. 22. בִּצְדִיָּה, *de industria*, ver. 20. Chald. הַצְדָּא, *num de industria? an certo consilio?* Dan. III. 14. vel *verúmne est veréne?* juxta Ab. Esra.

צָדַק *justificari, justum esse, haberi vel, asserere se*: præt. צָדַקְתָּ, *justus es*, Job. XXXIII. 12. וְצָדַקְתִּי, *et si justus sim*, Job. X. 15. futur. אֶצְדָּק, *si justum assererem me*, Job. IX. 20. Niphil, præterit. וְנִצְדַּק, *et justificabitur*, Dan. VIII. 14. Pih. צִדֵּק, *justificavit, justum asseruit*: præterit. צִדְּקָה, *justificat*, Jer. III. 11. infinit. עַל־צַדְּקוֹ נַפְשׁוֹ, *eo quòd justificaret, justum assereret animam suam*, Job. XXXII. 2. בְּצַדֶּקְתֵּךְ, *quum justifices tu*, Ezech. XVI. 52. ex forma paragogica צַדְּקָה. futur. וַתְּצַדְּקִי, *et justificasti* (*sorores tuas*,) Ezech. XVI. 51. Hiph. הִצְדִּיק, *justificavit, justum pronunciavit, absolvit*: præt. וְהִצְדַּקְתִּיו, *et justum pronunciarem ipsum*, 2 Sam. XV. 4. particip. מַצְדִּיק רָשָׁע, *absolvens improbum*, Prov. XVII. 15. etc. Hithp. fut. נִצְטַדָּק, *justificabimus nos*, Gen. XLIV. 16.

צַדִּיק, m. *justus*, Gen. VI. 9. plur. צַדִּיקִים, *justi*, Psalm. I. 5. et defectè, הַצַּדִּקִם, *justos*, Gen. XVIII. 24.

צֶדֶק, m. *justitia*, Deut. XVI. 20. aff. צִדְקוֹ, *justitiam ejus*, Psal. L. 6. affix. צִדְקֶךָ, *justitiam tuam*, Psalm. XXXV. 28.

צְדָקָה, f. *justitia*, Ies. XLV. 23. apud Rabbinos etiam est *eleemosyna*, quòd justum sit, et justitiæ symbolum, pauperibus succurrere. Chald. בְּצִדְקָה, *justitia*, Dan. IV. 24. construct. צִדְקַת, Ezech. XVIII. 20. aff. צִדְקָתוֹ, *justitiam ejus*, Psalm. XXII. 32. plural. עֹשֵׂה צְדָקוֹת, *exercens justitias*, Psal. CIII. 6. const. צִדְקוֹת, Mich. VI. 5. aff. צִדְקוֹתֵינוּ, *justitiæ nostræ*, Ies. LXIV. 5.

צהב צָהֹב, m. *fulvus*, Levit. XIII. 30. Jonathan, *splendens ut aurum*. Nam convenit cum זָהָב, commutatis ז et צ ut in עָלַז et עָלַץ. Hoph. particip. מֻצְהָב, *fulgens*, Esr. VIII. 27.

צהל *hinnivit*: verbum equorum proprium, ex lætitia et lascivia hinnientium: metaphoricè hominibus tribuitur, pro, *claram, lætam vocem edere, jubilare*: præterit. צָהֲלוּ, *hinnient*, Ies. XXIV. 14. צָהֲלָה, *jubilabat*, Esth. VIII. 15. imperativ. צַהֲלוּ, *jubilate*, Jer. XXXI. 7. צַהֲלִי קוֹלֵךְ, *claram ede vocem tuam*, Ies. X. 30. fut. אֶל־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ יְצַהֵלוּ, *ad uxorem proximi sui adhinniunt*, Jerem. V. 8. Hiph. infinit. לְהַצְהִיל פָּנִים, *lætam efficiendo faciem*, Psal. CIV. 15.

מִצְהָלוֹת, f. p. *hinnitus*: constr. מִקּוֹל מִצְהֲלוֹת אַבִּירָיו, *a sono hinnituum robustorum ejus*, Jer. VIII. 16. aff. וּמִצְהֲלוֹתַיִךְ, *et hinnitus tui*, Jer. XIII. 27.

צהר צֹהַר, m. *lumen, splendor, fenestra*, Genes. VI. 16. sic dicta, quòd lucem transmittit. Verbum צְהַר, *lucere*, Chaldæis usitatum est.

צָהֳרַיִם, m. d. *meridies*, quia diem, in duas partes æquas dividit, et geminæ lucis, antemeridianæ et vespertinæ, medium est interstitium et terminus. Est autem formæ אָזְנַיִם ac proinde primum Kametz est breve: בְּעֵת צָהֳרַיִם, *tempore meridiano*, Jer. XX. 16. בַּצָּהֳרָיִם, *in meridie*, Gen. XLIII. 16.

יִצְהָר, masc. *oleum*, a pellucido colore, 2 Reg. XVIII. 32. aff. וְיִצְהָרֶךָ, *et oleum tuum*, Deut. VII. 13.

הִצְהִיר, Hiph. *oleum facere* vel *exprimere*: futur. יַצְהִירוּ, *oleum exprimunt*, Job. XXIV. 11.

*צוא צוֹאָה, *excrementum*, vide in יצא.

*צְוָאר, vide infrà in צור.

צוד *venatus est*: præterit. צָדוּ צְעָדֵינוּ, *venati sunt gressus nostros*; Thren. IV. 18. id est Milrah præter morem. partic. הַצָּד, *qui venatus est*, Gen. XXVII. 33. etc. Pih. particip. מְצֹדְדוֹת, *venamini*, Ezech. XIII. 20. infin. לְצוֹדֵד, *ad venandum*, ver. 18. futurum, תְּצוֹדֵדְנָה, *venamini*, ibid. Hithp. præter. הִצְטַיַּדְנוּ, *in viaticum sumpsimus*, Jos. IX. 12. ex significatione sequentis nominis צַיִד.

צַיָּד, m. *venator*: plur. צַיָּדִים, *venatores*, Jer. XVI. 16.

צַיִד, masc. *venatio*: Genes. X. 9. item, *esca, viaticum, commeatus*, Neh. XIII. 15. construct. צֵיד חַיָּה, *venationem bestiæ*, Levit. XVII. 13. affix. צֵידוֹ, *venationem suam*, Prov. XII. 27.

צֵידָה צֵדָה, fœm. *viaticum*, Gen XLII. 25. Jos. IX. 11.

מָצוֹד, masc. *rete*, propriè venatorium: aff. וּמְצוּדוֹ, *et rete suum*, Job. XIX. 6.

מְצוּדָה, f. *venatio*, Ezech. XIII.

21. *sagena:* affix. בִּמְצוּדָתִי, *sagenâ meâ,* Ezech. XII. 13. vide in מצד.

מָצוֹד, m. *rete,* juxta Ab. Esram; *præsidium, munitio,* juxta R. Salomonem; construct. מְצוֹד רָעִים, *præsidium* vel *rete malorum,* Prov. XII. 12. plur. מְצוֹדִים, *retia,* Eccl. VII. 26. aliam significationem vide in מצד.

מְצוֹדָה, f. *sagena,* Eccles. IX. 12. plur. vide in מצד.

צוה Pih. *præcepit, mandavit, jussit:* construitur cum accus. et præposit. אֶל ,עַל, et לְ: Aben Esra notat, cum עַל denotare interdictum et prohibitionem: vide Genes. II. 16. 1 Reg. II. 43. Ies. V. 6. præterit. צִוָּה עָלֶיךָ, *præcipiet super te,* Nah. I. 14. צִוָּה לִי, *præcepit mihi,* 1 Sam. XX. 29. וְצִוְּךָ, *et præceperit tibi,* Ex. XVIII. 23. particip. מְצַוֶּה אֶתְכֶם, *præcipio vobis,* Deut. IV. 2. constr. מְצַוֵּה לְאֻמִּים, *præceptorem nationum,* Ies. LV. 4. imper. per apocopam, צַו, *præcipe,* Num. V. 2. et sic futurum, וָאֲצַו, *et præcepi,* Deut. III. 18. Pyh. præter. צֻוָּה, *præceptum fuerat,* Numer. III. 16. צֻוֵּיתִי, *jussus sum,* Levit. VIII. 35. futur. יְצֻוֶּה, *jussus fuerat,* Exod. XXXIV. 34.

צַו, m. *præceptum,* Ies. XXVIII. 10.

מִצְוָה, fœm. *præceptum, mandatum,* Prov. VI. 23. constr. מִצְוַת, Psalm. XIX. 9. בְּמִצְוַת הַמֶּלֶךְ, *jussu, ex mandato regis,* 2 Paral. XXIV. 21. aff. וְאֶת־מִצְוָתוֹ, *et præceptum ejus,* Num. XV. 31. plural. מִצְוֹת, *præcepta,* Prov. X. 8. aff. וּמִצְוֹתֶיךָ, *et præcepta tua,* Ps. CXIX. 6.

צוח *vociferatus est:* fut. יִצְוָחוּ, *vociferabuntur,* Ies. XLII. 11.

צְוָחָה, f. *vociferatio, querela, clamor,* Ies. XXIV. 11. constr. וְצִוְחַת, *et querela* (*Jerusalem,*) Jer. XIV. 2. affix. וְצִוְחָתֵךְ, *et clamore tuo,* Jerem. XLVI. 12.

צול צוּלָה, f. *profundum, profunditas:* לַצּוּלָה, *ipsi profundo,* Ies. XLIV. 27.

מְצוּלָה, f. idem, Psalm. LXIX. 3. et cum Dagesch loco vocalis longæ, בַּמְּצֻלָה, *in profundo,* Zach. I. 8. plur. מִמְּצֻלוֹת, *de profundis,* Psalm. LXVIII. 23. et cum Cholem in medio, בִּמְצוֹלֹת, *in profunda,* Ex. XV. 5.

צום *jejunavit:* præter. צַמְתָּ, *jejunasti,* 2 Sam. XII. 21. particip. צָם, *jejunas,* Neh. I. 4. infin. הֲצוֹם, *nunquid jejunando,* Zach. VII. 5.

צוֹם, m. *jejunium,* Ies. LVIII. 5. מִצּוֹם, *præ jejunio,* Ps. CIX. 24. aff. צֹמְכֶם, *jejunii vestri,* Ies. LVIII. 3. plur. fœm. דִּבְרֵי הַצֹּמוֹת, *verba jejuniorum,* Esth. IX. 31.

צוף *fluxit, effluxit, exundavit, supernatavit:* præter. צָפוּ־מַיִם, *exundarunt aquæ,* Thren. III. 54. part. præsens fœm. צָפָתֵךְ, *fluentem ex te,* id est, ex sanguine tuo, ut sequitur illic, Ezech. XXXII. 6. vel *natationis tuæ,* ut sit nomen. Hiph. הֵצִיף, *inundare fecit,* Deuter. XI. 4. futur. וַיָּצֶף, *et fluere* vel *natare fecit,* 2 Reg. VI. 6.

צוּף, m. *favus,* à fluendo, Proverb. XVI. 24. plural. וְנֹפֶת צוּפִים, *et destillatione favorum,* Ps. XIX. 11.

צוק *arctari, coarctari, arctè cohærere:* futur. יָצוּק בּוֹ, *arctè* seu *te-*

naciter adhæret ei, Psalm. XLI. 9. commutant hîc quædam formam cum יָצַק. Hiph. הֵצִיק, *arctavit, coarctavit, anxit, pressit, angustavit, angustiis affecit:* construitur cum dativo, quandoque accus. affixo: præter. וַהֲצִיקוֹתִי, *et angustabo,* Ies. XXIX. 2. כִּי־הֱצִיקַתְהוּ לוֹ, *quum premeret illum,* Jud. XVI. 16. particip. הַמֵּצִיק, *qui angustiâ afficit,* Ies. LI. 13. plur. הַמְּצִיקִים לָהּ, *angustantes ipsam,* Ies. XXIX. 7. futur. יָצִיק לְךָ, *anget te,* Deut. XXVIII. 53. יְצִיקוּ לָהֶם, *angent eos,* Jer. XIX. 9. Hoph. part. מוּצָק, *angustatum,* Ies. VIII. 23.

צוֹק, m. *angustia,* Dan. IX. 25.

צוּקָה, f. idem, Ies. VIII. 22.

מוּצָק, masc. *angustum,* ex forma participii Hophal, Job. XXXVI. 16. et in pausa, בְּמוּצָק, *in angustam,* Job. XXXVII. 10. vide aliam significationem in יָצַק.

מָצוֹק, masc. *pressura, angustia,* 1 Sam. XXII. 2. וּבְמָצוֹק, *et angustiâ,* Deut. XXVIII. 53.

מָצוּק, m. *situs, constitutus:* מָצוּק מִצָּפוֹן, *situs ab aquilone,* 1 Samuel. XIV. 5.

מְצוּקִים, m. p. *situs, cardines:* plur. const. מְצֻקֵי אֶרֶץ, *cardines terræ,* 1 Sam. II. 8. R. David, עמודי, *columnæ.*

מְצוּקָה, f. *angustia,* Soph. I. 15. plur. cum aff. מִמְּצוּקוֹתַי, *ex angustiis meis,* Psal. XXV. 17.

צוּר *obsedit, arctavit; inimicatus est, hostiliter egit, hostiliter pressit: ligavit, colligavit,* quod à צָרַר mutuatum est: *formavit,* quod à יָצַר habet: construitur cum dativo et accusat. item cum עַל et אֶל præter. וְצַרְתָּ, *et colligabis argentum,* Deuter. XIV. 35. צַרְתַּנִי, *obsides me,* Psalm. CXXXIX. 5. וְצַרְתִּי, *et hostiliter premam,* Exod. XXIII. 22. particip. צָרִים, *et hostiliter premunt urbem,* Jud. IX. 31. infin. לָצוּר אֶל־דָּוִד, *ut obsideret Davidem,* 1 Sam. XXIII. 8. imper. צוֹר, *liga testimonium,* Iesaias VIII. 16. צוּרִי, *obside,* Ies. XXI. 2. Niph. וְהַנָּצוּר, *et obsessus,* Ezech. VI. 12. et Schurek est loco Cholem: fœmin. נְצוּרָה, *obsessa,* Ies. I. 8. Pyh. particip. מְצֹרְרִים, vide in צָרַר. Hiph. הֵצִיר, *pressit, anxit, angustavit, angustia affecit,* et formam cum Hiphal verbi צָרַר confundit: construitur cum dativo: præt. וְהֵצַר לְךָ, *et premet te,* Deuter. XXVIII. 52. part. מֵצַר, vide inter nomina. infin. הָצֵר לוֹ, *angustiâ afficere eum,* 2 Par. XXVIII. 22. futur. וַיָּצֵרוּ לָהֶם, *et angustiâ affecerunt eos,* Neh. IX. 27.

צַר צָר, m. *angustus, arctus,* et substantivè, *angustia; hostis,* quasi angens et arctator dictus: בְּמָקוֹם צַר, *in loco angusto,* Num. XXII. 26. צַר לִי הַמָּקוֹם, *angustus est mihi locus,* Ies. XLIX. 20. צָר, *hostis,* Ies. LIX. 19. צַר לִי, *angustia est mihi,* 2 Sam. I. 25. est etiam *rupes,* quæ propriè צוּר dicitur, ut sequitur: כַּצַּר, *similes rupi,* Ies. V. 28. affix. צָרִי, *hostis meus,* Job. XVI. 9. plur. צָרִים, *hostes,* Thren. I. 7. construct. צָרֵי, Ies. IX. 10. aff. צָרֶיךָ, *hostes tuos,* Mich. V. 10. צָרֵינוּ, *hostes nostros,* Psalm. XLIV. 6. fœm. צָרָה, *æmula,* quasi arctatricem vel angentem dicas: aff. צָרָתָהּ, *æmula ejus,* 1 Sam. I. 6. aliâs, *angustia, anxietas,* Psalm. XX. 2. const. צָרַת נַפְשׁוֹ, *angustiam animæ ejus,* Genes. XLII. 21. affix.

